ctum, in tres olim provincias distributum fuisse, in Numidiam, Mauritaniam, et Africam specialiter sic dictam, ubi Carthago sita est; quæ etiam Proconsularis idcirco dicta est, quia ipsa proconsuli subjecta fuerit, cum reliquæ duæ præfecto prætorio, vel vicario ejus suberant. Hæ tres partes ab ipso Constantino M. in epistola ad Cæcilianum episcopum Carthaginensem indigitantur, dicente, C Ἐπειδήπερ ἤρεσε κατὰ πάσας ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς, καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ τὰς Μαυριτανίας. Euseb. *Hist. Eccles.* l. x, c. 6. Hanc etiam divisionem divi Cypriani diebus obtinuisse ex Actis concilii sub eo habiti de hæreticis baptizandis discimus, quippe quæ sic incipiunt, *Cum in unum Carthaginem convenissent Kalend. Septembris episcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, presbyteri. et diaconi, præsente etiam plebis maxima parte*, etc. Ex Africa illa proconsulari duæ postea provinciæ divulsæ sunt, Byzacena, et Tripolitana; quarum illa Byzacium, hæc Tripolim metropolim habuit. Unde quinarius Africanarum provinciarum numerus emersit, a divo Augustino memoratus: *Sanctissimis fratribus atque collegis per universam Africam, hoc est, per provinciam consularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, et Tripolim constitutis.* Aug. in Psal. xxxvi. Mauritania etiam in duas partes divisa est, ut ex D. Cypriano colligimus, dicente: *Sed quoniam latius fusa est nostra provincia* (proconsularis), *habet enim Numidiam et Mauritanias duas sibi cohærentes.* Cyprian. ep. 45 ad Cornelium. Hæ duæ Mauritaniæ dictæ sunt; illa quidem Tingitana, hæc Cæsariensis: quæ divisio a Claudio facta est, ut Dio his verbis testatur: *Claudius Mauros divisit in eos qui ad Tingin, et qui ad Cæsaream, unde et nomina habent, et duobus equitibus præpositis eos permisit.* Dio. l. lx. Verum Mauritania illa Tingitana quinque aliis Hispaniarum provinciis annexa est, ut observavit Rufus; quo factum est, ut illa in civilibus æque ac ecclesiasticis Africæ specialiter sic dictæ descriptionibus omittatur; et Mauritania Sitifensis ejus loco substituta sit. Unde per omnem Africam idem Rufus sex factas esse provincias annotavit, quæ etiam ab eo sic recensentur, ipsa, ubi Carthago est, Proconsularis, Numidia, Byzacium, Tripolis, et duæ Mauritaniæ, hoc est, Sitifensis et Cæsariensis, cui etiam suffragatur inscriptio posita L. Aredio Valerio Proculo, sic se habens: *Proconsuli provinciæ Africæ vice sacra judicanti, eidemque judicio sacro per provincias proconsularem et Numidiam, Byzacium ac Tripolim, itemque Mauritaniam Sitifensem et Cæsariensem perfuncto officio præfecturæ prætorio.* Sic etiam canone 128 præsentis concilii, ubi omnes provinciæ recensentur, Mauritaniæ Sitifensis solius et Cæsariensis facta est mentio. Sitifensis autem Mauritania e Numidia distracta est; cujus rei rationem e Procopio colligere est, dicente: *Maurusii, postquam e Numidia superati, refugientes Zeben regionem petierunt, quæ supra montem Aurasium est, ad Mauritaniam pertinens, Sitifim metropolim habens, Romanorum imperio tributariam: Mauritaniæ vero alterius Cæsarea caput est.* Procop. *De Bell. Vandal.* lib. II. Hinc in præsenti canone conceptis verbis asseritur, Mauritaniam Sitifensem e primatis Numidiæ provinciæ cœtu, id est synodo sub eo habita, separatam fuisse. Quando sane ista separatio primo facta est, nondum constat; sed quandocunque ea fuerit, hoc canone a synodo aliqua anteriori prius constituta videtur, et a præsenti demum confirmata est. Canon autem in Latina Dionysii Exigui collectione his verbis concipitur: *Placuit, ut Mauritania Sitifensis, ut postulavit, primatem provinciæ Numidiæ, ex cujus cœtu separatur, ut suum habeat primatem; quem, consentientibus omnibus primatibus provinciarum Africanarum, vel omnibus episcopis, propter longinquitatem habere permissa est.* Prima pars canonis Græce sic vertitur: Ἤρεσεν, ἵνα Μαυριτανία Σιτιφένσης, ὡς ἤτησε, τὸν πρωτεύοντα τῆς Νουμιδικῆς χώρας, ἥστινος ἐκ τῆς συνόδου κεχώρισται, ἴδιον ἔχῃ πρωτεύοντα. Et quidem in omnibus Latinis codicibus post *postulavit*, in Græcis post ἤτησε, comma sic interseritur, quod mallem expungi. Nam *primatem provinciæ Numidiæ* ad alium nullum referri potest verbum præter *postulavit*: ut sensus canonis sit, provinciam Mauritaniam Sitifensem Numidiæ primatem postulasse, ut suum haberet primatem et Numidiæ diutius non subesset; quod, a primate Numidiæ prius concessum in præsenti canone ab omnibus Africanarum provinciarum primatibus confirmatur.

plentes, et ad eum se honoris ergo convertentes. Non erit sub Numidicæ regionis primate et Mauritania Sitiphensis, quia procul ab ea jacet. Sed et huic provinciæ suum primatem habere antistitem conceditur.

CANON XVIII.

« Si quis clericus ordinetur, debet admoneri, ut « servet decreta; et ut mortuorum corporibus « eucharistia non detur, nec baptismus. Et ut « singulis annis in omnibus provinciis ad syno- « dum metropolitani conveniant. »

BALS. et ZONAR. Quando ordinatur episcopus aut clericus (per clericum autem hic presbyter et diaconus est intelligendus : ii enim proprie ordinantur, et ii soli eucharistiæ communicant), oportet, inquit, eos admoneri, ut decreta servent. Decreta autem, vel fidei existimare oportet, quæ scilicet a sanctis apostolis vel Patribus statuta sunt, vel canones, vel potius utrumque. Et ne mortuis corporibus detur eucharistia sive sancta dona : hoc enim fiebat. Quod etiam canon 83 synodi quæ dicitur sexta, in Trullo prohibuit. Sed neque baptizentur mortui. Nam hoc etiam factum est, nonnullis quidem suos mortuos baptizantibus, quibusdam vero etiam alios pro mortuis. Iis, qui hæc agebant, verba magni Pauli Epistolæ ad Corinthios afferentibus, quæ dicunt : *Nam quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt,* **541** *quid etiam baptizantur pro mortuis*[a] ? Qui autem hæc afferebant, et mortuos baptizabant, apostolicorum verborum sententiam non recte capiebant. Neque enim Apostolus dicit baptizari mortuos, vel alios pro illis : sed quia, qui baptizantur, vim nostri mysterii discentes, cum aliis mortuorum quoque resurrectionem sperare docentur, et demersionem in lavacrum mortem significare, resurrectionem rursus per emersionem ostendi; dicit Apostolus iis qui de resurrectione

[a] I Cor. xv, 29.

A ἐξουσίαν, τὰ ἐπιτεταγμένα πληροῦντες, καὶ τὴν μετ' αὐτοῦ τιμῶντες ἀναστροφήν. Οὐκ ἔσται ὑπὸ τὸν πρωτεύοντα τῆς Νουμιδικῆς χώρας καὶ ἡ Μαυριτανία Σιτιφένσης, διὰ τὸ πόρρω ταύτην κεῖσθαι· ἀλλ' ἀρχιερέα ἴδιον πρωτεύοντα καὶ ἡ ἐπαρχία αὕτη ἔχειν ἐπετράπη

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'

« Ἐάν τις κληρικὸς (17) χειροτονῆται, ὀφείλει « προμιμνήσκεσθαι τοὺς ὅρους φυλάττειν· καὶ ἵνα « τοῖς σώμασι τῶν ἀποθανόντων εὐχαριστία μὴ « δίδωται, μηδὲ βάπτισμα. Καὶ ἵνα καθ' ἕκαστον « ἐνιαυτὸν εἰς πάσας τὰς ἐπαρχίας πρὸς σύνοδον « οἱ μητροπολῖται συνέρχωνται. »

B ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ὅτε χειροτονεῖται ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς (κληρικὸν δὲ ἐνταῦθα πρεσβύτερον καὶ διάκονον νοητέον· οὗτοι γὰρ κυρίως χειροτονοῦνται, καὶ οὗτοι μόνοι μεταδιδόασι τῆς εὐχαριστίας), δέον, φησὶν, ὑπομιμνήσκεσθαι αὐτὸν τοὺς ὅρους φυλάττειν. Ὅρους δὲ ἢ τοὺς τῆς πίστεως ὑποληπτέον, τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν Πατέρων ὁρισθέντας, ἢ τοὺς κανόνας, μᾶλλον δὲ καὶ ἀμφότερα. Καὶ ἵνα μὴ νεκροῖς σώμασι διδῶται εὐχαριστία, ἦγουν ἁγια δῶρα· ἐπράττετο γὰρ τοῦτο· ὃ καὶ ὁ πγ' κανὼν τῆς λεγομένης ς' συνόδου τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἐκώλυσεν. Ἀλλὰ μηδὲ βαπτίζονται τελευτήσαντες. Καὶ τοῦτο γὰρ ἐγίνετο· τινῶν μὲν αὐτοὺς νεκροὺς βαπτιζόντων, τινῶν δὲ καὶ ἄλλους ὑπὲρ τῶν νεκρῶν· τῶν τοῦτο ποιούντων τὰ ῥήματα προβαλλομένων τῆς πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῆς τοῦ μεγάλου Παύλου, τὰ λέγοντα· *Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν*

C *οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;* Οἱ δὲ ταῦτα προβαλλόμενοι, καὶ βαπτίζοντες τοὺς νεκροὺς, οὐ καλῶς ἐξελαμβάνοντο τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων τὴν ἔννοιαν. Οὐ γὰρ βαπτίζεσθαι τοὺς ἀποθανόντας ὁ Ἀπόστολος λέγει, ἢ ἄλλους ἀντ' ἐκείνων· ἀλλ' ἐπεὶ οἱ βαπτιζόμενοι, μανθάνοντες τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου τὴν δύναμιν, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν ἐλπίζειν διδάσκονται, καὶ τὴν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ κατάδυσιν τὸν

Guill. Beveregii notæ.

(17) *Ἐάν τις κληρικός.* Præsens hic canon nihil aliud est, quam titulus trium sequentium canonum. Enimvero duodevicesimus hujus concilii canon in collectione Dionysiana his verbis concipitur :

Si quis clericus ordinatur, moneri debet constituta servare; et ut corporibus defunctorum eucharistia non detur, nec baptisma; et ut per singulos annos per omnes provincias ad concilium metropolitani conveniatur.

« Item placuit ut ordinatis episcopis vel clericis « prius ab ordinatoribus suis placita conciliorum « auribus eorum inculcentur; ne se aliquid contra « constituta concilii fecisse pœniteant. Item placuit « ut corporibus defunctorum eucharistia non de- « tur. Scriptum est enim : Accipite et edite (cada- « vera autem nec accipere possunt, nec edere). « Et ne jam mortuos homines baptizari faciat « presbyterorum ignavia. Pro qua re confirman- « dum est in hac synodo, ut secundum Nicæna « statuta, propter causas ecclesiasticas, quæ ad

D « perniciem plebium sæpe veterascunt, singulis « quibusque annis concilium convocetur, ad quod « omnes provinciæ, quæ primas sedes habent, de « conciliis suis binos, aut quantos delegerint, « episcopos legatos mittant, ut congregato con- « ventu, plena possit esse auctoritas. »

Hunc Græci scholiastes in tres distribuunt canones; et alium quoque ex ipso titulo præmisso constituunt, quem solum duodevicesimum appellant, sub quo nomine a Balsamone respondetur ad Marcum Alexandrinum citatur : ubi ex eo colligit, pœnas ab iis exigendas esse, qui mortuos unguento deliniunt. Post verba enim hujus canonis laudata, addit. Οἱ γοῦν διὰ μύρου χρίοντες τοὺς τελευτῶντας ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς, ἢ ἕτερους τινὰς, καὶ οὕτως ἐνταφιάζοντες, μεγάλης εἰσὶ κολάσεως ἄξιοι, ἢ ὡς καταγινώσκοντες τῶν βαπτιζόντων ὀρθοδόξων αὐτοὺς, ἢ ὡς μὴ πληροφορίαν ἔχοντες ἐντελῆ, τοῖς ὀρθοδόξοις εἶναι τούτους κοινωνοὺς, καὶ πρὸ κατακρίσεως κατακρίνοντες. Bals. resp. ad Marci interrog. 22.

θάνατον παραδηλουν, τὴν δ' ἀνάστασιν αὐθις διὰ τῆς ἀναδύσεως ὑπεμφαίνεσθαι· φησὶν ὁ Ἀπόστολος πρὸς τοὺς ἀμφιβαλόντας περὶ τῆς ἀναστάσεως ὅτι, *Εἰ μὴ ἀνάστασίς ἐστι, τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἀναστῆναι τοὺς νεκρούς; καὶ τί βαπτίζονται, ὡς προσδοκῶντες νεκρῶν ἀναζώωσιν;* Λοιπὸν ματαιοπονοῦσιν οἱ βαπτιζόμενοι, εἴγε περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀμφιβάλλουσι, διὰ μὲν τοῦ βαπτίζεσθαι καὶ καταδύεσθαι εἰς τὸ τῆς κολυμβήθρας ὕδωρ καὶ ἀναδύεσθαι τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀνάστασιν καταγγέλλοντες, δι' ὧν δὲ λέγουσιν ἀπιστοῦντες αὐτῇ. Τῷ μὲν οὖν Ἀποστόλῳ οὕτως εἴρηται ταῦτα. Οἱ δὲ μὴ συνιέντες τὴν δύναμιν τῶν ῥημάτων ἢ τοὺς νεκροὺς ἐβάπτιζον, ἢ ἄλλους ὑπὲρ τῶν νεκρῶν· ὃ μὴ γίνεσθαι ὁ κανὼν διορίζεται. Καὶ σύνοδον τοὺς ἐπισκόπους κατ' ἐνιαυτὸν κελεύει ποιεῖν· τοῦτο καὶ ἄλλων συνόδων διαταξαμένων καὶ πρὸ ταύτης τῆς συνόδου καὶ μετὰ ταύτην. Ἀνάγνωθι τῆς ς' συνόδου κανόνα η', πη', τῶν ἁγίων ἀποστόλων λζ', τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ε', τῆ: ἐν Ἀντιοχείᾳ κ', τῆ: ἐν Χαλκηδόνι ι', καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ β', ς'.

A dubitabant: *Si non est resurrectio? quid facient qui sub hac spe baptizantur, quod mortui resurgunt? Et quid baptizantur ut expectantes resurrectionem mortuorum?* Deinceps frustra laborant qui baptizantur, si de resurrectione dubitant; cum eo quod baptizantur et in aquam lavacri immerguntur et emergunt, mortem et resurrectionem annuntiantes, per ea quæ dicunt ei non credant. Hæc ergo ab Apostolo dicta sunt. Qui autem verborum vim non intelligebant, vel mortuos baptizabant, vel aliis pro mortuis: quod non fieri statuit canon. Et episcopos singulis annis synodum facere jubet: cum aliæ ante hanc synodum et post eam hoc statuerint. Lege sextæ synodi canones 8, 83, sanctorum apostolorum 37, Nicænæ synodi 5, Antiochenæ 20, Chalcedonensis 19, et Nicænæ secundæ 6.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

B

Ὁμοίως ἤρεσεν (18), ὥστε χειροτονουμένου ἐπισκόπου ἢ κληρικοῦ, πρότερον ἀπὸ τῶν χειροτονούντων αὐτοὺς τὰ δεδογμένα ταῖς συνόδοις εἰς τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἐντίθεσθαι· ἵνα μὴ ποιοῦντες κατὰ τὸν ὅρον τῆς συνόδου μεταμεληθῶσιν.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν παρομοίως διορίζεται τοὺς χειροτονουμένους διδάσκεσθαι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ὁροθετηθέντα, καὶ προστίθησιν ὅτι μεταμεληθήσονται οἱ οὕτω μὴ ποιοῦντες. Ποῖον δέ ἐστι τὸ εἶδος τοῦ μεταμέλου καὶ ἡ ἐντεῦθεν εὐθύνη, ἐκ μὲν τοῦ κανόνος οὐκ ἀναφαίνεται. Νομίζω δὲ ὅτι, ἐὰν μὴ ἀκριβῆ κατάληψιν ἔχωσιν οὗτοι τῶν δογματικῶν ὅρων καὶ τῶν κανονικῶν παραγγελιῶν, καὶ ἢ διδάσκοντες ἢ ἀποφαινόμενοι, ἐκτραπῶσιν ἐκ τῆς εὐθείας καὶ βασιλικῆς ὁδοῦ πρὸς διδασκαλίας ἀσεβεῖς καὶ ἀκανονίστους ἀποφάσεις, κανονικῶς καθαιρεθήσονται, καὶ εἰς οὐδὲν ἀνύσιμον ἔσται αὐτοῖς ὁ μετάμελος. Ἀνάγνωσον καὶ τὰ παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὸν ιε' κανόνα περὶ ἀκανονίστων ἀποφάσεων.

CANON XIX.

B

« Similiter placuit, ut, cum ordinatur episcopus « vel clericus, prius ab ordinatoribus suis synodorum placita eorum auribus indantur: ut si « ex synodi decreto non agant, eos pœniteat.

BALS. Hic quoque canon similiter decernit, ordinatos doceri quæ a sanctis Patribus decreta sunt, et adjicit, quod eos pœnitebit qui non sic agunt. Quod sit autem eorum pœnitentiæ genus, et quænam correctio, ex canone quidem non apparet. Existimo autem, quod nisi ii dogmaticorum decretorum et canonicorum præceptorum accuratam comprehensionem habuerint, et vel docentes, vel sententiam suam pronuntiantes, a recta et regia via ad impias et non canonicas sententias deflexerint, canonice deponentur, et nihil eis pœnitentia proderit. Lege et quæ a nobis scripta sunt in 15 canone de sententiis non canonicis.

Ἑτέρα ἑρμηνεία

Ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐτυπώθη τὸ ἐξ ἀνάγκης τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι ἀρχιερεῖς ἐγγράφεσθαι πρὸ τῆς χειροτονίας εἰς τὸν κώδικα τοῦ χειροτονοῦντος αὐτὸν τὸ τῆς πίστεως ἅγιον σύμβολον, καὶ τὰ λοιπὰ θεῖα δόγματα. Εἶδον γὰρ ἀρχιερέα μέγα κινδυνεύσαντα, διὰ τὸ μὴ ἐγγράψασθαι συντετηρημένως καὶ κατὰ τὴν συνήθειαν. Τὸ δὲ τοὺς κληρικοὺς διδάσκεσθαι μὲν τὰ ἱερὰ δόγματα κανονικόν ἐστι καὶ δίκαιον· ἐγγράφεσθαι δὲ αὐτοὺς μέχρι τοῦ νῦν οὐκ εἴδομεν.

Alia interpretatio.

A præsenti, ut verisimile est, canone forma introducta est, ut antistes, qui ordinandus est, necessario ante ordinationem in codice ejus, qui ordinat eum, sanctum fidei Symbolum, et reliqua divina dogmata inscribat. Vidi enim antistitem in magnum discrimen adductum, eo quod non diligenter et ex consuetudine scripserit. Clericos autem sacra dogmata doceri canonicum et justum est. Inscribere autem hucusque non vidimus.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς χειροτονοῦντας ἐπίσκοπον ἢ κληρι-

ZONAR. Qui ab aliquo, inquit canon, episcopi

Guill. Beveregii notæ.

(18) *Ὁμοίως ἤρεσεν.* Cautum est hoc canone, ut cum episcopus aliquis vel clericus ordinatur, synodorum placita sive canones ecclesiastici auribus eorum inculcentur. Quod quidem sancti Augustini, qui concilio huic intererat, suasu decretum esse, Possidonius in Vita ejus retulit; ubi de ordinatione ejus contra canones a synodis editos celebrata loquens: *Quod in se ipso,* inquit, *postea fieri non debuisse, ut vero suo episcopo ordinaretur, et dixit, et scripsit, propter concilii universalis Nicæni vetitum, quod jam ordinatus didicit. Nec quod sibi factum esse doluit, aliis fieri voluit. Unde etiam sategit, ut conciliis constitueretur episcoporum, ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda.* Possid. in Vita August. cap. 8.

aut clerici ordinantur, ab eodem in iis quæ synodorum decreto de fide, et vitæ instituendæ ratione, deque ecclesiastica administratione sancita sunt, erudiri debent, ut proinde illi constitutiones Patrum cognitas servent, nec eos iisdem violatis pœnitentia facti postmodum consequatur. Consequetur ea namque, cum admissi criminis, vel in hac quoque vita, vel in futura certe pœnas judicio inexorabili expendent

ARIST. « Synodorum placita auribus ejus, qui « ordinandus est, inculcabuntur. »

Qui episcopus vel clericus ordinatur, quæ a synodis decreta sunt in aures ejus, ab eo qui ipsum ordinat, tradita debet recipere, et, admoneri ea observare.

CANON XX.

« Similiter placuit, ut morientium corporibus « eucharistia non detur. Scriptum est enim, « *Accipite, manducate* [17] : Mortuorum autem « corpora nec accipere possunt, nec comedere. « Et ne eos, qui jam sunt mortui, baptizari fece- « rit presbyterorum ignorantia. »

BALS. Rursus hic canon jubet non baptizari mortuos, nec sacramentorum communione dignos haberi. Morientes autem appellat eos, qui jam mortui sunt, non qui moribundi. Hi enim magis debent sanctorum mysteriorum viaticum sumere, et sacrum baptismum accipere, si non sint baptizati.

ZONAR. Rursum de eucharistia mortuis non impertienda hæc synodus agit. Quamvis enim illa dictio, Morientium, non eos qui vita functi sunt, si propriam ejus significationem species, sed qui jam moriuntur, significet; tamen quæ sequuntur, de mortuis sermonem esse satis aperte indicant, quia inquit mortuorum corpora nec accipere possunt nec comedere. Qui vero adhuc inter vivos agunt, quamvis conclamata salute exiguus deficientibus spiritus relinquatur, sanctorum mysteriorum communione non sunt privandi. Quin baptismum quoque mortuis ex sacerdotum imperitia hic canon conferri vetat. Ubi etiam verbum, Morientes, eodem modo, quo diximus, intelligi oportet. Dum enim spirat quis, divinus baptismus ei conferri debet.

ARIST. « Corpori vita defuncti eucharistia non « datur : non enim edit vel bibit. Ignorantia « etiam presbyteri non baptizabit mortuum. »

Domino dicente, *Accipite, edite*, quomodo quis mortuo de corpore divino tradat? mortuus enim nec accipere potest, nec edere. Sed nec baptizet quispiam vita functum. Presbyterorum enim ignorantia mortuis non erit adjumento, ut baptizati reputarentur.

CANON XXI.

« Et ideo in hac sancta synodo confirmandum est, « ut secundum Nicæni concilii decreta, propter « causas ecclesiasticas, quæ sæpe ad populi per- « niciem antiquantur, singulis annis fiat synodus,

[17] Matth. xxvi, 26.

A κον δεῖ, φησὶν ὁ κανών, λέγειν τοῖς χειροτονουμένοις τὰ δόξαντα ταῖς συνόδοις περί τε πίστεως καὶ περὶ τοῦ πῶς χρὴ βιοῦν, καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ οἰκοδομεῖν, ἵνα εἰδότες τὰς διατάξεις τῶν Πατέρων κατ' αὐτὰς ποιῶσι, καὶ μὴ μεταμεληθῶσι παρ' ἐκείνας ποιοῦντες. Μεταμεληθήσονται δὲ εὐθυνόμενοι ἢ καὶ ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, ἢ τέως ἀπαραιτήτως κατὰ τὴν μέλλουσαν.

ΑΡΙΣΤ. « Τὰ ταῖς συνόδοις δόξαντα ὁ χειροτονηθη- « σόμενος ἐνωτισθήσεται. »

Ὁ χειροτονούμενος ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ὀφείλει τὰ δεδογμένα ταῖς συνόδοις εἰς ἀκοὰς αὐτοῦ παραδέχεσθαι παρὰ τοῦ χειροτονοῦντος αὐτὸν, καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι ταῦτα φυλάττειν.

B

ΚΑΝΩΝ Κ'

« Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα τοῖς σώμασι τῶν τελευτών- « των εὐχαριστία μὴ δοθῇ. Γέγραπται γὰρ, « *Λάβετε, φάγετε* · τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα « οὐδὲ λαβεῖν δύναται, οὐδὲ φαγεῖν. Καὶ ἵνα μὴ « τοὺς ἤδη τελευτῶντας βαπτισθῆναι ποιήσῃ ἡ « τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια. »

ΒΑΛΣ. Καὶ αὖθις ὁ κανὼν παρακελεύεται τοὺς νεκροὺς μήτε βαπτίζεσθαι, μήτε τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι. Τελευτῶντας δὲ καλεῖ τοὺς ἤδη τελευτήσαντας, οὐχὶ τοὺς τὰ ἔσχατα πνέοντας. Οὗτοι γὰρ μᾶλλον ἐφοδιάζεσθαι ὀφείλουσι διὰ τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως, καὶ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος, ἐὰν ὦσιν ἀβάπτιστοι

C ΖΩΝΑΡ. Καὶ πάλιν περὶ τοῦ μὴ τοὺς νεκροὺς τῆς τῶν θείων μυστηρίων μεταλήψεως ἀξιοῦν ἡ σύνοδος διαλέγεται. Εἰ γὰρ καὶ ἡ λέξις τῶν τελευτώντων τοὺς μήπω θανόντας ἐμφαίνει κατὰ τὸ ἀκριβὲς, τοὺς δὲ ἔτι θνήσκοντας, ἀλλὰ τὰ ἑξῆς σαφῶς δηλοῦσιν ὅτι περὶ θανόντων ἤδη ὁ λόγος ἐστὶ, τὸ εἰπεῖν δηλονότι ὅτι τὰ τῶν νεκρῶν σώματα οὔτε λαβεῖν δύναται οὔτε φαγεῖν. Τοὺς δὲ ἔτι ζῶντας, κἂν ἀπέγνωσταί αὐτοὺς ἡ ζωὴ, κἂν μετὰ βραχὺ μέλλωσιν ἐκπνεῖν, τῶν ἁγίων μυστηρίων ἀξιοῦσθαι χρεών. Ἀλλὰ μηδὲ βαπτίζεσθαι τοὺς νεκροὺς καὶ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται ἐξ ἀγνοίας τῶν πρεσβυτέρων. Κανταῦθα δὲ τὴν λέξιν τῶν τελευτώντων οὕτως νοητέον, ὡς ἤδη εἰρηται. Ἕως γὰρ ἂν ἐμπνέῃ τις, τοῦ θείου βαπτίσματος ἀξιωθήσεται.

D ΑΡΙΣΤ. « Τῷ τοῦ τετελευτηκότος σώματι εὐχαριστία « οὐχ δίδοται · οὐ γὰρ ἐσθίει, ἢ πίνει · καὶ ἄγνοια « πρεσβυτέρου οὐ βαπτίσει τὸν τελευτήσαντα. »

Τοῦ Κυρίου εἰπόντος, *Λάβετε, φάγετε*, πῶς ἂν τις τῷ τελευτήσαντι τοῦ θείου σώματος μεταδώσει; οὔτε γὰρ λαβεῖν οὔτε φαγεῖν ὁ νεκρὸς δύναται. Ἀλλ' οὐδὲ βαπτίσει τις τὸν τελευτήσαντα. Ἡ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων ἄγνοια οὐκ ὠφελήσει τοὺς τελευτήσαντας, ὥστε βεβαπτισμένους λογίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

« Διὸ βεβαιωτέον ἐστὶν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, « ὥστε κατὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ ὅρους διὰ τὰς ἐκ- « κλησιαστικὰς αἰτίας, αἵτινες πολλάκις πρὸς « ὄλεθρον τοῦ λαοῦ παλαιοῦνται, καθ' ἕκαστον

« ἐνιαυτὸν σύνοδον γίνεσθαι, πρὸς ἣν πάντες οἱ A
« τῶν ἐπαρχιῶν τὰς πρώτας καθέδρας ἐπέχοντες
« ἐκ τῶν οἰκείων συνόδων, δύο, ἢ ὅσους ἐπιλέ-
« ξονται, ἐπισκόπους τοποτηρητὰς ἀποστέλλωσιν·
« ἵνα ἐν τῇ συναχθείσῃ συνελεύσει πλήρης εἶναι
« δυνηθείη ἡ αὐθεντία. »

« ad quam omnes, qui provinciarum primas ca-
« thedras obtinent, ex propriis synodis duos, vel
« quotcunque elegerint, episcopos legatos mit-
« tant, ut in congregato conventu plena possit esse
« auctoritas. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐτησίων συνόδων ἐν τῷ ε' κανόνι τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου, καὶ ἐν ἑτέροις πλατύτερον διελήφθη. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησι τὰς συνόδους γίνεσθαι ἐτησίως, ἵνα μὴ σβεννύωνται τῷ χρόνῳ τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ὁρισθέντα. Ἀλλὰ κατὰ τὴν τούτων περίληψιν λύωνται τὰ ἀνακύπτοντα ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα. Γογγυζόντων δέ τινων, ὡς ἔοικε, διὰ τὴν τοιουτότροπον ἐτησίαν συνέλευσιν, ἴσως οὖσαν δυσχερῆ διὰ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ, ὥρισαν οἱ Πατέρες παρὰ τῶν πρωτευόντων ἐν ταῖς ἐπαρ- B
χίαις, ἤγουν τῶν μητροπολιτῶν, ἀποστέλλεσθαι τοποτηρητάς, ὅτε δεήσει, ἤγουν ὅτε μετάκλησις γένηται, ἐξ ἀνάγκης δύο ἐπισκόπους, ἢ καὶ πλείους ὅσους ἐπιλέξωνται, ἵνα δι' αὐτῶν καὶ οὗτοι δόξωσι παρουσιάζειν, καὶ ὥστε τέλεια τὰ ὁρισθησόμενα, ὡς καὶ δοκοῦντα παρὰ πάντων γίνεσθαι. Τοποτηρηταὶ δὲ οὗτοι λέγονται, διὰ τὸ τὸν τόπον τηρεῖν, ἤγουν ἐπέχειν καὶ ἀναπληροῦν τῶν ἀποστειλάντων αὐτούς. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, ἐπεὶ εἰκός ἐστιν εἰπεῖν τινας ὡς, ἐὰν οἱ μητροπολῖται, οἵτινες λέγονται καὶ πρῶτοι τῶν ἐπαρχιῶν, ἀναγκάζοντσι παρὰ τοῖς πατριάρχαις ἐτησίως συνέρχεσθαι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι πάλιν παρὰ τοῖς μητροπολίταις, συμβαίνει ἔν ἐξ αὐτῶν μὴ γίνεσθαι, διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι τὸν C
μητροπολίτην, Δυρραχίου τυχὸν, παρὰ τῷ πατριάρχῃ συνελθεῖν, καὶ κατ' αὐτὸν ποιῆσαι τὸν αὐτὸν καὶ εἰς τὴν οἰκείαν ἐπαρχίαν σύνοδον, εἰπὲ ὅτι εὐχερές ἐστι καὶ ἄμφω γενέσθαι. Οἱ μὲν γὰρ ἐπαρχιῶται παρὰ τῷ πρώτῳ αὐτῶν συναχθήσονται· αὐτὸς δὲ παρὰ τῷ πατριάρχῃ συνέλθῃ διὰ ἐντολέων ἤτοι τοποτηρητῶν, καθὼς καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται, θεραπεύων τὴν δυσχέρειαν τῆς εἰς τὰς δύο συνόδους παρουσίας τῶν μητροπολιτῶν. Τὸ δὲ τοποτηρητὰς ἀποστέλλεσθαι διὰ ἐπισκόπων οἶομαι μὴ εἶναι ἀναγκαῖον. Καὶ ἱερεῖς γὰρ, ἀλλὰ μὴν καὶ διάκονοι σταλήσονται, ὡς τοποτηρηταί. Ἐν ταῖς πλείοσι γὰρ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ ἐπίσκοποι τοποτηρηταὶ παρέστησαν, καὶ ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, ἔκ τε τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς D
Ῥώμης.

BALS. De annuis synodis in quinto canone primæ synodi Nicænæ et in aliis fusius tractatum est. Præsens autem canon dicit synodos quotannis debere fieri, ne tempore exstinguantur quæ a sanctis Patribus constituta sunt, sed per eorum comprehensionem solvantur ecclesiasticæ quæstiones quæ emergunt. Cum autem quidam, ut est verisimile, murmurarent ob annuum ejusmodi conventum, ut qui esset difficilis propter viæ longitudinem, statuerunt Patres, ut a provinciarum primatibus seu metropolitanis mittantur legati, quando oportebit, scilicet quando ii accersiti fuerint, duo necessario episcopi, vel etiam plures quotquot elegerint: ut per eos ipsi quoque interesse videantur, et perfecta sint statuta, ut quæ ab omnibus fieri videantur. Hi autem legati dicuntur τοποτηρηταὶ (id est loci conservatores), eo quod locum conservent, seu obtineant ac impleant eorum qui ipsos miserunt. Cum hæc canon decernat, quia verisimile 543 est dixisse aliquos, quod si metropolitani, qui dicuntur esse primi provinciarum, coguntur a patriarchis quotannis convenire, et episcopi rursus a metropolitanis, evenit ut unum ex iis non fiat, quod fieri non possit, ut Dyrrachii forte metropolitanus ad patriarcham conveniat, et eodem tempore faciebat et ipse synodum in sua provincia: dic, quod facile est utrumque fieri. Provinciales enim apud ipsorum primatem congregabuntur; ipse vero apud patriarcham conveniet per procuratores seu legatos, sicut et præ ens canon decernit, difficultati remedium afferens metropolitanorum præsentiæ in duabus synodis. Legatos autem mitti episcopos existimo non esse necessarium. Nam et sacerdotes, quin etiam diaconi, mittentur ut legati. In pluribus enim universalibus synodis etiam episcopi legati adfuerunt, et sacerdotes, et diaconi, tum ex aliis provinciis, tum etiam ex ipsa Roma.

ΖΩΝΑΡ. Κἀνταῦθα πάλιν περὶ ἐνιαυσιαίας συνόδου φασὶν οἱ Πατέρες, ὥστε γίνεσθαι ἀπαραιτήτως. Διὶ οὖν, λέγουσι, βεβαιῶσαι, ἵνα κατὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ ὁρισθέντα γίνηται κατ' ἐνιαυτὸν σύνοδος διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας. Μετὰ γὰρ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ὥρισεν ἐν ε' κανόνι κατ' ἐνιαυτὸν γίνεσθαι συνόδους. Ἐκκλησιαστικαὶ δὲ αἰτίαι εἰσὶν αἱ ἀνακύπτουσαι ὑποθέσεις πρὸς οἰκονομίαν ἐκκλησιαστικὴν, αἵτινες αἰτίαι μὴ ἀνακοπτόμεναι παλαιοῦνται, ἀντὶ τοῦ τῷ χρόνῳ βεβαιοῦνται πρὸς ὄλεθρον τοῦ λαοῦ. Πρὸς ἣν σύνοδον οἱ τοὺς πρώτους θρόνους τῶν ἐπαρχιῶν ἐπέχοντες στελοῦσιν, οὓς ἂν ἐπιλέξωνται, ἐπισκόπους δύο ἢ

ZONAR. De annua synodo sublata omni penitus tergiversatione, celebranda rursum hic quoque Patres decernunt. Quod igitur in Nicæna synodo constitutum est, ut quotannis ob ecclesiasticas causas synodi habeantur, id vero, inquiunt, a nobis confirmari oportet. Nam post Constitutionem a sanctis apostolis editam, decretum de synodo quotannis habenda, Nicænæ prima synodus quinto canone promulgavit. Ecclesiasticæ vero causæ sunt quæ in ecclesiastica administratione in dies emergunt, quæ quidem, nisi extricentur, inveterant, hoc est, ad populi perniciem temporis diuturnitate invalescunt. Ad eam porro synodum, qui primam in pro-

vinciis sedem obtinent, duos pluresve, quos ipsi elegerint, episcopos legatos mittant, ut perfecta auctoritas seu potestas in conventu non desideretur, hoc est, ut ad ea quæ in synodo decreta fuerint, quippe antistitum, quorum in singulis provinciis præcipua dignitas est, per legatos accedente consensu, perfecta auctoritas adjungatur. Legati porro τοποτηρηταὶ (id est, loci conservatores) dicuntur, quod eorum a quibus missi sunt locum servent, id est, occupent, impleant.

ARIST. « Juxta Patrum Nicænorum decreta, synodus quotannis convocetur : et duo, vel quotquot « elegerint, legati a primatibus in unaquaque « provincia mittantur. »

Hi Patres, Nicææ habitam sequentes synodum, quotannis Carthagine celebrari synodum mandant, et e singulis provinciis a proviniciarum metropolitis mitti duos, vel etiam quotcunque elegerint ipsi, legatos.

CANON XXII.

« Si quis episcopus accusetur, ad ejus regionis « primates accusator rem deferat : nec communione arceatur is cui crimen intenditur, nisi ad « se in judicio defendendum eorum, qui ad judicandum electi sunt, litteris evocatus die præstituto nequaquam stiterit, id est, intra spatium « mensis, ex quo eum apparuerit litteras accepisse. Si autem veras aliquas et necessarias « causas ostenderit, quæ impedimento fuerint, quominus se sisterit ad respondendum iis quæ « adversum eum proposita fuere, intra alterum « mensem integram habeat facultatem : sed post « secundum mensem non communicabit, donec « purus ostensus fuerit. Si autem in universali « synodo anniversaria se sistere noluerit, ut vel « illic causa ejus terminetur, ipse adversus se « condemnationis sententiam protulisse judicabi« tur. Quo vero tempore non communicat, 544 « nec in sua ecclesia, nec in parochia communicabit. Ejus autem accusator, si nunquam abfuerit, iis diebus, quibus negotium agitatur « communione nequaquam arceatur : si vero aliquando abfuerit seipsum subducens, restituto « communicationi episcopo, ipse accusator ex « communione ejicietur, ita tamen ut nec ei « accusationis facultas auferatur, si potuerit os« tendere die præstituto non noluisse, sed non « potuisse sistere; illo quidem manifesto exsistente, quod si, dum res movetur in episcoporum judicio, infametur accusatoris persona, « ad accusationem non admittatur, nisi de « proprio negotio, non tamen ecclesiastico, velit « agi. »

BALS. Quia episcopis est competens metropolitani judicium, dicit canon quod, si episcopus ab aliquo accusetur, debet a suo primate seu metropo-

καὶ πλείους τοποτηρητὰς, ἵνα τελεία εἴη ἡ αὐθεντία, ἤγουν ἡ ἐξουσία ἐν τῇ συνελεύσει, τουτέστιν, ἵνα ὁριζόμενα καὶ τυπούμενα ἐν τῇ συνόδῳ μετὰ αὐθεντίας τελείας ὁρίζωνται, ὡς καὶ τῶν πρωτευόντων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχιερέων συμψήφων γινομένων διὰ τῶν παρ' αὐτῶν στελλομένων τοποτηρητῶν. Τοποτηρηταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ τὸν τόπον τηρεῖν, ἤγουν ἐπέχειν, ἀναπληροῦν, τῶν στειλάντων αὐτούς.

ΑΡΙΣΤ. « Κατὰ τοὺς ὅρους τῶν ἐν Νικαίᾳ, σύνοδος « κατ' ἐνιαυτὸν συγκαλείσθω· καὶ πεμπέσθωσαν « ὑπὸ τῶν πρωτευόντων ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ δύο, ἢ « καὶ ὅσοι ἐπιλεχθεῖεν τοποτηρηταί. »

Οἱ Πατέρες οὗτοι, τῇ ἐν Νικαίᾳ καταχολουθοῦντες συνόδῳ, κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Καρχηδόνι προστάττουσι σύνοδον γίνεσθαι, καὶ πέμπεσθαι ἀφ' ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὸ τῶν μητροπολιτῶν τῶν ἐπαρχιῶν δύο, ἢ καὶ ὅσους ἐπιλέξονται οὗτοι, τοποτηρητάς.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

« Ἐάν τις τῶν ἐπισκόπων κατηγορῆται, παρὰ τοῖς « τῆς αὐτοῦ χώρας πρωτεύουσιν ὁ κατήγορος ἀνα« γάγῃ τὸ πρᾶγμα· καὶ μηδὲ ἀπὸ τῆς κοινωνίας « κωλυθῇ ὁ κατηγορούμενος, εἰ μὴ ἂν πρὸς « ἀπολογίαν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐπιλεγέντων « δικάζειν γράμμασιν προσκληθείς, τῇ ὡρισμένῃ « ἡμέρᾳ οὐδαμῶς ἀπαντήσῃ, τοῦτ' ἔστιν ἐντὸς « προθεσμίας μηνὸς ἀφ' ἧς ἡμέρας φανείη τὰ « γράμματα δεξάμενος. Ἐὰν δὲ ἀληθεῖς τινας καὶ « ἀναγκαστικὰς αἰτίας ἀποδείξῃ, τὰς αὐτὸν κω« λούσας ἀπαντῆσαι πρὸς ἀπολογίαν τῶν κατ' « αὐτοῦ προτεθέντων, ἐντὸς ἑτέρου μηνὸς ἀκε« ραίαν ἐχέτω εὐχέρειαν· μετὰ δὲ τὸν δεύτερον « μῆνα μὴ κοινωνήσῃ, ἕως οὗ καθαρὸς ἀποδει« χθείη. Εἰ δὲ πρὸς σύμπασαν τὴν ἐτησίαν σύνο« δον ἀπαντῆσαι μὴ βουληθείη, ἵνα κἂν ἐκεῖ τὸ « πρᾶγμα αὐτοῦ περαιωθῇ, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ « τῆς καταδίκης τὴν ψῆφον ἐκπεφωνηκέναι κρι« θήσεται. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ ᾧ οὐ κοινωνεῖ μηδὲ « ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ ἐν παροικίᾳ κοινω« νήσῃ. Ὁ δὲ τούτου κατήγορος, ἐὰν μὲν μὴ « ἀπολειφθείη, ἐν αἷς ἡμέραις γυμνάζεται τὰ τοῦ « πράγματος, μηδαμῶς κωλυθῇ ἀπὸ τῆς κοινω« νίας· ἐὰν δέ ποτε ἐλλείψῃ ἑαυτὸν ὑποσύρας, « ἀποκαθισταμένου τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἐπισκό« που, αὐτὸς ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἐκβληθῇ ὁ « κατήγορος· οὕτως μέντοι, ὡς μηδὲ τὴν εὐχέ« ρειαν αὐτῷ ἀφαιρεῖσθαι τῆς κατηγορίας τοῦ « πράγματος, ἐὰν δυνηθῇ ἀποδεῖξαι κατὰ τὴν προ« θεσμίαν οὐχὶ μὴ τεθεληκέναι, ἀλλὰ μὴ δεδυνῆ« σθαι ἀπαντῆσαι· ἐκείνου δήλου ὄντος, ὡς ἐν τῷ « κινεῖσθαι τὰ πράγματα ἐν τῷ τῶν ἐπισκόπων « δικαστηρίῳ, ἐὰν διαβέβληται τὸ πρόσωπον τοῦ « κατηγόρου, μὴ δεχθῇ εἰς κατηγορίαν, εἰ μηδ' ἂν « ὑπὲρ ἰδίου πράγματος, μὴ μέντοι περὶ ἐκκλη« σιαστικοῦ, θελήσῃ ἐπιβαλέσθαι. »

ΒΑΛΣ. Ἐπεὶ πρόσφορόν ἐστι δικαστήριον τοῖς ἐπισκόποις τὸ τοῦ μητροπολίτου, φησὶν ὁ κανὼν ὅτι, ἐὰν κατηγορῆται ἐπίσκοπος παρά τινος, ὀφεί-

λει δικάζεσθαι παρὰ τῷ πρώτῳ αὐτοῦ, ἤγουν τῷ μητροπολίτῃ· πρὸ δὲ καταδίκης ἐχέτω ὁ κατηγορούμενος τὴν οἰκείαν τιμὴν ἀπαρασάλευτον, καὶ ἱερουργείτω, εἰ μήπω μετακληθεὶς οὐκ ἀπαντήσει εἰς τὸ δικαστήριον ἐντὸς μηνός, ψηφίζεσθαι ὀφείλοντος ἐξ ὅτου τὰ καλούμενα αὐτὸν εἰς τὸ δικαστήριον ἐδέξατο γράμματα· τότε γὰρ εἰς ποινὴν τῆς ἀπειθείας ἀκοινώνητος γίνεται, τουτέστιν ἀφορίζεται. Ἐὰν δὲ ἔκ τινων συμβεβηκυιῶν αἰτιῶν ἀληθῶν φανῇ ἐξ ἀνάγκης τινὸς μὴ ἀπαντῆσαι εἰς τὸ δικαστήριον καὶ ἀπολογήσασθαι, ἕτερος αὖθις αὐτῷ δίδοται μὴν εἰς προθεσμίαν, χάριν τοῦ προσελθεῖν τῷ δικαστηρίῳ· καὶ εἰ μηδὲ οὕτως ἀπαντήσει, ἀφορίζεται μέχρις ἂν τὰ τῆς κατηγορίας διευλυσωθῶσιν. Ἐὰν δὲ οὔτε πρὸς τὸν πρωτεύοντα τῆς ἐπαρχίας παραγένηται, οὔτε πρὸς τὴν ἐτησίως γινομένην σύνοδον, ἔστω, φασὶ καταδεδικασμένος. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ἀκοινωνησίας οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ ὁπουδήποτε ἱερουργῆσαι. Ὁ δὲ κατήγορος, εἰ μὲν παρουσιάζει, ἔσται κοινωνικός· εἰ δὲ ἀπολειφθῇ κατὰ σκῆψιν, αὐτὸς μὲν ἀφορισθήσεται, ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἀπολυθήσεται τοῦ ἀφορισμοῦ. Πλὴν καὶ μετὰ τὸν ἀφορισμὸν ὁ κατήγορος οὐ κωλυθήσεται λέγειν τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὅτι οὐ κατὰ περιεργίαν ἀπελείφθη. Ἐπὶ τούτοις θέλει ὁ κανὼν ἀκολούθως τῷ ς' κανόνι τῆς δευτέρας συνόδου ἀδιάβλητον εἶναι τὸν κατήγορον. Εἰ γὰρ διαβεβλημένη εἴη ἢ ἀμφίβολος ἡ ὑπόληψις αὐτοῦ, ἀπρόσδεκτος ἔσται, εἰ μὴ οἰκείαν προτίθηται ὑπόθεσιν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου, χρηματικὴν δηλαδή, οὐ μέντοι ἐκκλησιαστικὴν καθαιρέσει καθυποβάλλουσαν. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. Σὺ δὲ γίνωσκε, ὅτι σήμερον αἱ περιεχόμεναι προθεσμίαι ἐν τούτῳ σχολάζουσι· καὶ διὰ τριῶν ἐπιφωνημάτων τριακονθημέρων μεταχαλοῦνται πάντες ἐναγόντές τε καὶ ἐναγόμενοι, κἂν οἵας ὦσι καταστάσεως, καὶ κἂν ἐστὶν ὑποθέσεως τὸ αἴτίαμα, κατὰ τὴν προσκυνητὴν νεαρὰν τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, τὴν ἀπολυθεῖσαν κατὰ μῆνα Ἰούλιον, ἰνδικτιῶνος ιδ' τοῦ ςχοδ' ἔτους. Πλὴν τοῦτο κρατεῖ, ὅτε διὰ λιβέλλου καὶ λοιπῆς δικαστικῆς ἀκολουθίας χρηματικὴ ἢ ἐγκληματικὴ κατὰ ἐπισκόπου καταχθῇ ὑπόθεσις· εἰ γὰρ διὰ τῆς τάξεως προσηγγελθῇ τι κατὰ ἐπισκόπου ἢ κληρικοῦ ἐκκλησιαστικὸν ζήτημα, ὅτε οὐδὲ χρεία ἐστὶ λιβέλλου ἢ ἄλλης τινὸς δικαστικῆς ἀκολουθίας, καὶ ὁ διεγκαλούμενος, μηνυόμενος οὐ παρουσιάζει, κατὰ τὸν οὗ ἀποστολικὸν κανόνα κολασθήσεται, ὥσπερ κολάζεται, ἤγουν καταδικάζεται, καὶ ὑπὸ τῶν νόμων ὁ ἀναίσχυντος ἀπειθής. Ἔτι σημείωσαι ὅτι ὁ ἀφορισθεὶς οὐκ ἐμποδίζεται διὰ τὸν ἀφορισμὸν γυμνάζειν ἣν προέθετο κατηγορίαν· καὶ ὅτι, εἰ διαβληθέντες καὶ ἀμφίβολοι περὶ τὴν οἰκείαν ἐπιτιμίαν, πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἄτιμοι, ἐγκληματικὴν κατηγορίαν οὐ συνιστῶσι, χρηματικὰς δὲ ἰδίας ὑποθέσεις γυμνάζουσιν.

litano judicari : ante condemnationem autem habeat accusator proprium honorem inconcussum, et sacra celebret; nisi forte accersitus se in judicio non stiterit intra mensem, qui numerari debet ex quo litteras, quibus in judicium vocatur, acceperit; tunc enim in pœnam inobedientiæ excommunicatur, id est, segregatur. Sin autem ex aliquibus justis, quæ evenerunt, causis appareat eum in judicio necessario non stitisse, nec respondisse, alius ei rursus mensis datur dilationis, ut ad judicium accedat : et si nec sic quidem stiterit, segregatur, donec de accusatione decisum fuerit. Si vero neque ad provinciæ primatem accesserit, neque ad synodum quæ fit quotannis, sit, inquit, condemnatus. In tempore porro excommunicationis non licet ei sactum quomodocunque celebrare. Accusator autem, si sit quidem præsens, communicare poterit : sin vero sub prætextu abfuerit, ipse quidem segregabitur; episcopus autem a segregatione liberabitur. Accusator tamen post segregationem non prohibebitur causam dicere, et quod non nisi ob causam necessariam abfuerit. Post hæc vult canon, consequenter canoni 6 secundæ synodi ab omni esse reprehensione et infamia liberum accusatorem. Si enim mala fuerit vel dubia ejus existimatio, non erit admittendus, nisi suam adversus episcopum causam proponat, scilicet pecuniariam, non tamen ecclesiasticam, quæ depositioni subjicit. Ac in iis quidem consistit canon. Tu autem scias, quod hodie, qui hic præstituitur terminus, locum non habet : et per tria triginta dierum edicta omnes actores et rei accersuntur, cujuscunque sint status, et cujusmodicunque causa sit, secundum novellam potentis et sancti imperatoris mense Julio editam, indictione decima quarta anno 6674. Sed hoc quidem servatur, quando per libellum et reliquam judicialem consequentiam pecuniaria vel criminalis causa adversus episcopum illata fuerit. Si autem per ordinem adversus episcopum vel clericum aliqua ecclesiastica quæstio denuntiata fuerit, quando nec libello opus est, vel aliqua alia judiciali consequentia, et qui accusatur, seu defertur, non adest, punietur secundum canonem 74 apostolicum, sicut condemnatur seu punitur etiam a legibus contumax ac inobediens. Præterea nota, quod segregatus non impeditur propter segregationem, quominus quam proposuit accusationem persequatur : et quod, qui sunt mala seu dubiæ existimationis, et multo magis infames, criminalem quidem accusationem non instruunt, sed pecuniarias proprias causas agitant.

ΖΩΝΑΡ. Κατηγουμένου ἐπισκόπου, ὁ κατήγορος παρὰ τοῖς πρωτεύουσι τῶν χωρῶν ὀφείλει τὴν κατηγορίαν ἐνιστᾷν. Οὐχ ἅμα δὲ τῇ κατηγορίᾳ παύεται τῶν οἰκείων δικαίων ὁ κατηγορούμενος ἐπίσκοπος, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκείᾳ τιμῇ καὶ καταστάσει ἐστὶ, μέχρις ἀποφάσεως· εἰ μή που κληθεὶς εἰς δικαστήριον οὐκ ἀπαντήσει ἐντὸς μηνός, ψηφίζεσθαι ὀφείλοντος ἐξ-

545 ZONAR. Si episcopus accusetur, coram regionis primate accusator actionem instituere debet. Neque vero delato nomine, episcopus, qui accusatur, jura sua ac dignitatem illico amittit; sed dignitatem ac locum, quoadusque de illo pronuntiatum fuerit, detinebit, nisi forte ad judicium citatus unius mensis intervallo non adfuerit, quem

quidem ab eo tempore designari oportebit, quo litteras quibus ad judicium evocatur acceperit. Nam tunc quidem pertinaciæ culpam communionis privatione, hoc est, segregatione luet. Quod si aliquarum causarum interventu, quas veras, non commentitias esse constet, necessario hominem impeditum fuisse appareat, quominus in judicio stiterit et responderit, in alterum mensem rursum ipsi præfinitam adeundi judicii diem prorogari placet. At si, illo nusquam apparente, irritus alter quoque mensis abierit, ab eo tempore, quoadusque se, in quo accusatur, culpa vacare ostenderit, communione privatum esse canon decernit. Quod si neque ad primatem provinciæ, neque ad episcoporum synodum quotannis haberi solitam, ut in ea de criminibus ipsi objectis quæratur, quæstioque tota absolvatur, accesserit, jam ipse contra se suffragium tulisse, hoc est, ipse se condemnasse existimandus est. Porro illo segregationis tempore, neque in ipsius ecclesia, neque alibi, velut in subjecta ipsi parœcia, cum eo communicandi facultas erit. Accusator vero, si quidem in judicio præsto fuerit, a communione nequaquam arcebitur : at si se eo deserto subduxerit, hoc est sponte se, neque ulla necessaria causa coactus, proripuit, ac latebras, ne inveniretur, quæsivit; episcopum quidem, cui dicta dies fuerat, a multa communioni restitutum absolvi, accusatorem vero ipsum vicissim imposita pœna puniri jubet Actori tamen accusationem persequi ac judicio experiri adhuc licebit, si modo non ipsius voluntate rem contempsisse, sed justæ ac necessariæ causæ interventu, quominus ad præfinitam adesset, factum fuisse ostenderit. Illud autem, inquit, omnes norint, tunc episcopi delatori locum fore in judicio, si nulla ipse criminis infamia notatus sit. Cujus namque delatum nomen ad judices, aut de quo etiam dubia existimatio fuerit, nisi de sua re privata, pecuniaria nimirum, actionem episcopo intendat, ecclesiasticæ vero controversiæ, hoc est, ejus ex qua episcopo periculum amittendæ dignitatis creetur, partem nullam attingat, audiri omnino vetat. De eadem re sextus quoque secundæ œcumenicæ synodi canon decernit. Quæ in eum scripta sunt vide. Quartus vero et septuagesimus sanctorum apost. can. accusatum episcopum ter citari; ac, nisi denique in jus eat, aliorum episcoporum suffragio condemnari jubet.

ARIST. « Episcopus accusatus et in judicium du-
« ctus, duorum mensium spatium habeat ; si qui-
« dem ex altera parte tardius veniat auxilium :
« postea autem excommunicabitur, si non occur-
« rerit. Si autem, præsente accusato, accusator
« aufugiat, communione privabitur. Accusator
« autem infamia laborans, non est accusator. »

Episcopus a quopiam accusatus, a synodo cui subjacet, per litteras ad se defendendum venire evocetur. Si autem, postquam litteras acceperit, se judicio non stiterit, usque ad unum completum mensem, a necessariis quibusdam impeditus causis, ad dilationem habeat et alterius unius mensis con-

A του τὰ καλοῦντα αὐτὸν εἰς τὸ δικαστήριον ἐδέξατο γράμματα. Τότε γὰρ εἰς ποινὴν τῆς ἀπειθείας ἀκοινώνητος γίνεται, τουτέστιν ἀφορίζεται. Ἐὰν δὲ ἐκ τίνων συμβεβηκυιῶν αἰτιῶν, καὶ οὐ πεπλασμένων, καὶ ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν κωλυουσῶν φανῇ κωλυθεὶς μὴ ἀπαντῆσαι εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἀπολογήσασθαι, ἕτερος; αὖθις αὐτῷ δίδοται μὴν εἰς προθεσμίαν τοῦ προσελθεῖν τῷ δικαστηρίῳ. Ἐὰν δὲ καὶ ὁ δεύτερος μὴν παρέλθῃ ἐπὶ κενοῖς, ἐκείνου μὴ ἀπαντήσαντος, ἔκτοτε ἀκοινώνητον εἶναι αὐτὸν ὁ κανὼν διατάττεται, ἕως διαγνωσθῇ ὅτι καθαρός ἐστι τῆς κατ' αὐτοῦ γενομένης κατηγορίας. Ἐὰν δὲ οὔτε πρὸς τὸν πρωτεύοντα τῆς ἐπαρχίας παραγένηται, οὔτε πρὸς τὴν τῶν ἐπισκόπων σύνοδον τὴν ἐτησίως γινομένην, ἵνα ἐκεῖ
B ἐξετασθῇ τὰ κατ' αὐτοῦ λεγόμενα καὶ πέρας δέξηται, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ ἐψηφίσατο, ἤγουν αὐτὸς ἑαυτὸν κατεδίκασεν. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ ἐπιτιμίου τῆς ἀκοινωνησίας οὔτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἔξεστιν αὐτῷ κοινωνῆσαι, οὔτε ἀλλαχοῦ, οἷον παροικίᾳ ὑποκειμένῃ αὐτῷ. Ὁ δὲ κατήγορος, ἐὰν προσέδρευῃ τῷ δικαστηρίῳ, οὐ κωλυθήσεται κοινωνεῖν· ἐὰν δὲ ἀπολειφθῇ ἑαυτὸν ὑποσύρας, ἤγουν ἐκκυσίως, οὐκ ἐξ ἀνάγκης τινός, ἑαυτὸν ὑποκλέψας, καὶ ἀποκρύψας, ὥστε μὴ εὑρίσκεσθαι, ὁ μὲν ἐπίσκοπος ὁ κατηγορούμενος λυθήσεται τοῦ ἐπιτιμίου, ἀποκαθιστάμενος εἰς τὴν κοινωνίαν· ὁ δὲ κατήγορος ἐπιτιμηθήσεται. Οὐ μέντοι κωλυθήσεται γυμνάζειν τὴν κατηγορίαν, καὶ δικάζεσθαι ἐὰν φανῇ μὴ ἐξ οἰκείου θελήματος κατα-
C φρονῆσαι, ὥστε μὴ ἐμπροθέσμως ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ μὴ συνηθῆναι ἐξ αἰτίας εὐλόγου καὶ ἀπαραιτήτου. Ἔστω δὲ, φησὶ, δῆλον ὅτι τότε δεχθήσεται ὁ κατήγορος τοῦ ἐπισκόπου, ἐὰν μὴ διαβέβληται. Εἰ γὰρ διαβεβλημένος εἴη, ἢ ἀμφίβολός ἐστιν ἡ ὑπόληψις αὐτοῦ, ἀπρόσδεκτος ἔσται, εἰ μὴ οἰκείαν προτίθησιν ὑπόθεσιν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου, χρηματικὴν δηλαδὴ, οὐ μέντοι ἐκκλησιαστικὴν, τουτέστιν εἰς ἔκπτωσιν τῆς ἐπισκοπῆς καταδικάζουσαν τὸν κατηγορούμενον. Περὶ τούτου δὲ καὶ ὁ ς' κανὼν τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου διατάττεται, καὶ ζητητέον τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα. Ὁ δὲ οὐ τῶν ἀποστόλων κανὼν τὸν ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα τρισσάκις καλεῖσθαι κελεύει, καὶ εἰ μὴ ἀπαντήσει, τότε τοὺς ἐπισκόπους ψηφίζεσθαι κατ' αὐτοῦ.

D « ΑΡΙΣΤ. Κατηγορούμενος ἐπίσκοπος καὶ ἀγόμενος
« ἐχέτω δύο μηνῶν ἔνδοσιν, εἴπερ ἑτέρωθέν ἐστι
« τῆς βραδυτῆτος· βοήθεια· ἐξῆς δὲ τὸ ἀκοινώνη-
« τον ἕξει, μὴ ὑπαντήσας. Ἐὰν δὲ παρουσιάζον-
« το; τοῦ κατηγορουμένου, ὁ κατήγορος ἀποφεύ-
« γῃ, ἕξει τὸ ἀκοινώνητον· διαβαλλόμενος δὲ κα-
« τήγορος οὐ κατήγορος. »

Ἐπίσκοπος; ὑπό τινος κατηγορούμενος, παρὰ τῇ συνόδῳ, ᾗ ὑπόκειται, διὰ γραμμάτων προσκαλείσθω πρὸς ἀπολογίαν ἐλθεῖν· εἰ δὲ, μεθ' τὰ γράμματα δέξεται, οὐκ ἀπαντήσει εἰς τὸ δικαστήριον μέχρις ὅλου μηνὸς ἑνὸς, κωλυθεὶς ἴσως ὑπό τινων ἀναγκαστικῶν αἰτιῶν, ἐχέτω εἰς ὑπέρθεσιν καὶ ἑτέρου μη-

νὸς ἑνὸς προθεσμίαν· εἰ δὲ καὶ ὁ δεύτερος μὴν παρ- A
ἐλθοι διακενῆς, καὶ εἰς τὸ δικαστήριον οὐ παρουσιάσει, ἀφωρισμένος ἔστω, μέχρις ἂν ἀνεύθυνος φανῇ. Ἐὰν δὲ τοὐναντίον ὁ μὲν κατηγορούμενος ἐπίσκοπος πάρεστι, καὶ τὴν ἐπεξέλευσιν τῆς κατ' αὐτοῦ κατηγορίας γενέσθαι ἐπιζητῇ ὁ δὲ κατήγορος οὐδαμοῦ φαίνηται, ἀλλὰ ἀποφεύγῃ, αὐτὸς ἕξει τὸ ἀκοινώνητον ὁ κατήγορος. Διὰ τοῦτο γοῦν ὀφείλουσιν οἱ κατηγοροῦντες ἐξετάζεσθαι, καὶ τὴν θρησκείαν, καὶ τὴν ὑπόληψιν· καὶ ἐὰν διαβεβλημένοι εἰσὶν, εἰς κατηγορίαν ἐκκλησιαστικοῦ πράγματος οὐ παραδέχονται.

stitutionem. Si autem et secundus frustra elapsus fuerit, et judicio se non stiterit, segregatus sit, usque dum innocens apparuerit. Si autem e contrario episcopus accusatus adfuerit, et accusationis contra se latæ exitum quæsiverit, accusator autem nequaquam appareat, sed aufugiat, ipse accusator excommunicationi subjicietur. Idcirco itaque accusatores examinari debent et quoad pietatem et quoad opinionem; et si ejecti sint, ad ecclesiastici negotii accusationem non admittuntur

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

« Ἐὰν δὲ πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι κατηγορηθῶσιν, « προσζευγνυμένου τοῦ νομίμου ἀριθμοῦ τῶν ἐκ « τῆς πλησιαζούσης τοποθεσίας αἱρετικῶν ἐπι- B « σκόπων, οὓς οἱ κατηγορούμενοι αἰτήσονται, « τοῦτ' ἔστιν ἐπ' ὀνόματι τοῦ πρεσβυτέρου ἕξ, καὶ « τοῦ διακόνου τριῶν· σὺν τούτοις αὐτὸς ὁ ἴδιος « τῶν κατηγορουμένων ἐπίσκοπος τὰς αἰτίας αὐ- « τῶν ἐξετάσει, τοῦ αὐτοῦ τῶν ἡμερῶν καὶ ὑπερ- « θέσεων καὶ ἐξετάσεων καὶ προσώπων μεταξὺ « τῶν κατηγορούντων καὶ κατηγορουμένων τρό- « που φυλαττομένου. Τῶν δὲ λοιπῶν κληρικῶν « τὰς αἰτίας καὶ μόνος ὁ ἐντόπιος ἐπίσκοπος δια- « γνῷ καὶ περατώσει. »

546 CANON XXIII.

« Si presbyteri autem vel diaconi accusati fuerint, « adjuncto legitimo numero electitiorum episco- « porum ex propinquis regionibus, quos ii, qui « accusantur, petiverint, id est, in dilatione no- « minis presbyteri sex, et diaconi tribus: cum « his proprius accusatorum episcopus eorum « causas examinabit, eadem dierum et dilationum « et examinationum et personarum, accusatores « inter et eos qui accusantur, forma servata. « Reliquorum autem clericorum causas vel solus « episcopus loci agnoscat et finiet. »

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν, παρομοίως τῷ πρὸ αὐτοῦ, ἤγουν κατὰ τὰς αὐτὰς διαστίξεις, διορίζεται δικάζεσθαι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς διακόνους. Τοῦ δὲ ια' κανόνος διοριζομένου παρὰ πόσοις ἐπισκόποις ὀφείλουσι δικάζεσθαι οἱ ἐπίσκοποι, οἱ C πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι, ἄρτι παρακελεύονται οἱ Πατέρες, ἐπέκεινα τῆς δωδεκάδος τῆς ἐξάδος καὶ τῆς τριάδος εἶναι τὸν πρόσφορον ἐγχώριον ἐπίσκοπον· τοὺς δὲ παρὰ τούτους, ἤγουν τοὺς ἀναγνώστας καὶ τοὺς λοιποὺς, παρὰ ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ προσφόρου ἐπισκόπου δικάζεσθαι. Αἱρετικοὶ δὲ λέγονται ἐπίσκοποι οὐχὶ οἱ περιεχόμενοι ἐν τῷ β' τίτλῳ τοῦ ζ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, οἱ μετὰ δόσεως προστίμου δικάζοντες, ἀλλὰ οὓς αἱρετίσεται, ἤγουν ἐπιλέξεται, ὁ κατηγορούμενος ἐκ τῶν πλησιοχώρων ἐπισκόπων.

BALS. Hic quoque canon, similiter ac præcedens, videlicet secundum easdem distinctiones, statuit ut judicentur et presbyteri et diaconi. Cum autem undecimus canon definiat, a quot episcopis debeant judicari episcopi, presbyteri et diaconi, nunc jubent Patres, ut ultra duodecim sex et tres, sit quoque loci episcopus judex competens; qui autem sunt præter eos, lectores scilicet et reliqui, ab uno solo competenti episcopo judicentur. Electitii autem dicuntur episcopi, non qui in secundo tit. lib. VII Basilicorum continentur, qui scilicet cum pœnæ datione judicant; sed quos eliget is qui accusatur, ex finitimarum regionum episcopis.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν ἀνωτέρω κανὼν περὶ ἐπισκόπων διετάξατο κατηγορουμένων· οὗτος δὲ περὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ὁρίζει, καί φησιν, Ἐὰν πρε- D σβύτερος ἢ διάκονος κατηγορῶνται, ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν, συνερχομένων αὐτῷ καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, ἓξ μὲν ἐπὶ πρεσβυτέρων, τριῶν δὲ ἐπὶ διακόνων, ἐξετάσει τὴν κατηγορίαν. Οἱ δὲ ἐπίσκοποι εἶεν ἄν, οὓς αἱρετίσονται οἱ κατηγορούμενοι· τοὺς γὰρ τοιούτους φησὶν ὁ κανὼν αἱρετικοὺς, τουτέστι τοὺς αἱρετούς. Τὰ δ' ἄλλα, τὰς προθεσμίας φημὶ καὶ τὰς ἐπιτιμήσεις καὶ ὅσα ἐν τῇ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ζητήσει εἴρηται, φυλαχθήσονται, καθὼς ἐκεῖ διατέτακται. Τὰ δὲ τῶν λοιπῶν κληρικῶν αἰτιάματα καὶ μόνος ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν λοιπῶν κληρικῶν αἰτιάματα καὶ μόνος ὁ ἐπίσκοπος αὐτῶν ἐξετάσει καὶ περατώσει.

ZONAR. Superiori quidem de episcopis, qui accusantur; hoc vero canone de presbyteris et diaconis definitum: Et, si quis, inquit, presbyter aut diaconus in judicium vocetur ab ipsorum episcopo, aliis ex eadem provincia episcopis in consilium advocatis, sex in sacerdotis, tribus in diaconi judicio, accusatio examinabitur. Episcopi autem ejus qui accusatur arbitrio eligentur; eos namque propterea αἱρετικοὺς, id est, electitios canon appellat. Reliqua vero, de præfinienda scilicet die, de pœnis solvendis, et quæcunque de episcoporum quæstione decreta sunt, serventur, ut ibi constitutum est. Aliorum vero clericorum causas vel solius episcopi proprii cognitione judicioque definiri placet.

ΑΡΙΣΤ. « Πρεσβυτέρου κατηγορουμένου, ἓξ τῶν ἐγ- « γυτέρων ἐπισκόπων τῷ ἐγχωρίῳ συνδιαγνώσον-

ARIST. « Presbytero accusato, sex e vicinis episco- « pis, una cum ipsius regionis episcopo, rem diju-

« dicabunt : diacono autem, tres. Quæ ad reli- A
« quos vero spectant clericos, vel unus episcopus
« examinabit. »

Hoc et in duodecimo canone dicitur, ut presbytero accusato, sex episcopi eum judicabunt, et inter eos etiam proprius ipsius episcopus consensum suum præbebit. Diacono autem accusato, tres et suus. At reliqui omnes clerici, qui sunt infra diaconos, et a solo suo ipsorum episcopo judicabuntur, quibuscunque criminibus accusentur.

« ται· διακόνου δὲ, τρεῖς. Τὰ δέ γε τῶν λοιπῶν
« κληρικῶν καὶ μόνος ἐξετάσει ὁ ἐπίσκοπος. »

Τοῦτο εἴρηται καὶ ἐν τῷ ἑωδεκάτῳ κανόνι, ὡς πρεσβυτέρου μὲν κατηγορουμένου, ἐξ ἐπίσκοποι δικάσουσιν αὐτὸν, καὶ ἐπέκεινα τούτων καὶ ὁ ἴδιος αὐτοῦ συνδιαγνώμων ἔσται ἐπίσκοπος· διακόνου δὲ, τρεῖς καὶ ὁ ἴδιος. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες κληρικοὶ οἱ κάτωθεν ὄντες τῶν διακόνων καὶ παρὰ μόνου τοῦ ἰδίου αὐτῶν ἐπισκόπου κριθήσονται, ἐφ' οἷς ἂν αἰτιῶνται ἐγκλήμασι.

CANON XXIV.

« Similiter placuit, ut filii clericorum gentilibus vel
« hæreticis matrimonio non conjungantur. »

BALS. Gentiles hic oportet infideles intelligere : si quis enim gentilis est fidelis, non prohibebitur B
cum clerici filia conjungi. Lege Laodicenæ synodi canonem 31, Chalcedonensis canonem 14 et synodi in Trullo canonem 72 et quæ in eis scripta sunt.

ZONAR. Ethnici hoc loco infideles intelliguntur. Ethnicus namque fidelis clerici filiam sibi matrimonio jungere haud vetabitur. Vide Laodicenæ synodi canonem 31, Chalcedonensis decimum quartum, et synodi in Trullo septuagesimum secundum et quæ in explicatione eorumdem scripsimus.

547 ARIST. « Hæreticis et ethnicis clericorum
« liberi matrimonio non conjunguntur. »

Sed nec laicorum liberi hæreticis in matrimonii communionem conjunguntur.

CANON XXV.

« Ut episcopi et clerici in non orthodoxos Chri-
« stianos nihil conferant : et si sint adhuc co-
« gnati, nihil per suarum rerum donationem, ut di-
« ctum est, episcopi vel clerici in eos conferant. »

BALS. Hæretici quidem dicuntur, qui de rebus Christianorum non recte sentiunt : infideles autem, qui incarnatam Verbi Dei œconomiam omnino non credunt. Dicit ergo canon, nullum episcopum vel clericum, ratione legati vel hæreditatis, iis qui sunt ejusmodi debere quidquam relinquere, etiamsi sint ejus cognati : sed neque in vita rem propriam illis dare. Lege canonem 83 præsentis synodi, et lib. Basilic. xxxv, tit. 8, cap. 38, quod docet, D
ZONAR. Clericos controversiæ aliquid habentes ab episcopis suis judicari canones voluerunt. Igitur, si qui clerici sententiæ ab episcopo suo prolatæ non acquiescant, advocari vicinos episcopos, ac ab iis causam, non sine illius qui judicavit episcopi approbatione, cognosci placet. Quod si ab episcoporum quoque, qui advocati sunt, judicio provocationem D sibi dari postulent, ad metropolitanum provinciæ, quod de episcopis quoque definitum est, convenire debent. Si vero qui sibi provocationem concedi postulant, ultra mare, hoc est, in alias provincias longe disjunctas, ut in iis judicium exerceant, transmearint; segregati, inquit, sint, nec ad communionem in Africa recipiantur. Hic certe ventosa illa Romanorum Ecclesiæ superbia, ut ab aliis omnibus Ecclesiis ad illam detur provocatione, sibi concessum esse jactantium, subsidat necesse

est. Si enim ab Africanis ecclesiis non datur (est quidem certe Roma trans mare, si ad Africam comparetur), multo minus in alias regiones jus ejusmodi obtinebit.

ARIST. « Clerici condemnati, si judicem accusent, « trans mare non appellent; sed ad episcopos « vicinos, et ad proprium : alioquin in Africa « excommunicentur. »

Patres in omnibus decorum observant; adeoque ut episcopi, uti accidit, molestia non afficerentur, decrevit hæc in Africa synodus clericos, qui ob culpas aliquas a propriis episcopis condemnantur, seque injuria affectos putant, ultra mare ad Romæ forsan episcopum aut reliquos non provocare, sed ad vicinos episcopos, et eum proprii episcopi sententia quæ inter eos sunt examinari et dilui : sin minus in tota Africa ad communionem non admittendos esse.

CANON XXXII.

« Similiter placuit universæ synodo, ut qui propter « suam socordiam communione motus est, sive « episcopus sive quilibet clericus, si in tempore « suæ excommunicationis, antequam auditus fuerit, ad communionem se ingerere ausus fuerit, « ipse adversus se condemnationis sententiam tu- « lisse judicetur. »

BALS. Ex decimo quarto canone synodi Sardicensis, et ex præsenti canone dicunt aliqui, debere omnes, qui quomodocunque ab episcopis, segregantur, segregationem obedienter suscipere, et eam servare donec decretum fuerit an recte an male inflicta sit. Dicit enim hic canon, clericum qui propter socordiam seu peccata depositus est, non posse sibi jus dicere, et segregationem contemnere ante examinationem ; si autem hoc fecerit, condemnationi subjici. Ac multi quidem hoc canones sic accipiunt. Alii autem undecimum caput noni tituli præsentis operis reperientes, quod ex quibusnam causis episcopus vel clericus vel laicus segregatur, exposuit; et decimum quintum caput ejusdem tituli, quod dicit ex quibusnam causis simul deponitur et segregatur; et cap. 16 ejusdem tit. quod dicit ex quibusnam causis clericus **555** vel laicus anathematizatur, dicunt quod, si ex causis quidem in dictis capitibus declaratis segregatus sit ab episcopo clericus vel laicus, debet servare segregationem, quomodocunque prolata sit, et eam non contemnere, donec ejus causa fuerit examinata. Si autem propter aliquam aliam causam episcopus inconsiderate laicum vel clericum segregavit, forte quod seditiones non excitat contra proprium exactorem, vel quod non iniquæ et temerariæ ejus voluntati assentitur,

Ἀφρικῇ οὐ συγχωροῦνται τηρεῖν· καὶ ἡ Ῥώμη γὰρ πέραν θαλάσσης διάκειται πρὸς τὴν Ἀφρικήν· πολλῷ μᾶλλον καθ' ἑτέρων χωρῶν οὐχ ἕξουσι τοιοῦτον δίκαιον (23).

ΑΡΙΣΤ. « Κληρικαὶ καταγνωσθέντες, ἂν αἰτιῶνται « τὸν διαγνόντα, μὴ καὶ πέραν θαλάσσης ἐκκαλεῖ « σθωσαν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς γείτονας ἐπισκόπους καὶ « τὸν ἴδιον· εἰ δὲ μὴ ἐν Ἀφρικῇ ἀκοινώνητοι « ἔσονται. »

Τὸ εὐπρεπὲς ἐν πᾶσιν οἱ Πατέρες συντηροῦντες, καὶ τὸ μὴ σκύλλεσθαι τοὺς ἐπισκόπους, ὡς ἔτυχεν, ὥρισεν ἡ ἐν Ἀφρικῇ αὕτη σύνοδος, τοὺς ἐπί τισιν αἰτίαις παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων καταδικασθέντας κληρικοὺς, καὶ οἰομένους ἀδικεῖσθαι, μὴ πέραν θαλάσσης πρὸς τὸν Ῥώμης τυχὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς λοιποὺς ἐκκαλεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τοὺς γείτονας ἐπισκόπους, καὶ μετὰ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου τὰ μεταξὺ αὐτῶν τηρεῖσθαι καὶ διαλύεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἀπροσδέκτους εἶναι εἰς κοινωνίαν ἐν πάσῃ τῇ Ἀφρικῇ.

ΚΑΝΩΝ ΛΒ'.

« Ὁμοίως ἤρεσε συμπάσῃ τῇ συνόδῳ, ἵνα ὁ διὰ ῥᾳ- « θυμίαν αὐτοῦ ὑπὸ κοινωνίαν γενόμενος εἴτε ἐπί- « σκοπος, εἴτε οἱοσδήποτε κληρικὸς, ἐὰν ἐν τῷ « καιρῷ τῆς ἀκοινωνησίας αὐτοῦ, πρὸ τοῦ ἀκου- « σθῆναι, εἰς κοινωνίαν τολμήσοι, αὐτὸς καθ' ἑαυ- « τοῦ τῆς καταδίκης τὴν ψῆφον ἐξενηνοχέναι « κριθῇ. »

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ τοῦ ιδ' κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος· λέγουσί τινες ὀφείλειν πάντας τοὺς ὁπωσδήποτε παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἀφοριζομένους δέχεσθαι εὐπειθῶς τὸν ἀφορισμὸν, καὶ φυλάττειν αὐτὸν, μέχρις ἂν διαγνωσθῇ εἰ ἄρα καλῶς εἴτε κακῶς ἐπηνέχθη. Φησὶ γὰρ οὗτος ὁ κανὼν τὸν ἀφορισθέντα κληρικὸν διὰ ῥᾳθυμίαν ἢτοι ἁμάρτημα μὴ αὐτεξδίκητον γίνεσθαι καὶ καταφρονεῖν τοῦ ἀφορισμοῦ πρὸ ἐξετάσεως· εἰ δὲ τοῦνο ποιήσει, καταδίκῃ καθυποβάλλεσθαι. Καὶ πολλοὶ μὲν οὕτω τούτους τοὺς κανόνας ἐκλαμβάνονται· ἕτεροι δὲ εὑρίσκοντες τὸ ια' κεφάλ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, λέγον ἐκ ποίων αἰτιῶν ἀφορίζεται ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, ἢ λαϊκός· καὶ τὸ ιε' κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ τίτλου, λέγον ἐκ ποίων αἰτιῶν ἐν τῷ αὐτῷ ἀφορίζεται καὶ καθαιρεῖται· καὶ τὸ ις' κεφάλαιον τοῦ αὐτοῦ τίτλου λέγον ἐκ ποίων αἰτιῶν κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀναθεματίζεται λέγουσιν ὅτι, ἐὰν μὲν ἐξ αἰτιῶν δηλουμένων ἐν τοῖς διαληφθεῖσι κεφαλαίοις ἀφορισθῇ παρὰ ἐπισκόπου κληρικὸς ἢ λαϊκὸς, ὀφείλει φυλάττειν τὸν ἀφορισμὸν, κἂν ὅπως ἂν καὶ ἀπηνέχθῃ, καὶ μὴ καταφρονεῖν αὐτοῦ μέχρις ἂν δοκιμασθῇ ἡ τούτου αἰτία· εἰ δὲ διά τι ἕτερον αἴτιον ἀμετόχως οὕτως ἀφορίσῃ ἐπίσκοπος λαϊκὸν ἢ κληρικὸν, τυχὸν ὅτι οὐ στασιάζει κατὰ τοῦ οἰκείου πράκτορος, ὅτι οὐ δίδωσιν αὐτῷ πρᾶγμά τι οἰκεῖον,

Guill. Beveregii notæ.

(23) *Τοιοῦτον δίκαιον*. Post hæc ultima Zonaræ in hanc canonem verba in ms. Augusti Galandi J. C. codice additur, Σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ δευτέρα ἔκκλητος τοῖς κληρικοῖς δίδοται, *Notandum est autem, quod etiam secunda provocatio clericis conceditur*. Sed hæc marginalis tantum nota videtur : quæ proinde in codice Amerbachiano recipi omittitur.

καὶ ὅτι οὐ συναινεῖ τῷ ἀδίκῳ ἡ τολμηρῷ τούτῳ θελήματι, ἀκινδύνως καταφρονήσει τοῦ ἀφορισμοῦ, καὶ μᾶλλον ὁ ἀφορίσας κολασθήσεται. Εἰ γὰρ δοθῇ εὐκαίρως ἀκαίρως ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν ἐπίσκοπον ἀφορίζειν λαϊκούς τε καὶ κληρικούς, καὶ ἔχειν πρὸς ἀνάγκης τοὺς ἀφοριζομένους φυλάττειν τὸν ἀφορισμόν, κατατολμήσουσι τυραννίδος οἱ ἐπίσκοποι, καὶ παντὸς πράγματος κυριεύσουσι, καὶ οὐδεὶς ἔσται ὁ ἀντιπίπτων αὐτοῖς διὰ τὸν φόβον τοῦ ἀφορισμοῦ· ἴσως δὲ καὶ τῆς εὐσεβείας αὐτῆς κατορχήσονται, καὶ πολλῶν κακῶν παραίτιοι οἱ θεῖοι κανόνες γενήσονται, ὅπερ ἄτοπον. Ὅρα γάρ μοι καὶ τὸν παρόντα κανόνα λέγοντα τότε ὀφείλειν τὸν ἀφορισμὸν φυλάττεσθαι, ὅτε διὰ ῥᾳθυμίαν ἐπενεχθῇ, ἤγουν διὰ ἁμάρτημα ἐπεγνωσμένον πάντως τοῖς κανόσι. Καὶ αὐτοὶ μὲν ταῦτα· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω τίνι ἐκ τούτων ἀκολουθήσω. Κἂν γὰρ ὑπὸ τοῦ εὐλαβοῦς ἕλκωμαι, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ ἀκανονίστου μεθέλκομαι. Ζητῶ οὖν μαθεῖν τί ποιητέον, ὡς θέλων διὰ βίου παῖς εἶναι καὶ μαθητής. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα διοριζόμενον καθαιρεῖσθαι τοὺς μετὰ τὸν ἀφορισμὸν ἐνεργοῦντάς τι ἱερατικόν. Ἀνάγνωσον καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα γραφέντα.

A secure segregationem contemnet, et is potius punietur qui segregavit. Si enim datum fuerit episcopo, seu recte seu perperam, clericos et laicos segregare, et necesse habere eos, qui segregantur, segregationem servare; tyrannidem exercebunt episcopi, et in omni re dominium obtinebunt, nec quisquam eis resistet ob metum segregationis; forte autem et ipsi etiam pietati insultabunt, et divini canones erunt multorum malorum auctores, quod est absurdum. Vide enim præsentem canonem, qui dicit, tunc debere segregationem servari, quando propter socordiam inflicta fuerit, seu propter peccatum, quod est omnino canonibus condemnatum. Ac ipsi quidem hæc. Ego autem non habeo quemnam eorum sequar. Nam etsi a pietate trahor, ab eo tamen quod fit contra canones retrahor. Cupio ergo discere quid agendum, ut qui tota vita velim esse puer et discipulus. Nota præsentem canonem eos, qui post segregationem aliquid sacerdotale peragunt, deponi statuentem. Lege et quæ ibi a nobis scripta sunt.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπιτιμωμένους ἤτοι ἀφοριζομένους χρὴ, κἂν μὴ δικαίως λέγωσιν ἐπιτιμηθῆναι, ἐμμένειν τῷ ἐπιτιμίῳ, ἕως ἂν ἀκουσθῶσι παρὰ τοῦ ἔχοντος δίκαιον ἀνακρίνειν τὰ τοιαῦτα. Εἰ δὲ ὁ ἐξ ἐπιτιμίου γενόμενος ἀκοινώνητος τολμήσει εἰς κοινωνίαν ἐλθεῖν, πρὸ τοῦ ἐξετασθῆναι, εἰ εὐλόγως γέγονεν ἀκοινώνητος ἢ μή, αὐτὸς ἑαυτὸν, φησὶ, κατεδίκασε. Καὶ ὁ ιδ' δὲ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου περὶ τούτου διαλαμβάνει.

ZONAR. Quibus pœna aliqua, segregatio nempe, indicta est, donec ab eo, penes quem in ejusmodi causis judicandi facultas est, auditi fuerint, multam, quamvis injuste irrogatam asserant, persolvere oportet. Quod si quis multæ nomine communione motus, priusquam jurene an injuria damnatus sit examinatum fuerit, se in communionem fidelium insinuare audeat, suo se, inquit, calculo condemnavit. Hoc idem Sardicensis quoque synodi decimo quarto canone explicatum reperias.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἀκοινώνητος, κοινωνήσας πρὸ συμπαθείας, αὐτοκατάκριτος. »

ARIST. « Excommunicatus, qui communicaverit ante commiserationem, contra se condemnationis sententiam tulit. »

Ὁ ἀφορισθεὶς, καὶ πρὸ τοῦ λυθῆναι τοῦ ἀφορισμοῦ λειτουργήσας, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην ἐπήγαγε.

Qui segregatur et, antequam a segregatione solvitur, sacra peragit, ipse contra se condemnationis sententiam protulit.

ΚΑΝΩΝ ΛΓ'.

« Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα ὁ κατηγορούμενος ἢ ὁ κατηγορῶν ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα ἐστὶν ὁ κατηγορούμενος, ἐὰν φοβῆταί τινα βίαν προπετοῦς πολυπληθείας, τόπον ἑαυτῷ ἐπιλέξηται ἔγγιστον, ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ δυσχέρεια μάρτυρας προκομίσαι, ἔνθα τὸ πρᾶγμα περατοῦται.

CANON XXXIII.

« Similiter placuit, ut qui accusatur, vel qui accusat, si in loco, in quo est is qui accusatur, « temerariæ multitudinis vim aliquam timeat, « locum sibi proximum eligat, in quo nulla erit « testes producendi difficultas, ubi negotium terminatur. »

ΒΑΛΣ. Ἐπεὶ τῶν εἰκότων ἦν παραδυναστεύειν τινὰ ἐκ τῶν δικαζομένων ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἡ διαδικασία γίνεται, ὥρισαν οἱ Πατέρες, ἵνα, ἐάν τις ἐξ αὐτῶν, εἴτε δηλονότι ὁ κατηγορῶν εἴτε ὁ κατηγορούμενος, εἰς τὸν οἰκεῖον φόρον, ἤγουν εἰς τὸν τόπον ἐν ᾧ κατοικεῖ, ὑποπτεύσῃ βίαν παθεῖν ἀπὸ πολυπληθείας δημώδους ἀτάκτου λαοῦ διὰ φόβον τοῦ ἀντιδίκου, ἢ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν δυσχέρεια ἔχειν μάρτυρας πραχθῆναι, ἔχῃ ἐπ' ἀδείας ἕτερον ἐπιλέξασθαι πλησιόχωρον τόπον, ἵνα ἐκεῖ τὸ δικαστήριον προβῇ χωρὶς φόβου παντὸς, καὶ ἡ τῶν μαρτύρων παραγωγὴ εὐχερῶς γένηται, καὶ οὕτω διευλυτωθῇ ῥᾳδίως ἡ ὑπόθεσις. Καλῶς δὲ εἶπεν ὁ κανὼν ἐπιλέγεσθαι

BALS. Quia erat verisimile, majorem esse alicujus eorum qui litigabant potentiam, in loco in quo disceptabatur, decreverunt Patres, ut si quis eorum, sive scilicet qui accusat sive qui accusatur, in foro proprio, sive eo in loco in quo habitat, suspicatur fore, ut ab incondita insolentis populi et numerosa multitudine vim patiatur, propter metum adversarii, vel propter eamdem causam difficile fuerit testes producere; sit in ejus potestate alium locum finitimum eligere, ut illic procedat judicium absque ullo timore, et facile fieri possit productio testium et sic causa facile decidatur. Pulchre autem dixit canon, locum propinquum eligi debere. Si

enim procul situs sit, non cogetur judex aut adversarius hanc electionem sequi. Existimo autem hæc locum non habere in patriarchalibus judiciis; **556** quia nemo potest metum causari, ubi patriarchalis magnitudinis potestas omnem superat potentiam : sed de episcopalibus inferioribus judiciis hæc sunt accipienda, ubi et judicis et litigatorum facilis est a loco in locum translatio.

ZONAR. Si quæ, inquit, exsistat inter duos clericos controversia, eorumque alter, quo in loco tribunal erigitur, vim pertimescat, quasi scilicet populus propenso in adversarium ejus animo impetum forte in illum facturus sit, vel testibus ab eo producendis impedimento futurus; illi alium persequendi judicii locum eligendi facultas libera relinquatur : locum vero proxime situm, non longo intervallo disjunctum, ne adversario et judicibus illuc convenire difficile sit, utque illic facile testes exhibere controversiamque dirimere liceat. Nam si longe judicii exercendi sedes absit, testes quoque producere difficile erit. Neque enim ut longius peregrinentur testes adduci poterunt. Nam proprium officium nemini detrimento esse debere, lege decernitur. Officium vero Latinum est verbum, administrationem minimeque dubiam fidem significans.

ARIST. « Qui accusat, vel accusatur, violentiam « timens, locum sibi tutum seligat. »

Qui aliquem accusat, et suspicatur se vim ab accusati parte passurum, vel vice versa accusatus ab accusatore; quemcunque volunt locum ad securitatem suam eligant, ubi facile possint et cum ipsis, quos forte habent testibus conversari, et judicio sine periculo sistere : ne propter istiusmodi timorem accusator ab accusatione desistat, vel accusatus a judicio clanculum recedat, et absens condemnetur.

CANON XXXIV.

« Si qui clerici a propriis episcopis promoti eos « contemnant, ne illic quidem maneant unde se- « cedere noluerunt. Similiter placuit, ut cujus- « modicunque cleri i et diaconi, si suis episcopis « propter urgentes aliquas suarum ecclesiarum « causas eos ad majores in ecclesia sua honores « provehere volentibus, non paruerint, ne in « illo quidem gradu ministrent, ex quo recedere « noluerunt. »

BALS. Quidam clerici, ut est verisimile, a suis episcopis ad majores gradus evocati, propter ecclesiarum utilitatem, non persuadebantur hoc facere, eo quod acquiescerent iis quos jam habebant gradibus, lucro fortasse vel corporali quiete adducti. Statuerunt ergo Patres, ut si qui clerici, cujusmodicunque sacerdotale ministerium exercentes (neque enim hic accipiuntur diaconi pro iis, qui in sancto tribunali ministrant; sed pro iis, qui quod-

Ἐγγιστα διακείμενον τόπον, εἰ γὰρ πόρρω διάκειται, οὐκ ἀναγκασθήσεται ὁ δικαστὴς; ἢ ὁ ἀντίδικος ἀκολουθῆσαι τῇ ἐπιλογῇ ταύτῃ. Οἶμαι δὲ ὅτι ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσιν εἰς τὰ πατριαρχικὰ δικαστήρια· ὅτι οὐδεὶς δύναται φόβον προβαλέσθαι ἔνθα ἡ ἐξουσία τῆς πατριαρχικῆς μεγαλειότητος ὑπερβαίνει πᾶσαν δυναστείαν· ἀλλ' εἰς ἐπισκοπικὰ εὐτελῆ δικαστήρια τὰ τοῦ κανόνος ἐκληφθήσεται, ὅπου καὶ ἡ τοῦ δικαστοῦ καὶ ἡ τῶν ἀντιδίκων ἐκ τόπου εἰς τόπον μετάστασίς ἐστιν εὐχερής.

ΖΩΝΑΡ. Κἂν κληρικοὶ, φησὶ, δύο κατ' ἀλλήλων ἔχωσι, καὶ ὁ εἷς φοβῆται βίαν ἐν ᾧ συνίσταται τὸ δικαστήριον, ὡς ἴσως παναστησομένου αὐτῷ τοῦ λαοῦ προσκειμένου τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ, ἢ οὐκ ἐάσοντος αὐτὸν παραγαγεῖν μάρτυρας, ἐνδιδόσθω αὐτῷ ἕτερον ἐπιλέξασθαι τόπον, ἵνα ἐκεῖ τὸ δικαστήριον γένηται· ἔγγιστα δὲ διακείμενον τόπον καὶ μὴ πάνυ πόρρω τυγχάνοντα, ὥστε μήτε τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ, μήτε τοῖς δικάζουσιν εἶναι δυσχερῆ τὴν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ἀπέλευσιν, ὡς ἂν εὐχερῶς ἐκεῖ μάρτυρες παραστῶσι, καὶ ἡ ὑπόθεσις περατωθῇ. Εἰ γὰρ πόρρω διάκειται ὁ τόπος ἐν ᾧ μέλλει συνίστασθαι τὸ δικαστήριον, καὶ ἡ τῶν μαρτύρων παραγωγὴ δυσχερὴς ἔσται. Οὐ γὰρ πεισθήσονται οἱ μάρτυρες ὑπερορίως ἀποδημῆσαι. Οὐδενὶ γὰρ ὀφείλει τὸ ἴδιον ὀφφίκιον ἐπιζήμιον γίνεσθαι, ὁ νόμος φησί. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὀφφικίου Ῥωμαϊκόν ἐστι, σημαῖνον διοίκησιν καὶ ἀξιοπιστίαν.

ΑΡΙΣΤ. « Κατηγορῶν, ἢ κατηγορούμενος, βίαν φο- « βούμενος, ἐπιλεγέτω τόπον ἄσυλον. »

Ὁ κατηγορῶν τινος, ἐὰν βίαν ὑποπτεύῃ παθεῖν παρὰ τοῦ μέρους τοῦ κατηγορουμένου, ἢ τὸ ἀνάπαλιν ὁ κατηγορούμενος παρὰ τοῦ κατηγόρου· οἷον ἐθέλουσι τόπον εἰς ἀσφάλειαν αὐτῶν ἐπιλεγέσθωσαν, ὥστε εὐχερῶς ἔχειν, καὶ τοῖς ἴσως ὑποῦσιν αὐτοῖς μάρτυσιν ὁμιλεῖν καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀκινδύνως ἀπαντᾷν· ἵνα μὴ διὰ τὸν τοιοῦτον φόβον ἡ ὁ κατήγορος τῆς αἰτιάσεως ἀποστῇ, ἢ ὁ κατηγορούμενος λάθρα τοῦ δικαστηρίου ὑπαναχωρήσῃ, καὶ ἀπὼν καταδικασθῇ.

ΚΑΝΩΝ ΛΔ'.

« Ἐάν τινες κληρικοὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων προ- « βιβαζόμενοι καταφρονῶσιν, μηδὲ ἐκεῖ μείνωσιν, « ὅθεν ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν. Ὁμοίως ἤρεσεν, « ἵνα οἱοιδήποτε κληρικοὶ καὶ διάκονοι, ἐὰν μὴ « πειθαρχῶσι τοῖς ἐπισκόποις αὐτῶν, βουλομένοις « διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν « αὐτῶν τούτους πρὸς μείζονας ἀναβιβάζειν τιμὰς « ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτῶν, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ « διακονήσωσιν, ἐξ οὗ ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς, ὡς ἔοικε, κληρικοὶ μετακαλούμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν πρὸς μείζονας βαθμοὺς διὰ χρησιμότητα τῶν ἐκκλησιῶν, οὐκ ἐπείθοντο τοῦτο ποιῆσαι, διὰ τὸ ἀναπαύεσθαι ἐπὶ τοῖς κατεχομένοις παρὰ τούτων βαθμοῖς, ἀπὸ κέρδους ἴσως ἢ καὶ σωματικῆς ἀναπαύσεως. Ὥρισαν οὖν οἱ Πατέρες, ἵνα ἐάν τινες κληρικοὶ οἱανδήτινα διακονίαν ἱερατικὴν ἐνεργοῦντες (οὐδὲ γὰρ ἐκλαμβάνονται ἐνταῦθα οἱ διάκονοι εἰς τοὺς ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι διακονοῦντας,

ἀλλ' εἰς τοὺς ἐνεργοῦντας οἱανδήτινα διακονίαν ἐκκλησιαστικὴν) οὐ πείθωνται τοῖς ἐπισκόποις τούτων, βουλομένοις προαναβιβάζειν αὐτοὺς εἰς μείζονας βαθμοὺς διὰ ἀναγκαστικὴν αἰτίαν τῶν ἐκκλησιῶν, ἀλλ' ἐξέχωνται ὧν κατέχουσι βαθμῶν ἢ τόπων, μηδὲ ἐπ' ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ εἶναι αὐτοὺς καὶ διακονεῖν, ἐξ οὗ ἀναχωρῆσαι οὐκ ἠθέλησαν. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, λέγουσί τινες ὡς ἐκ τούτου δίδοται ἄδεια τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις μεθιστᾶν τοὺς ὑπ' αὐτοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἄλλους ἱερατικοὺς ἀπὸ τῶν ὀφφικίων αὐτῶν, μάλιστα δ' εἰπεῖν καθαιρεῖν τούτους ψηφιζομένους εἰς ἐκκλησίας οἱασδήτινας καὶ μὴ καταδεχομένους τὴν ψῆφον. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ἀπὸ τοῦ κανόνος τούτου οὐκ ἀναγκάζονται οἱ τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντες ἢ ἕτεροι κληρικοὶ καταδέχεσθαι καὶ ἄκοντες τὰ; διὰ ψήφου ἐπισκοπικῆς διδομένας τούτοις ἐκκλησίας· ἀλλὰ ἐκλαμβάνεσθαι τὸν κανόνα εἰς τοὺς ἐνεργοῦντας ἐκκλησιαστικὰς οἱασδήτινας διακονίας, καὶ εἰς μείζονας τιμὰς ἢ βαθμοὺς μετακαλουμένους, καὶ μὴ πειθομένους τῇ ἐπισκοπικῇ μετακλήσει. Καὶ μᾶλλον ὅταν διὰ χρησιμότητα τῆς ἐκκλησίας αὕτη γίνηται. Τὸ μὲν γὰρ ἄκοντά τινα μὴ δέχεσθαι χειροτονίαν ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος συγγνωστέον ἐστὶν, ἴσως τὴν χειροτονίαν εὐλαβούμενον διὰ οἱονδήτινα τρόπον ἐπαινετὸν, τὸ δὲ μὴ ὑπακούειν τοῦ ἐπισκόπου τοὺς κληρικοὺς ἢ καὶ τοὺς ἄρχοντας μετακαλουμένου τούτους εἰς μείζονα ὀφφίκια οὐ μόνον οὐκ ἔστι συγγνωστέον, ἀλλὰ καὶ κολάσεως ἄξιον. Εἰ γάρ τις, τυχὸν ἐν διακόνοις ὤν, οὐ πείθεται σφραγισθῆναι ῥεφερενδάριον ἢ διδάσκαλον διὰ τὸν κόπον, καὶ δουλεῦσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, κολασθήσεται· καὶ εἴ τις, πρωτέκδικος ὤν, οὐ θέλει προβιβασθῆναι εἰς ἱερομνήμονα διὰ τὸ ἀκερδὲς τοῦ ὀφφικίου, ἐκβληθήσεται καὶ ἀπὸ τοῦ πρωτεκδίκου· καὶ εἴ τις, ἀναγνώστης ὤν, οὐ θέλει προαναβιβασθῆναι εἰς μεῖζον ὀφφίκιον, ὡς κοπηρὸν, καθαιρεθήσεται. Καὶ δῆλον τοῦτο ἀπὸ τοῦ μὴ ψηφίζεσθαι παρὰ παντὸς ἐπισκόπου κληρικὸν εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα, ἀλλὰ παρὰ μόνων τῶν ἐχόντων ἐπισκοπάς· οἱ γὰρ μητροπολῖται, οἱ μὴ ἔχοντες ἐπισκοπὰς, ὡσαύτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι, οἱ ὑπὸ μητροπολιτῶν ὄντες, οὔτε ψηφίζεσθαι κληρικοὺς αὐτῶν δύνανται, οὔτε κατὰ κανόνας κολάζουσιν αὐτοὺς ἀπειθοῦντας. Ἀρ' οὖν τὸν κανόνα ἐκληφθῆναι εἰς τοὺς μὴ πειθομένους προαναβιβασθῆναι εἰς ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια, καὶ οὕτως ἔχειν χώραν εἰς πάντας τοὺς ἐπισκόπους καὶ εἰς πάντας τοὺς κληρικούς. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος μετακινεῖσθαι ἀπὸ τῶν ἰδίων βαθμῶν τοὺς κληρικοὺς, μὴ πειθομένους τοῖς ἐπισκόποις προσκαλουμένοις τούτους εἰς μείζονας τιμὰς διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, μὴ εἰπῇς ὡς αἰτίας ἀναγκαστικῆς μὴ οὔσης οὐκ ἔχουσιν ἄδειαν οἱ ἐπίσκοποι προαναβιβάζειν τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν. Καὶ αἰτίας γὰρ τοιαύτης μὴ προκειμένης ἐνδυνάμως ὁ ἐπίσκοπος τοὺς κληρικοὺς αὐτοῦ ἀπὸ τοῦδε τοῦ βαθμοῦ εἰς μείζονα τόπον προαναβιβάσει καὶ ἄκοντας κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν. Καὶ σημείωσαι ὅτι πρὸς μείζονας τόπους μετακινεῖν τοὺς κληρικοὺς ἐνεδόθη

A cunque ecclesiasticum ministerium exercent), non pareant suis episcopis, ad majores gradus propter urgentem aliquam ecclesiarum necessitatem, eos provehere volentibus; sed hæreant iis gradibus seu locis quos tenent: ne in illo quidem gradu sint et ministrent, ex quo discedere noluerunt. Cum canon hæc decernat, quidam dicunt, ex hoc patriarchis et reliquis episcopis datam esse facultatem eos, qui sibi subsunt, magistratus, et alios sacri ordinis, ab officiis suis movere: maxime autem eos, qui ad quaslibet ecclesias eliguntur et electionem non admittunt, deponere. Mihi autem videtur, quod ex hoc canone non coguntur ecclesiarum magistratus, aut alii clerici, vel inviti suscipere, quæ per episcopalem electionem eis dantur, ecclesias: sed B de iis accipi canonem, qui quælibet ecclesiastica ministeria exercent, et ad majores aliquos honores vel gradus vocantur et episcopali vocationi non parent; et maxime, quando ea **557** propter ecclesiæ utilitatem fiat. Si enim invitus quispiam episcopalis dignitatis ordinationem non suscipiat, est venia dignus; dum ob laudabilem quamcunque rationem moremque ordinationem fortasse modeste vitat. Clericos autem vel magistratus non obedire episcopis eos ad majora officia vocantibus, non solum non est ignoscendum, sed etiam animadversione dignum. Si quis enim, cum sit forte in diaconatu, non morem gerat, ut referendarii characterem accipiat vel doctoris, propter laborem, et ut ecclesiæ serviat, punietur: et si quis, qui primus est defensor, C non vult ad officium æditui provehi, quod nihil inde lucri percipiatur, etiam a primi defensoris officio ejicietur; et si quis, cum sit lector, non vult ad majus, sed laboriosius, officium promoveri, deponetur. Atque hoc ex eo manifestum est, quod non a quovis episcopo ad dignitatem episcopalem eligitur clericus; sed ab iis solis qui habent episcopatus: metropolitani enim, qui non habent episcopatus, similiter et episcopi qui subsunt metropolitanis, nec possunt suos clericos eligere, nec eos ex canonibus puniunt, qui sibi non obedirint. Placuit ergo, canonem de iis accipi, qui ad ecclesiastica officia provehi non persuadentur: et hic in omnes episcopos clericosque valere. Cum autem audis D canonem dicentem, clericos suis gradibus moveri, qui non parent episcopis, eos ad majores honores, propter suarum ecclesiarum urgentes causas, vocantibus, ne dicas, quod nisi adsit causa necessaria, non possunt episcopi suos clericos promovere. Nam, etsi non se præbeat ejusmodi causa, rite potest episcopus clericos suos ab hoc gradu in majorem vel invitos provehere secundum ordinem ecclesiasticum. Et nota, quod episcopis datum est clericos suos ad majores gradus provehere, non autem ad minores deprimere: quemadmodum nec ipsos injuria et ignominia afficere in sacrorum graduum confundendis ordinibus; et eum qui fuit heri fortasse magistratus, supra omnes antiquiores magistratus collocando, vel eum qui ne fuit quidem

omnino magistratus, per promotionem in majori loco constituendo. Similiter nota, quod ecclesiastica officia seu magistratus non sunt episcoporum potestatis, ut dicunt nonnulli; sed canonum auctoritatis et dignitatis: sicut nec reliquorum ordinum jura, scilicet diaconorum, sacerdotum, et reliquorum. Nisi enim ita esset, non cum distinctione, scilicet propter inobedientiam, clerici suis gradibus excideret; sed, seu bene, seu male, quando vellent episcopi hoc fieri. Hoc autem sanctis Patribus minime visum est. Præterea nota, quod nulla est differentia clericatus et magistratus. Ex eadem enim causa movetur etiam princeps ecclesiasticus a suo principatu, ex qua sacerdos et diaconus. Præterea nota, quod quoniam sub clericorum nomine etiam monachi continentur, recte accipietur canon etiam ad ministros monasteriorum.

A τοῖ; ἐπισκόποις, οὐ μὴν καὶ πρὸς ἥττονας· ὥσπερ οὐδὲ ὑβρίζειν καὶ ἀτιμοῦν αὐτοὺς διὰ τοῦ συγχέειν τὰς τάξεις τῶν ἱερῶν βαθμίδων· καὶ τὸν χθὲς γεγονότα ἴσως ἄρχοντα ἐπάνω τῶν προγενεστέρων ἀρχόντων ἱστᾷν, ἢ καὶ τὸν μηδὲ ὅλως ὄντα ἄρχοντα διὰ προκοπὴν εἰς μείζονα τόπον καθιστᾷν. Ὡσαύτως σημείωσαι ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια, ἤγουν τὰ ἀρχοντίκια, οὐκ εἰσὶ τῆς ἐξουσίας τῶν ἐπισκόπων, ὡς τινες λέγουσιν, ἀλλὰ τῆς τῶν κανόνων αὐθεντίας καὶ φιλοτιμίας, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν λοιπῶν ταγμάτων δίκαια, ἤγουν τῶν διακόνων, τῶν ἱερέων καὶ τῶν λοιπῶν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν μετὰ διαστίξεως, ἤγουν ἐξ ἀπειθείας, ἐξέπιπτον ἐκ τῶν οἰκείων βαθμῶν οἱ κληρικοί, ἀλλ' εὐκαίρως, ἀκαίρως, καὶ ὅτε θελήσει εἶχον οἱ ἐπίσκοποι τοῦτο γενέσθαι. Τοῦτο δὲ οὐκ B ἔδοξε τοῖς θείοις Πατράσιν. Ἔτι σημείωσαι ὅτι οὐδεμία ἐστὶ διαφορὰ κληρικάτου καὶ ἀρχοντικίου. Ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς αἰτίας μετακινεῖται καὶ ὁ ἄρχων ἀπὸ τοῦ ἀρχοντικίου αὐτοῦ, ἀφ' ἧς καὶ ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος. Ἔτι σημείωσαι ὅτι, ἐπεὶ τῷ ὀνόματι τῶν κληρικῶν καὶ μοναχοὶ περιέχονται, καλῶς ἐκλήφθησονται τὰ τοῦ κανόνος καὶ εἰς τοὺς διακοντὰς τῶν μοναστηρίων (24).

ZONAR. *Obedite præpositis vestris, et obsequimini* [a], inquit divinus Apostolus. Si ergo quicunque clericus et minister (diaconi vero nomine hic, non eum qui diaconatus ordine insignitus est, sed clericum quemlibet, qui aliquod in ecclesia ministerium exercet, canon intelligit; idque vel ex iis verbis facile apparet [ne in illo quidem gradu ministrent], in suo namque gradu ministrantium nomine lectores quoque et alios deinceps significat). Si quis igitur clericus episcopo suo ipsum ad altiorem dignitatis gradum, a diaconatu quippe ad C sacerdotium, vel ad diaconatum ab hypodiaconi munere, atque ita deinceps, promovere volenti non obtemperet; ab eo quoque gradu, quem tenebat, quemque is dimittere noluit, amoveri placet.

ΖΩΝΑΡ. *Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Ἐὰν οὖν κληρικὸς οἱοσδήποτε καὶ διάκονος (διάκονος δ' ἐνταῦθα οὐ τὸν διακόνου ἔχοντα χειροτονίαν φησίν, ἀλλ' ἅπαντα κληρικὸν διάκονον ὠνόμασεν, ὡς διακονίαν τινὰ, ἤγουν ὑπηρεσίαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πληροῦντα· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ διακονήσωσι· καὶ τοὺς ἀναγνώστας γὰρ καὶ λοιποὺς ἐν τῷ οἰκείῳ βαθμῷ διακονεῖν λέγει), ἐὰν οὖν μὴ πειθαρχῇ κληρικὸς ἐπισκόπῳ αὐτοῦ, θέλοντι προβιβάσαι αὐτὸν εἰς μείζονα βαθμὸν, οἷον διάκονον εἰς πρεσβύτερον, ἢ ὑποδιάκονον, καὶ καθεξῆς, μηδὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ μενέτω, ἐν ᾧ ἦν, καὶ οὗ ἀποστῆναι οὐκ ἠθέλησεν.

558 ARIST. « Qui majorem honorem respuit, et « quem habet amittet. »

Qui majore judicatur honore dignus a suo episcopo, et propter necessariam ecclesiæ causam ad eum promovetur, et morem non gerit; non propter pietatem sed per contemptum; etiam gradu, quo ministrat, amovebitur, eumque amittet. Fortasse enim hypodiaconus erat, et diaconus fieri dignus judicabatur; et hoc necessarium erat ab episcopo fieri, quia sufficientes non habuit diaconos, nec invenit aliquos illius ad instar vita inculpatos et D probatos sermone.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μείζω τιμὴν ἀπωθούμενος καὶ ἣν « ἔχει προσαπολέσει. »

Ὁ τιμῆς μείζονος κρινόμενος ἄξιος παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, καὶ δι' ἀναγκαίαν αἰτίαν τῆς ἐκκλησίας εἰς ταύτην προβιβαζόμενος, καὶ μὴ πειθαρχῶν οὐ δι' εὐλάβειαν, ἀλλὰ διὰ καταφρόνησιν, μετακινηθήσεται καὶ τοῦ βαθμοῦ ἐνῷ διακονεῖ, καὶ προσαπολέσει τοῦτον. Τυχὸν γὰρ ὑποδιάκονος ἦν, καὶ ἐκρίνετο ἄξιος τοῦ γενέσθαι διάκονος, καὶ ἦν τοῦτο ἀναγκαῖον γενέσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀρκοῦντας διακόνους, μήτε εὑρίσκειν τινὰς κατ' αὐτὸν, ὄντας καὶ τὸν βίον ἀνεπιλήπτους, καὶ τὸν λόγον δοκίμους.

[a] Hebr. XIII, 17.

Guill. Beveregii notæ.

(24) *Εἰς τοὺς διακοντὰς τῶν μοναστηρίων.* In codice nostro Bodleiano, cui nec solo, ultimis hisce Balsamonis verbis hæc subjiciuntur. Σημείωσαι τὴν ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος διδάσκουσαν ἀναγκαῖα πολλὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχοντικίων. Μὴ ξενισθείη δὲ, ὅτι βαθμοὺς ὠνομάσαμεν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀρχοντίκια. Ἐν γὰρ τῷ ιζ' καὶ ιη' καν. τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐγράψαμεν καταχρηστικῶς λέγεσθαι ταῦτα βαθμούς. Κυρίως γὰρ βαθμοὶ τὰ κληρικάτα λέγονται, ἤγουν οἱ ἱερεῖς, διάκονοι, ὑποδιάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ῥηθεῖσι κανόσι γραφέντα πλατύτερον χάριν τῶν βαθμῶν. *Nota interpretationem præsentis canonis, multa necessaria de ecclesiasticis archonticiis docentem. Neque mirum videatur, quod ecclesiastica archonticia vocaverimus gradus. Namque 17 et 18 can. sanctorum apostolorum ea gradus abusive dici scripsimus. Proprie enim clericatus vocantur gradus, nimirum sacerdotes, diaconi, subdiaconi et lectores. Lege autem et quæ in dictis canonibus fusius de gradibus scripta sunt.*

ΚΑΝΩΝ ΛΕ'.

« Ἐάν τις τῶν κληρικῶν πενιχρὸς, προκόψας εἰς « τινα τάξιν, κτήσοιτο τί ποτε, ὑποκεῖσθαι τῇ « ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων. Ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα « ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, διάκονοι, ἢ καὶ οἱοι- « δήποτε κληρικοὶ, οἱ μηδὲν ἔχοντες, ἐὰν προ- « κόψαντες τῷ καιρῷ τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τῆς κλη- « ρώσεως αὐτῶν, ἀγροὺς, ἢ οἱαδήποτε χωρία « ἐπ' ὀνόματι ἰδίῳ ἀγοράσωσιν, ἵνα, ὡς κατὰ « δεσποτικῶν πραγμάτων ἔφοδον πεποιηκότες, « ἐνέχωνται· εἰ μὴ ἄρα λοιπὸν, ὑπομνησθέντες, « τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα εἰσκομίσωσιν. Ἐὰν δὲ εἰς « αὐτοὺς κυρίως φιλοτιμία τινὸς ἢ διαδοχὴ συγ- « γενείας περιέλθῃ, ἐξ αὐτῆς ποιήσωσιν ὃ ἔχει ἡ « πρόθεσις αὐτῶν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ προθέσθαι « εἰς τοὐπίσω μετατραπῶσι, τῆς ἐκκλησιαστι- « κῆς τιμῆς ἀνάξιοι, ὡς ἀδόκιμοι, κριθῶ- « σιν (25). »

A

B

CANON XXXV.

« Si quis clericus pauper, in aliquem ordinem pro- « motus, quidquam acquisierit, episcoporum pote- « stati subjiciatur. Similiter placuit, ut episcopi et « presbyteri et diaconi, vel quicunque clerici, qui « nihil habent, si promoti, tempore episcopatus « vel clericatus eorum, agros vel qualiacunque « prædia nomine proprio emerint, tanquam qui « Dominica bona invaserint, teneantur : nisi « utique admoniti ea ecclesiæ retulerint. Si autem « alicujus liberalitate vel cognationis succes- « sione aliquid ad ipsos proprie deveniret, eo « facient id, quod eorum proposito congruit. Sin « vero, etiam postquam proposuerint, retro con- « vertantur, ecclesiastico honore indigni, ut re- « probi, judicentur. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν μ' ἀποστολικὸς κανὼν θεσπίζει ἀπογράφεσθαι τὸν ἐπίσκοπον κατὰ τὸν καιρὸν τῆς χειροτονίας αὐτοῦ τὰ οἰκεῖα πράγματα· ὡσαύτως καὶ ὁ κδ' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ὥστε εἶναι φανερὰ ταῦτά τε καὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας εἰσοδιαζόμενα. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται, ἵνα, ἐὰν οἱ ἐπίσκοποι, ἢ πρεσβύτεροι, ἢ διάκονοι, ἢ οἱοι- δήποτε κληρικοὶ πενόμενοι πρὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διακονίας καὶ τιμῆς, μετὰ ταῦτα προκόψωσι, καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τῆς κληρώσεως οἱονδηποτοῦν ἀκίνητον ἀγοράσωσιν εἰς ὄνομα οἰκεῖον, λογίζονται ὡς ἅρπαγες τῶν δεσποτικῶν πραγμάτων, C ἤγουν τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ. Τοῦτο γὰρ ἐνέφηνεν ὁ κανὼν διὰ τὸ εἰπεῖν, ὡς ἔφοδον πεποιηκότες ἀνέχωνται, εἰ μήπως ὑπομνησθέντες περὶ τούτου ἤγουν παραγγελθέντες ἀποστῆναι τοῦ τολμηθέντος, προσκυρώσουσι ταῦτα τῇ ἐκκλησίᾳ. Εἴπερ δὲ ἀπὸ κληρονομίας ἢ λεγάτου ἢ δωρεᾶς περιέλθῃ τι εἰς αὐτοὺς, ὀφείλουσι μέρος μὲν ἀπὸ τούτων τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, προσκυροῦν τῇ ἐκκλησίᾳ, τῶν λοιπῶν δὲ τὴν κυριότητα ἔχειν ἀναμφίλεκτον. Μετὰ μέντοι τὸ προ- θέσθαι ἀφιερῶσαί τινα ἐκ τούτων τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐὰν μετάμελος γένηται, ἐκπεσεῖται τῆς ἱερατικῆς τιμῆς ὡς ἀνάξιος καὶ ἀδόκιμος. Ταῦτα τοῦ κανόνος διορι- ζομένου, λέγουσί τινες ἐξακούεσθαι τὰ ἐν αὐτῷ εἰς πάντα τὰ μετὰ τὴν κλήρωσιν ἢ τὴν ἐπισκοπὴν ἀγο- D ρασθέντα ὁθενδήποτε, ἢ καὶ ἐπικτηθέντα παρὰ ἐπι- σκόπων ἢ κληρικῶν, ἄνευ τῶν ἀπὸ δωρεᾶς ἢ λεγάτου ἢ κληρονομίας περιελθόντων εἰς αὐτούς. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ἐπὶ μὲν τοῖς ἐπισκόποις τούτου κρατήσει, ὅτι οὐδὲ ὑπέστι τρόπος ἕτερος αὐτοῖς δι' οὗ κτήσον-

BALS. Quadragesimus canon apostolicus statuit, ut episcopus tempore ordinationis res suas describat : similiter et canon 24 Antiochensis synodi : ut ex sint manifestæ, et itidem ecclesiæ reditus. Præsens ergo canon decernit, ut si episcopi vel presbyteri vel diaconi, vel quicunque clerici, ad ecclesiasticum ministerium et honorem pauperes, postea promoti fuerint, et tempore episcopatus vel clericatus quodvis immobile nomine proprio emerint, reputentur ut raptores bonorum Dominicorum, scilicet eorum quæ Deo sunt dedicata. Hoc autem significavit canon, dum dixit : Ut qui invaserint, teneantur, nisi hujus admoniti, id est, ab hoc temerario incepto desistere jussi, ea ecclesiæ dominio adscripserint. Si autem ex hæreditate vel legato vel donatione aliquid ad eos devenerit ; eorum quidem partem aliquam, quæ illis videbitur, ecclesiæ dominio tribuere debent, reliquorum autem habere certum et indubitatum dominium. Sed si postquam proposuerit ex iis aliqua ecclesiæ consecrare, si eum pœnitentia subierit, a sacerdotali honore excidet ut indignus et reprobus. Hæc cum decernat canon, dicunt aliqui, ea quæ in ipso sunt intelligi de omnibus, quæ post episcopatus vel clericatus adoptionem undecunque empta sunt, vel etiam acquisita ab episcopis vel clericis, præterquam ea quæ ad ipsos vel ex donatione vel ex legato vel hæreditate devenerint. Mihi autem videtur, quod in episcopis quidem hoc locum habebit : quia nullus est eis alius modus per quem res acquirant, præterquam ex juribus episcopalibus, et ex externis

Guill. Beveregii notæ.

(25) Ὡς ἀδόκιμοι κριθῶσιν. Inter hæc ultima canonis verba et Balsamonis interpretationem in ms. nostro Bodleiano hæc habentur. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, διδάσκοντα ξένον τι περὶ τῶν διαφερόντων ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ θαύμασον πῶς οὐκ εἴδομεν αὐτὸν ἐνεργοῦντά ποτε, καὶ ταῦτα πολλῶν διακόνων καὶ ἐπισκόπων πλουτησάντων μετὰ τὴν χειροτονίαν προφάσει αὐτοῦ, καὶ μὴ θελησάντων παραπέμψαι τι πρὸς τὰς ἐκκλησίας, ἃς ἐχειροτονήθησαν, ἐκ τῶν οὕτως ἢ ἄλλως ἐπικτηθέντων αὐτοῖς. *Nota præsentem canonem, mirum quid de iis, quæ ad episcopos et clericos pertinent, docentem. Nota præsentem canonem, et mirare quod eum unquam obtinentem non videmus ; idque cum multi diaconi et episcopi ejus obtentu post ordinationem diviles evaserint, et tamen nihil ex iis, quæ sic vel aliter possident, ad ecclesias transmittere voluni, in quas ordinati sunt.*

donationibus et legatis. Ac episcopalia quidem episcopatui tradentur : reliqua autem erunt eorum dominii, quemadmodum hic quoque canon hoc tractat. Clerici autem si, postquam in clerum recepti sunt, aliis modis et non ex ecclesia res emerint, non cogentur ea ecclesiæ addicere : si quis enim forte clericus fiat puerorum ludimagister, vel scriptor, vel magni alicujus viri amanuensis aut a secretis, et magnas ex eo facultates paraverit; quare cogetur ea, quæ his rationibus acquisita sunt, ecclesiæ addicere? Præsens autem interpretatio a verbis canonis dependet, statuentis quæ ex liberalitate vel hæreditatibus provenerunt, eos habere in potestate. præterquam quod pars quædam ecclesiæ dari debet. **559** Cum autem canon tractet de immobilibus, rogaverit quispiam, an idem servari debeat etiam in mobilibus. Et existimo quod idem etiam in his fiet; propterea quod nulla est differentia mobilium et immobilium, quod ad acquisitionem attinet. Proprie autem dixit, pro, si directo ei relicta sint, quoniam multa quibus iam relinquuntur, ut ea aliis quomodocunque reddant ac restituant. Ex hujusmodi ergo non postulat, ut quidquam ecclesiæ consecret; sed ex eis quæ proprie seu privatim ei relicta sunt, et quorum ille est dominus. Nota igitur canonem, qui dicit, quod episcopi et clerici debent necessario suis ecclesiis partem aliquam, quæ illis videbitur ex iis quæ proprie ad eos pertinent, relinquere; omnino autem extremo spiritu : et in hoc, cujusmodi et quantulumcunque est, non repudiabitur.

ται πράγματα, ἀλλ' ἢ μόνος ὁ ἀπὸ τῶν ἐπισκοπικῶν δικαίων καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν δωρεῶν καὶ ληγάτων. Καὶ τὰ μὲν, ἤγουν τὰ ἐπισκοπικὰ, τῇ ἐπισκοπῇ προσκυρωθήσεται· τὰ δὲ λοιπὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ ἔσονται, καθὼς τοῦτο καὶ ὁ κανὼν διαλαμβάνει. Οἱ δὲ κληρικοὶ, ἐὰν μετὰ τὴν κλήρωσιν ἀπὸ ἑτέρων τρόπων, οὐχὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας, ἀγοράσωσι πράγματα, οὐκ ἀναγκασθήσονται ταῦτα προσκυρῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἐὰν γὰρ τυχὸν παιδοδιδάσκαλος γένηταί τις κληρικὸς ἢ καλλιγράφος ἢ ὑπογραφεὺς μεγιστᾶνός τινος, καὶ ἐντεῦθεν πολυκτήμων καταστῇ, ἵνα τί καταναγκασθήσεται τὰ ἀπὸ τοιούτων τρόπων ἐπικτηθέντα αὐτῷ τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρῶσαι; Ἡ παροῦσα δὲ ἑρμηνεία ἐξέχεται καὶ τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος, διαλαμβάνοντος τὰ ἀπὸ φιλοτιμιῶν ἢ κληρονομιῶν ἔχειν ἐπ' ἐξουσίας αὐτοὺς ἄνευ μέρους τινὸς ὀφείλοντος δοθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ. Τοῦ δὲ κανόνος περὶ ἀκινήτων διαλαμβάνοντος, ἐρωτήσει τις, ἐὰν τὸ αὐτὸ ὀφείλει κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν κινητῶν; Καὶ οἶμαι ὅτι τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τούτοις γενήσεται διὰ τὸ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν κινητῶν καὶ ἀκινήτων ὅσον εἰς τὴν ἐπίκτησιν. Κυρίως δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ εἰ ἐξ ὀρθοῦ αὐτῷ καταλειφθῇ· ἐπεὶ πολλὰ καταλιμπάνονταί τισιν, ὥστε αὐτὰ ἑτέροις ἀποκαταστῆσαι ἢ ἀναλῶσαι ὁπουδήποτε. Ἐκ τῶν τοιούτων οὖν οὐκ ἀπαιτεῖται ἀφιερῶσαί τι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐκ τῶν κυρίως, ἤτοι ἰδικῶς, αὐτῷ καταλελειμμένων, καὶ ὧν κύριός ἐστιν ἐκεῖνος. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα τὸν λέγοντα ὅτι ἐξ ἀνάγκης ὀφείλουσιν οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἐπίσκοποι καταλιμπάνειν ταῖς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαις μέρος τι, τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν κυρίως διαφερόντων τούτοις, πάντως δὲ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς· καὶ τοῦτο, οἷον ἂν καὶ ὅσον ἐστὶν, οὐκ ἀποπεμφθήσεται.

ZONAR. Si qui homines, cum rei familiaris inopia laborarent, ad episcopatum evecti aut in clerum cooptati sunt, deinde vero divitiis affluant, agrosque aut prædia, postquam episcopi aut clerici sunt, proprio nomine emercati possideant; illa ex bonis ecclesiæ quæsiisse censentur, ac nisi ecclesiæ consecraverint, Dominicas, hoc est, Deo dicatas possessiones, diripuisse judicabuntur. Id namque illa significant : tanquam qui Dominica bona invaserint. Proinde civilibus quoque legibus cautum est, ut episcopi, cum eligendi sunt, quid in ipsorum possessionibus sit testatum faciant; ut illas, quibuscunque collibitum fuerit, ex legum præscripto relinquere liceat. Quadragesimus vero sanctorum apostolorum canon, Nota sint, inquit, propria episcopi bona, si quidem propria quoque habet; notaque item Dominica sint et quæ sequuntur. Idem vicesimo quarto, quoque Antiochenæ synodi canone cautum est. Quod si episcopo cuiquam aut clerico aliquid alicujus liberalitate ipsi proprie addictum, legatum quippe aut donatio aut cognata hæreditas, obvenerit, ex eo quoque ecclesiæ partem pro suo arbitrio consecrabit. Proprie vero dixit addictum, hoc est, quod homini ex directo fuerit relictum; quoniam multa aliquibus relinquuntur, ut aliis tradant, aut in captivorum redemptionem, aut in

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν ἄποροί τινες γένωνται ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, εἶτα εὐπορήσωσι, καὶ κτήσωνται, ἐν τῷ εἶναι ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ, ἀγροὺς ἢ χωρία, ὠνησάμενοι αὐτὰ εἰς ὄνομα οἰκεῖον, δοκοῦσιν ἐκ πραγμάτων τῆς ἐκκλησίας ταῦτα κτήσασθαι, καὶ ἐνοχοί εἰσιν, ὥσπερ εἰ δεσποτικὰ πράγματα, ἤγουν κυριακὰ, διηρπάκασι (τοῦτο γὰρ ἐνέφηνε διὰ τοῦ εἰπεῖν, ὡς ἔφοδον πεποιηκότες), εἰ μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα ἀφιερώσουσιν. Διὸ καὶ οἱ νόμοι τῆς πολιτείας ἀπαιτοῦσι τοὺς ἐπισκόπους, ὅτε μέλλουσι χειροτονεῖσθαι, φανερὰ ποιεῖν ἃ κέκτηνται, ἵνα ἔχωσιν ἄδειαν, οἷς βούλονται, νομίμως ταῦτα καταλιμπάνειν. Καὶ ὁ μ' δὲ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Ἔστω, φησὶ, φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα, εἴγε καὶ ἴδια ἔχει, καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κδ' κανὼν περὶ τούτου θεσμοθετεῖ. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπισκόπῳ ὄντι τινὶ ἢ κληρικῷ περιέλθῃ κυρίως φιλοτιμία τινὸς, οἷον ληγάτον ἢ δωρεὰ ἢ κληρονομία συγγενική, δεῖ, φησὶ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀφιερῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ μέρος κατὰ τὴν οἰκείαν προαίρεσιν. Κυρίως δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ εἰ ὀρθοῦ αὐτῷ καταλειφθῇ, ἐπεὶ πολλὰ καταλιμπάνονταί τισιν, ὥστε αὐτὰ ἑτέροις ἀποκαταστῆναι, ἢ ἀναλῶσαι αὐτὰ εἰς αἰχμαλώτων ἀναρρύσεις, ἢ εἰς οἰκοδομὰς οἴκων ἱερῶν, καὶ εἰς ἄλλας αἰτίας ὁμοίας. Ἐκ τῶν τοιούτων οὖν οὐκ ἀπαιτεῖται ἀφιερῶν τι

τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ ἐκ τῶν κυρίως, ἤτοι ἰδικῶς, αὐτῷ καταλελειμμένων, καὶ ὧν κύριος ἐκεῖνός ἐστιν. Εἰ δὲ προίθεντο καὶ ὑπέσχοντο μέρος ἀφιερῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, εἶτα μετετράπησαν, ἀντὶ τοῦ μετεβλήθησαν, ἀνάξιοι κριθήσονται οὗτοι τῆς ἱερατικῆς τιμῆς.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μετὰ τὸ προκόψαι ἀγρὸν ἐξωνούμενος, οὐδὲν ἔχων, ἔστω τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦτον « προσάγειν, εἰ μὴ ἐκ διαδοχῆς συγγενείας ἢ « καθαρᾶς φιλοτιμίας τούτῳ περιελήλυθε. »

Οἱ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς μὴ ἔχοντες ἴδια πράγματα, ἢ καὶ οἱ κληρικοί, οἱ πρὸ τοῦ κληρωθῆναι ὄντες πενέστατοι, ἐὰν μετὰ τὸ προκόψαι ἀκίνητά τινα ἐξωνήσωνται, τῇ ἐκκλησίᾳ ταῦτα προσάξουσιν, ὡς ἐκ τῶν προσόδων αὐτῆς ταῦτα ἐπικτησάμενοι· εἰ μή που ἀπὸ κληρονομίας ἢ ἀπό τινος δωρεᾶς, τῇ ἀληθείᾳ πρὸς αὐτοὺς γενομένης, φαίνονται ταῦτα περιελθεῖν εἰς αὐτούς.

ΚΑΝΩΝ ΛϚ'.

« Ὥστε πρεσβυτέρους πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας, ἐν « ᾗ καθιεροῦνται, μὴ πιπράσκειν, καὶ ὥστε μη« δενὶ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι πράγματι καταχρήσασθαι « ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος. « Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ « γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶγμα « μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιεροῦν« ται· ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι « πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης « τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Μὴ « οὔσης τοίνυν ἀνάγκης, μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι « καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς « ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος. »

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἱερεῖς τινες ἐπώλουν ἐκκλησιαστικὰ πράγματα παρὰ γνώμην τῶν οἰκείων ἐπισκόπων. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπίσκοποι ἐπίπρασκον χωρία τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν παρὰ γνώμην τῆς κατ' αὐτοὺς συνόδου, ἢ καὶ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὅτε πρόκειται ἀνάγκη ποιῆσαί τοιοῦτόν τι ἐπίσκοπον, μετὰ συναινέσεως τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου καὶ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων τοῦτο ποιεῖν· ἄλλως δέ πως μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας αὐτὸν καταχρήσασθαι πράγματι καταγεγραμμένῳ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βρεβίοις, ἤγουν ἐν τῇ μάτρικι, τουτέστιν ἐν τῇ ἀπογραφῇ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τίτλου, ἤτοι βιβλίου. Τίτλος γὰρ λέγεται ποτὲ μὲν ἡ ἐπιγραφή, ποτὲ δὲ ἡ αἰτία, ποτὲ δὲ καὶ τὸ βιβλίον. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος μήτε ἐπίσκοπον παρὰ γνώμην τῆς συνόδου καὶ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, μήτε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων ἐπισκόπων πωλεῖν πράγματα ἐκκλησιαστικά, μὴ εἴπῃς ἐξισοῦσθαι κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῖς ἐπισκόποις τοὺς πρεσβυτέρους· ἀλλ' εἰπὲ ὅτι οἱ μὲν πρεσβύτεροι παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων οἱονδηποτοῦν πρᾶγμα κινητὸν ἢ καὶ εὔφθαρτον, οἶνον τυχὸν ἢ σῖτον, πωλεῖν οὐ δύνανται· ὁ δὲ ἐπίσκοπος τὰ μὲν εὔφθαρτα κινητὰ καὶ τὰ αὐτοκίνητα καὶ παρὰ γνώ-

sacrarum ædium ædificationem, aut in alios ejusmodi usus insumant. Nihil ergo ex hujusmodi rebus, sed ex iis tantum, quæ ipsi proprie ac peculiariter sunt relictæ, quarumque ipse dominus est, ecclesiæ consecrare necessario cogetur. Quod si qui, parte aliqua jam ecclesiæ destinata, postea retro conversi sunt, hoc est, sententiam mutarunt, sacerdotii honore indigni esse judicabuntur.

ARIST. « Qui post promotionem, nihil habens, « agrum emerit, in ecclesiam eum conferat, nisi « successione cognationis aut pura liberalitate ei « obvenerit. »

Qui ante episcopatum propria non habent bona, vel etiam clerici, qui antequam in clerum cooptati fuerint, pauperrimi erant; si postquam promoti sunt, immobilia aliqua redimant, ea ad ecclesiam afferent, ut qui ex illius reditibus eadem acquisivissent: nisi forte ab hæreditate, aut ab alicujus donatione, vere ad ipsos facta, appareant ea ad ipsos obvenire.

560 CANON XXXVI.

« Ut presbyteri res ecclesiæ, in qua consecrantur, « non vendant: et ut nulli liceat episcopo re « abuti, quæ est ex titulo ecclesiasticæ matriculæ. « Similiter placuit, ut presbyteri, præter mentem « suorum episcoporum res ecclesiæ, in qua con« secrantur, non vendant: quemadmodum epi« scopis quoque prædia ecclesiæ, ignorante sy« nodo, vel suis presbyteris vendere non licet. « Non exsistente ergo necessitate, non liceat « episcopo re abuti, quæ est ex titulo ecclesia« sticæ matriculæ. »

BALS. Ut est verisimile, quidam sacerdotes res ecclesiasticas, præter suorum episcoporum sententiam, vendebant. Quin etiam episcopi suarum ecclesiarum prædia emancipabant, præter synodi, vel etiam suorum sacerdotum sententiam. Dicit ergo canon, ne hoc fiat amplius; sed quando tale quid faciendi necessitas premit episcopum, id cum synodi suæ consensu et suorum presbyterorum faciat. Ei autem aliter re uti non liceat, quæ in brevibus ecclesiasticis seu in matricula scripta est, hoc est, in repertorio ecclesiastici tituli seu libri. Titulus enim dicitur aliquando inscriptio, aliquando vero causa, aliquando autem et liber. Cum autem audis canonem dicentem, nec episcopum præter synodi sententiam et suorum presbyterorum ecclesiæ prædia vendere; nec presbyteros præter sententiam suorum episcoporum vendere res ecclesiasticas; ne dixeris, quod ad hoc attinet, presbyteros æquari episcopis: sed dic quod presbyteri quidem, præter episcoporum sententiam, quamcunque rem mobilem vel immobilem vel etiam quæ facile corrumpi potest, vinum forte vel frumentum, vendere non possunt; episcopus autem ea quidem, quæ facile corrumpi possunt, mobilia, et quæ per se mobilia, etiam præter suorum clericorum sententiam, potest alie-

nare; sed non itidem immobilia. Propterea enim præsens quoque canon jubet presbyteros non vendere bona ecclesiastica sine episcopis : episcopis autem prohibuit immobilia, sine necessitate et sine synodali et presbyterorum sententia, vendere Quod autem habet episcopus potestatem, etiam præter suorum presbyterorum mentem et synodi, vendendi per se immobilia et mobilia, quæ facile corrumpi possunt, patet ex 38 et 41 can. apostolicis, quos etiam lege : atque etiam ex præsenti canone, qui prohibet ecclesiasticorum prædiorum et fundorum alienationem sine cognitione et examinatione faciendam. Ne huic autem interpretationi repugnare videantur canones, qui sacra ecclesiastica ab episcopis vendi prohibent. Etsi enim sint mobilia, immobilium tamen locum obtinent, sicut et hoc sæpe in legibus invenitur. Porro quando ecclesiasticum immobile ob prægentem necessitatem vendendum est, non debet episcopus rem reditum habentem vendere; sed qualem canone 26 præsentis synodi eam esse vult, et secundum dictas illic distinctiones. Abusus autem canon meminit, ne dicas prohiberi solum venditionem immobilium, non autem etiam alias alienationes. Neque enim per emphyteusin, neque per donationem, neque per permutationem, neque ad multum tempus potest episcopus rem ecclesiasticam alienare, nisi urgeat necessitas.

οὔτε ἐπὶ χρόνοις πολλοῖς ἐκποιεῖσθαι ἐκκλησιαστικὸν ἀκίνητον ἐπίσκοπος δύναται ἀνάγκης μὴ προκειμένης.

A μὴν τῶν οἰκείων κληρικῶν ἐκποιεῖν δύναται, οὐ μὴν καὶ τὰ ἀκίνητα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ κανὼν τοὺς μὲν πρεσβυτέρους παρεκελεύσατο μὴ πωλεῖν πράγματα ἐκκλησιαστικὰ ἄνευ τῶν ἐπισκόπων· τοὺς δὲ ἐπισκόπους ἐκώλυσε πιπράσκειν ἀκίνητα ἄνευ ἀνάγκης καὶ συνοδικῆς γνώμης καὶ τῶν πρεσβυτέρων. Ὅτι δὲ ἐξουσίαν ἔχει ὁ ἐπίσκοπος καὶ παρὰ γνώμην τῶν πρεσβυτέρων αὐτοῦ καὶ τῆς καθ' αὐτὸν συνόδου πιπράσκειν ἐκκλησιαστικὰ ἀκίνητα καὶ εὔφθαρτα κινητὰ, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ λη' ἀποστολικοῦ κανόνος καὶ τοῦ μα', οὓς καὶ ἀνάγνωθι· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος κωλύοντος τὴν ἀδιάγνωστον ἐκποίησιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν χωρίων καὶ μονῶν. Μὴ ἐναντιωθῶσι δέ σοι πρὸς τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν οἱ κανόνες, οἱ κωλύοντες B παρὰ ἐπισκόπων πιπράσκεσθαι ἱερὰ ἐκκλησιαστικά. Κἂν γὰρ κινητὰ ταῦτα ὦσιν, ἀλλὰ ἀκινήτων ἐπέχουσι τόπον· καθὼς καὶ ἐν τοῖς νόμοις τοῦτο πολλαχοῦ εὑρίσκεται. Καὶ ὅταν δὲ μέλλῃ διαπραθῆναι ἐκκλησιαστικὸν ἀκίνητον διὰ προκειμένην ἀνάγκην, οὐκ ὀφείλει πωλεῖν ὁ ἐπίσκοπος πρᾶγμα ἔχον πρόσοδον, ἀλλ' οἷον ὁ κς' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου φησὶ, καὶ κατὰ τὰς ἐκεῖσε εἰρημένας διαστίξεις. Καταχρήσεως δὲ ὁ κανὼν ἐμνήσθη, ἵνα μὴ εἴπῃς μόνην κωλύεσθαι τὴν διάπρασιν τῶν ἀκινήτων, οὐ μὴν καὶ τὰς ἄλλας ἐκποιήσεις. Οὔτε γὰρ κατ' ἐμφύτευσιν, οὔτε κατὰ δωρεὰν, οὔτε κατὰ ἀνταλλαγὴν,

ZONAR. Sanctorum apostolorum canones, tricesimus octavus et quadragesimus primus, jus administrationemque rerum ecclesiasticarum penes episcopos esse voluere. Proinde ne sacerdotibus res ecclesiæ, **561** cui adscripti sunt, sine episcopi facultate vendere liceat, hic canon decernit. Tum ne concessa ipsis per apostol. canones auctoritate episcopi abutentes, dominatum sibi quodammodo vindicent, itaque ecclesiasticas possessiones abdicatum eant, ne ipsi quidem episcopo, nisi re cum synodo sua subjectisve sibi presbyteris communicata, prædia ecclesiastica vendendi facultatem esse statuit. Neque enim rerum ecclesiasticarum administrationem ab ipsis ignorari oportet; ne, si sine teste sit, offensiones in episcopos exoriantur. Nulla ergo necessitate cogente, re in ecclesiastica matricula vel repertorio descripta episcopo quoque abuti ne liceat. Tituli vero nomine et inscriptio et causa quinimo et liber, ut in legibus scriptum alicubi reperias, significatur. Et vero, cum alienare aliquid immobile episcopus volet, ejus generis id esse debet, quale hujus synodi canone sexto et vicesimo explicatur, ac ibidem indicatæ cautiones in eo alienando serventur.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνες, ὅ τε λη' καὶ ὁ μα' τὴν ἐξουσίαν καὶ φροντίδα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τοῖς ἐπισκόποις ἀνατιθέασιν. Ἀκολούθως οὖν ὁ κανὼν οὗτος ἀπαγορεύει πιπράσκειν τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας πρᾶγμα ἐν ᾧ καθιερώθησαν, εἰ μὴ καὶ ὁ ἐπίσκοπος συνευδοκεῖ· Ἵνα δὲ μὴ τῇ δοθείσῃ αὐτοῖς ἐξουσίᾳ ἐκ τῶν ἀποστολικῶν κανόνων καταχρώμενοι οἱ ἐπίσκοποι ἀναυθεντῶσι καὶ ἐκποιῶνται τὰ ἐκκλησιαστικὰ, καὶ ἐπήγαγεν ὅτι οὐδὲ τῷ ἐπισκόπῳ ἐξέσται χωρία πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ὑφ' ἧς καὶ αὐτός ἐστιν, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. Δεῖ γὰρ τῶν διοικήσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων εἰδῆσιν ἔχειν αὐτούς· ἵνα μὴ, ἁμαρτύρου τῆς οἰκονομίας οὔσης, σκάνδαλα κατὰ τοῦ ἐπισκόπου φύωνται. Χωρὶς τοίνυν ἀνάγκης μηδὲ τῷ ἐπισκόπῳ ἐξέστω κατασχρήσασθαι πράγματι ἀπογεγραμμένῳ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ μάτρικι, ἤτοι τῇ ἀπογραφῇ. Τίτλος δὲ ἡ ἐπιγραφὴ λέγεται καὶ ἡ αἰτία, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ βιβλίον, ὡς ἐν τοῖς νόμοις που γέγραπται. Καὶ ὅτε δὲ ἐκποιήσασθαι ἀκίνητον ὁ ἐπίσκοπος μέλλει, τοιοῦτον ἐκποιήσεται, οἷον ὁ κς' κανὼν τῆς παρούσης συνόδου φησὶ, καὶ κατὰ εἰρημένας ἐκεῖ διαστίξεις.

ARIST. « Presbyter rem quampiam ecclesiasticam « sine episcopo non vendit; neque episcopus præ« dium, synodo non approbante. »

ΑΡΙΣΤ. « Πρεσβύτερος ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα « τοῦ ἐπισκόπου χωρὶς οὐ πιπράσκει· οὐδὲ ἐπί« σκοπος χωρίον, συνόδου μὴ ἐπιγινωσκούσης. »

Bona ecclesiastica non alienata manere debent. Si autem necessitas requirat, ut immobile aliquid alienetur, episcopus sine synodi sententia illud non

Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀνεκποίητα μένειν ὀφείλουσιν. Εἰ δὲ ἀνάγκη γένηται ἐκποιηθῆναί τι ἀκίνητον, οὐκ ἄνευ γνώμης τῆς συνόδου διαπωλήσει τοῦτο ὁ ἐπί-

σκοπος· εἰ μὴ βούλεται, κατὰ τὸν εἰκοστὸν ἕκτον κανόνα τῆς παρούσης συνόδου, Θεῷ καὶ συνόδῳ ἑαυτὸν καταστῆσαι ὑπεύθυνον, καὶ τῆς τιμῆς ἀλλότριον. Ἀλλ' οὐδὲ πρεσβύτερος, οἰκονομίαν τινὰ τῆς ἐπισκοπῆς ἐμπεπιστευμένος, χωρὶς εἰδήσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν, ἢ ἀκίνητον, ἢ αὐτοκίνητον, διαπωλήσει.

« Ἀνεγνώσθησαν ἔτι μὴν ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ διάφοροι σύνοδοι πάσης τῆς τῶν Ἀφρων χώρας, ἐπιτελεσθεῖσαι ἐν τοῖς προλαβοῦσι χρόνοις Αὐρηλίου ἐπισκόπου Καρχηδόνος.

catorum, tormenta nimirum quæ a tyrannis inferuntur. Sed quamvis accuset eos qui hoc modo se gerunt, ipsis tamen a fidelibus communicandum esse decernit, quod in nomine Christi ad hoc prodeunt : fidentes videlicet Christo, aut in ejus nomine sibi certamen deposcentes ; etiamsi forte illius præceptioni minus obtemperent, docentis petere ne tentemur, vel etiam ignorent Dominum secessisse ab insidiatoribus suis, solitumque aliquando non palam deambulare, nec se ipsum prodidisse ut pateretur, verum ab aliis proditum ; præcepisseque discipulis, ut quo tempore illos inimici insectarentur, fugerent e civitate in civitatem, nec se ipsos ultro tortoribus traderent, ne pluribus se cædibus contaminandi causam ipsis præberent, eos velut irritantes ad supplicia piis hominibus irroganda. Affertque apostolorum exemplum, Stephani, Jacobi, ac supremorum ordinis sui procerum Petri et Pauli.

A τὰς ἐκ τῶν τυράννων δηλονότι κολάσεις. Ἀλλ' εἰ καὶ αἰτιᾶται τοὺς οὕτως ποιοῦντας, κοινωνεῖν τέως αὐτοῖς τοὺς πιστοὺς διατάττεται, ὅτι ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ παρέρχονται εἰς τοῦτο, θαῤῥοῦντες δηλαδὴ τῷ Χριστῷ, ἢ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ αἱρούμενοι τὸν ἀγῶνα, εἰ τάχα καὶ οὐ κατὰ τὴν ἐκείνου ποιοῦσι διδασκαλίαν, διδάσκοντος αἰτεῖν μὴ πειρασθῆναι, ἢ καὶ ἀγνοοῦσιν, ὅτι ὁ Κύριος ὑπεχώρει ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ, καὶ ἔστιν ὅτε καὶ οὐ φανερῶς περιεπάτει, καὶ ὅτι οὐδὲ ἑαυτὸν παρέδωκε παθεῖν, ἀλλὰ παρεδόθη· καὶ ἐν τῷ διώκεσθαι τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, διετάξατο φεύγειν εἰς πόλιν ἐκ πόλεως, καὶ μὴ αὐτομολεῖν πρὸς τοὺς κολαστάς, ἵνα μὴ αἴτιοι αὐτοῖς γίνοιντο πλειόνων φόνων, ὥσπερ παραθήγοντες αὐτοὺς εἰς τὰς κατὰ τῶν εὐσεβῶν τιμωρίας.

B Καὶ τοὺς ἀποστόλους παράγει εἰς ὑπόδειγμα, τὸν Στέφανον, τὸν Ἰάκωβον, καὶ τοὺς κορυφαιοτάτους Πέτρον καὶ Παῦλον.

CANON X.

« Unde non est æquum, ut vel clerici qui sua « sponte aufugerunt, lapsi autem et reluctati sunt, « amplius in sacro ministerio maneant, ut qui Domini gregem reliquerint, et se ipsos vituperaverint : quod nullus fecit ex apostolis. Etenim cum « multas persecutiones obiisset, et multa certaminum præmia ostendisset beatus apostolus Paulus, sciens esse longe melius *dissolvi et esse cum Christo* [a], infert et dicit : *In carne autem manere, magis necessarium propter vos.* Considerans « enim non suam, sed multorum utilitatem, ut serventur, magis quam suam quietem, necessarium C « existimavit, apud fratres manere, et eorum curam gerere. Qui etiam vult eum qui docet, esse « *in doctrina exemplum* [b] fidelibus. Unde qui in « carcere contendentes, a ministerio exciderunt, et « reluctati sunt, sensus plane sunt expertes. Quomodo enim petunt quod reliquerunt, cum in ea « tempestate esse possent fratribus suis utiles ? « Quandiu itaque firmi stabilesque manserunt, ejus « quod præter rationem fecerant, eis venia dabatur. « Quando autem lapsi sunt, ut qui perperam se « gesserunt et se ipsos vituperaverunt, non possunt « amplius sacra **16** ministeria obire. Et ideo magis « curam gerant, quomodo in humilitate vitam peragant a vana gloria cessantes. Eis enim sufficit D « communio, quæ diligenter et accurate fit duabus « de causis, tum ne videantur molestia affici, hinc « dissolutionem vi arripientes : tum ne lapsi aliqui « causentur se propter pœnæ occasionem fuisse remissos : Qui quidem plusquam omnes probrum

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Ὅθεν (5) οὐκ ἔστιν εὔλογον οὐδὲ τοὺς ἀπὸ κλήρου « αὐτομολήσαντας, ἐκπεπτωκότας τε καὶ ἀναπαλαίσαντας, ἔτι ἐν τῇ λειτουργίᾳ εἶναι, ἅτε δὴ καταλείψαντας τὸ ποίμνιον Κυρίου καὶ μωμησαμένους ἑαυτούς· ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀποστόλων πεποίηκε. Καὶ « γὰρ ὁ πολλοὺς διωγμοὺς ἐξανύσας (6), πολλά τε « ἆθλα ἀγωνισμάτων ἐνδειξάμενος, ὁ μακάριος ἀπό« στολος [a] Παῦλος, ἐγνωκώς τε ὅτι κάλλιόν ἐστιν « *ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι*, ἐπιφέρει καὶ « λέγει· *Τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ, ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς.* Σκοπῶν γὰρ οὐ τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον, « ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσιν, ἀναγκαιότερον « τῆς ἑαυτοῦ ἀναπαύσεως ἡγήσατο τὸ παραμένειν « τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν. Ὃς καὶ τὸν « διδάσκοντα θέλει εἶναι *ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τύπον* « γινόμενον τῶν πιστῶν. Ὅθεν οἱ ἐν τῇ εἱρκτῇ ἐπι« δικαζόμενοι τῆς λειτουργίας ἐκπεπτωκότες, καὶ « ἀναπαλαίσαντες, πάνυ ἀναισθητοῦσι. Πῶς γὰρ « αἰτοῦσιν ὃ κατέλειψαν, δυνάμενοι τοῖς ἀδελφοῖς « εὔχρηστοι εἶναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ; Ἕως μὲν οὖν « ἄπταιστοι ἦσαν, συγγνώμην εἶχον ἐπὶ τῇ παρα« λόγῳ [38] αὐτῶν πράξει· ὅτε δὲ ἔπταισαν, ὡς ἂν « περπερευσάμενοι καὶ ἑαυτοὺς μωμησάμενοι, οὐκέτι « δύνανται λειτουργεῖν. Διὸ φρονητιζέτωσαν μᾶλλον « ἐν ταπεινοφροσύνῃ, πῶς ἐκτελέσουσι παυσάμενοι « τῆς κενοδοξίας. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωνία « μετ' ἐπιστάσεως [38] καὶ ἀκριβείας πρὸς ἀμφότερα [38a] « γινομένη, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπεῖσθαι μετὰ βίας « περιδρασσόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως (7), καὶ « ἵνα μή τινες ἐκπεσόντες, προφασίζωνται [37] ὡσὰν [38] « διὰ τὴν ἀφορμὴν τῆς ἐπιτιμίας ὑπεκλελυμένοι·

[a] *Philipp.* I, 23, 24. [b] *Tit.* II, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[a] deest ἀπόστολος. [38] παρὰ λόγον. [38] ἐπιτάσεως. [38a] ἀμφότερον. [37] προφασίσωνται. [38] ὡς.

(5) *Ὅθεν*, κ. τ. λ. Confer cum his narrationem Epiphanii de Meletianis, hær. LXVIII, n. 2 et 3. HARDUIN.

(6) *Ἐξανύσας*. Ms. cod. Nan ἐξαντλήσας.

(7) *Τῆς ἐντεῦθεν ἀναλ.* Zonaras et Balsamon videntur hunc locum perperam interpretari, ot τὴν ἐντεῦθεν ἀνάλυσιν de morte accipere. HARDUIN.

« οἵτινες πλέον ἁπάντων αἰσχύνην καὶ ὄνειδος ἕξουσι, A
« κατ' ἐκεῖνον τὸν τεθεικότα θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύ-
« σαντα ἐκτελέσαι· Ἄρξονται γάρ, φησίν, *πάντες*
« *οἱ παραπορευόμενοι ἐμπαίζειν αὐτόν, λέγοντες·*
« *Οὗτος ὁ ἄνθρωπος θεμέλιον ἔθηκε* [a], καὶ οὐκ
« *ἰσχυσεν ἐκτελέσαι.* »

ΒΑΛΣ. Περὶ αὐτομολησάντων εἰς τὸν τοῦ μαρτυ-
ρίου ἀγῶνα διαλεχθεὶς ὁ Πατὴρ, νῦν καὶ περὶ κλη-
ρικῶν τοιούτων τὸν λόγον ποιεῖται· καί φησιν, ὡς, εἰ
κληρικὸς ηὐτομόλησεν, εἶτα μὴ στέγων τὰς τιμωρίας
ἐκπέπτωκε, καὶ αὖθις εἰς ἑαυτὸν γενόμενος, ἀνεπά-
λαισε τὴν οἰκείαν πτῶσιν, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν
ὁμολόγησεν ἐνώπιον τῶν τυράννων, ὁ τοιοῦτος οὐκέτι
ἐν τῇ λειτουργίᾳ ἔσται, διότι καταλέλοιπε τὸ πολίμνιον
τοῦ Κυρίου· καὶ διὰ τὸ αὐτομολῆσαι καὶ μὴ καρτε-
ρῆσαι τὰς βασάνους, μῶμον προσήνεγκεν ἑαυτῷ. Τὸ B
δὲ καταφρονῆσαι τῆς διδασκαλίας τοῦ λαοῦ καὶ προ-
τιμήσασθαι τὸ ἑαυτῷ συμφέρον, οὐδὲ οἱ ἀπόστολοι
πεποιήκασιν. Ὁ γὰρ μέγας Παῦλος, μετὰ τὸ πολλὰς
βασάνους ὑπομεῖναι, κατανοήσας κρεῖττον εἶναι τὸν
βίον ἀπολιπεῖν, προετιμήσατο ζῆν καὶ βασανίζεσθαι
διὰ τὴν σωτηρίαν καὶ διδασκαλίαν τοῦ λαοῦ. Ἀναι-
σθητοι γοῦν εἰσιν οἱ αἰτοῦντες τὴν λειτουργίαν, ἧς
ἐθελονται ἐκπεπτώκασι. Πῶς γὰρ αἰτοῦσιν ὃ κατ-
έλιπον, δυνάμενοι τοῖς ἀδελφοῖς εὔχρηστοι εἶναι ἐν
καιρῷ τοιούτῳ, διωγμοῦ δηλαδή; Εἰ μὲν οὖν οὐ
πεπτώκασι, φησίν, εἶχον ἂν συγγνώμην ἐπὶ τῇ πα-
ραλόγῳ αὐτῶν πράξει, τῆς αὐτομολήσεως δηλαδή, ἢ
τῆς περὶ τὸ διδάσκειν καὶ στηρίζειν τοὺς ἀδελφοὺς
ῥᾳθυμίας· εἰ δὲ πεπτώκασιν ἐκ περπερείας, ἤτοι C
ἀλαζονείας, [τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ κατατολμῆσαι προ-
πετῶς τῶν βασάνων καὶ μὴ ἐμμεῖναι, καὶ διὰ τοῦτο
ἠθριαμβεύθησαν·] οὐκέτι δύνανται λειτουργεῖν. Διὸ
φροντιζέτωσαν μᾶλλον πῶς ἐκτελέσουσι τὴν ὁμολο-
γίαν ἐν ταπεινοφροσύνῃ, παυσάμενοι τῆς ἀπὸ τοῦ
ζητεῖν τὴν λειτουργίαν κενοδοξίας· ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς
ἡ μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνία διὰ δύο γινομένη τινὰ
μετὰ ἐπιστασίας ἀκριβοῦς καὶ οἰκονομίας. Εἰ γὰρ
εἴπωμεν μὴ ἔχειν αὐτοὺς κοινωνικοὺς, τούτους τε
λυπήσομεν, ὡς ἀποφαινόμενοι μετὰ βίας. ἤγουν ἐπι-
τετιμημένους, ἐντεῦθεν ἀναλῦσαι αὐτοὺς, ἤγουν
ἀποθανεῖν· καὶ τοὺς ἄλλους δὲ ἐκπεσόντας ἴσως καὶ
βουλομένους ὑποστρέψαι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἐκλελυμένους
πρὸς τοῦτο καὶ ἀμελεῖς ποιήσομεν, προφασιζομένους
τὸ μὴ μέλλειν αὐτοὺς εἶναι κοινωνικοὺς τοῖς πιστοῖς, D
κἂν ὁμολογήσωσι τὴν πίστιν μετὰ τὴν ἔκπτωσιν·
οἵτινες, μὴ ἐπιστρέφοντες, πλέον ἁπάντων ἵνα ὀνει-
δισθῶσι καὶ αἰσχυνθῶσι! καθὰ (*f.* κατὰ) τὸν ποιήσαντα
μὲν θεμέλιον, μὴ πληρώσαντα δὲ οἴκημα. Τούτῳ γὰρ
ἐοίκασιν οἱ πρὸς βασάνους αὐτομολήσαντες μὲν διὰ
Χριστὸν καὶ οἱονεὶ καλὸν θέμενοι θεμέλιον, μὴ δυ-
νηθέντες δὲ τελειῶσαι τὸ καλὸν διὰ τὴν ἔκπτωσιν.
Σημείωσαι οὖν, ὅτι οὐδὲ ἡ διὰ Χριστὸν ὁμολογία
ἀποκαθιστᾷ τὸν ἅπαξ ἐκ τοῦ κλήρου ἀποξενωθέντα
διὰ τὴν ἔκπτωσιν.

« et ignominiam habebunt : sicut ille qui fundamen- A
« tum posuit, et non potuit perficere : *Incipient*
« enim, inquit, *omnes qui prætergredientur, eum il-*
« *ludere, dicentes : Hic homo posuit fundamentum, et*
« *non potuit perficere* [a]. »

BALS. De iis qui sua sponte ad martyrii certa-
men confugiunt, locutus Pater, nunc de clericis quo-
que qui sunt ejusmodi loquitur : et dicit quod si
clericus ad certamen sua sponte profugit, deinde
cum non posset ferre tormenta, excidit, et cum rur-
sus ad se rediisset, lapsum suum revocavit, et se
coram tyrannis Christianum confessus est ; is non
amplius sacra ministeria obibit, eo quod gregem Do-
mini reliquerit ; et eo quod cum sua quidem sponte
confugerit, et tormenta sufferre non potuerit, sibi B
ipsi labem attulit. Ut autem populi doctrinam ne-
gligerent, et suam utilitatem præferrent, nec apo-
stoli fecerunt. Magnus enim Paulus, postquam multa
tormenta subiisset, intelligens multo esse melius
vitam relinquere, maluit vivere et torqueri propter
salutem et doctrinam populi. Sensu ergo omnino
carent, qui petunt sacrum ministerium, a quo sua
sponte exciderunt. Quomodo enim petunt quod re-
liquerunt, cum possint in hac tempestate, persecu-
tionis scilicet, fratribus esse utiles ? Si itaque non
cecidissent, inquit, ejus quod præter rationem fe-
cissent, eis daretur venia, spontaneæ scilicet fugæ,
vel in fratribus docendis et confirmandis socordiæ.
Sin autem propter suam insolentiam et arrogantiam
lapsi sunt (tale enim est se temere tormentis obji- C
cere audere, nec posse tolerare, et propterea de eis
triumphus actus est), non possunt amplius sacra
ministeria obire. Quamobrem magis curent quomodo
confessionem in humilitate peragant, cessantes a
vana gloria sacrum ministerium petendi : sufficit
enim eis cum fidelibus communio, quæ fit propter
duo, diligenti cautione rectoque consilio. Si enim
dixerimus nos eos non habere pro communicanti-
bus, et eos molestia afficiemus tanquam sententiam
ferentes, eos, vi, seu mulctatos, hinc dissolvi, seu
mori ; et alios quoque qui fortasse lapsi sunt, et
volunt ad quod bonum est redire, remissos ad hoc
et negligentes efficiemus, causantes se fidelibus non
esse communicaturos, etiamsi post lapsum fidem D
confessi fuerint : qui si non convertantur, plus pro-
bri et ignominiæ quam omnes susceperint, quema-
modum et qui fecit fundamentum, domum autem
non perfecit. Ei enim sunt similes, qui ad tormenta
quidem propter Christum confugerunt, et veluti
pulchro jacto fundamento, id quod honestum est,
perficere propter lapsum non potuerunt. Nota ergo,
quod ne confessio quidem propter Christum resti-
tuit eum, qui semel a clero abalienatus est propter
lapsum.

[a] *Luc.* XIV, 29, 30.

VARIÆ LECTIONES.

[a] τέθεικε.

Zonar. De iis qui se ultro martyrii certamini objecerunt locutus Pater, nunc de clericis qui idem fecerunt orationem instituit : atque clericum si quis se ultro dedidit, mox vim tormentorum minime perferens lapsus est, ac rursum se ipsum colligens denuo se ad certamen erexit, ac se Christianum coram tyrannis est professus, non esse ejusmodi hominem ad sacra ministeria amplius admittendum. Causamque subjungit : quia nimirum Domini gregem deseruit, ac ex eo quod sponte se objecit hostibus, neque constanter tormenta pertulit, ignominiam sibi ipsi conciliavit. Ut autem populi institutionem contemnerent, suamque utilitatem cæteris omnibus anteferrent, 17 ne apostoli quidem fecerunt. Magnus namque Paulus, cum multos pertulisset cruciatus, sentiretque utilius esse sibi vitam relinquere, ut populi saluti ac institutioni consuleret, vitam sibi ac tormenta potiora duxit. Proinde et sensus omnino expertes eos demonstrat, qui sacrum sibi ministerium deposcunt, a quo volentes ipsimet exciderunt. Nam quo modo, inquit, id postulant, quod reliquere, cum ejusmodi tempore, excitatæ videlicet persecutionis, magno fratribus adjumento esse posset? Quandiu igitur a lapsu immunes fuissent, veniam obtinuissent actionis temere susceptæ, se nimirum adversariis ultro offerendi, vel in erudiendis fratribus socordiæ. Cum vero ceciderint, quippe qui perperam egerint, sacra ministeria obire amplius haud permittuntur. Si ergo, inquit, minime cecidissent, veniam impetrassent ob ipsorum a ratione alienam actionem ; actionem a ratione alienam vocans, non solum quod se hostibus dediderint, sed potius quod deseruerint gregem Domini, nec ipsum custodierint, ac fratres qui persecutionis tempore vexabantur confirmarint. Si vero ceciderunt ex eo quod se perperam gesserint, superbiam hic, et arrogantiam ; τὴν περπερείαν vocans, quod ex arrogantia fiduciam in se ipsis posuere, dissolverunt-que certamen, ac se ipsos vituperarunt ; hoc est, sibi ipsis maculam ob lapsum inusserunt, in sacro ministerio versari ipsis amplius haud licet. Propterea studeant, inquit, potius in humilitate confessionem peragere, cessantes videlicet ab inani gloria. Quod enim sacro ministerio ascribi postulent, a studio ambitionis proficiscitur. Sufficit namque ipsis communio, ut cum ipsis nimirum fideles communicent, ac una precentur, vel sacrorum mysteriorum perceptio. Atque hæc quidem certo consilio sedulaque administratione fiunt, tum ne videantur molestia affici, hinc dissolutionem vitæ arripientes, ne scilicet molestia, inquit, affecti, decedant solventes, a corpore videlicet abscedentes, ob vim tormentorum, afflictationumque quas in carcere patiuntur ; ac ne qui excusationem præferant mulctæ hujus, ob quam in confessionis certamine dissolutos ac ignavos se gesserunt, atque ideo ceciderunt. Qui potius rubore suffundentur, juxta illud quod in Evangelio dicitur : *Qui fundamentum non potuit perficere.*

A ΖΩΝΑΡ. Περὶ αὐτομολησάντων εἰς τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀγῶνα, διαλεχθεὶς ὁ Πατὴρ, νῦν καὶ περὶ κληρικῶν τοιούτων τὸν λόγον ποιεῖται· καί φησιν, ὡς, εἰ κληρικὸς ηὐτομόλησεν, εἶτα μὴ στέγων τὰς τιμωρίας ἐκπέπτωκε, καὶ αὖθις εἰς ἑαυτὸν γενόμενος ἀνεπάλαισε τὴν οἰκείαν πτῶσιν, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ὡμολόγησεν ἐνώπιον τῶν τυράννων, ὁ τοιοῦτος οὐκέτι ἐν τῇ λειτουργίᾳ ἔσται. Καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει· ἥδε ἐστίν· ὅτι κατέλιπε τὸ ποίμνιον τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ τὸ αὐτομολῆσαι καὶ μὴ καρτερῆσαι τὰς βασάνους, μῶμον προσήνεγκεν ἑαυτῷ. Τὸ δὲ καταφρονῆσαι τῆς διδασκαλίας τοῦ λαοῦ, καὶ προτιμήσασθαι τὸ ἑαυτοῖς συμφέρον, οὐδὲ οἱ ἀπόστολοι πεποιήκασιν. Ὁ γὰρ μέγας Παῦλος, μετὰ τὸ πολλὰς βασάνους ὑπομεῖναι, κατανοήσας κρεῖττον εἶναι τὸν βίον ἀπολιπεῖν, προτιμήσατο ζῆν καὶ βασανίζεσθαι διὰ τὴν σωτηρίαν καὶ διδασκαλίαν τοῦ λαοῦ. Οὓς καὶ πάνυ ἀναισθήτους ἀποφαίνεται, αἰτοῦντας τὴν λειτουργίαν, ἧς ἐθελονταὶ ἐκπεπτώκασι. Πῶς γὰρ, φησὶν, αἰτοῦσιν ἃ κατέλιπον, δυνάμενοι τοῖς ἀδελφοῖς εὔχρηστοι εἶναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ, διωγμοῦ δηλαδή ; Ἕως μὲν οὖν ἄπταιστοι ἦσαν, συγγνώμην εἶχον ἐπὶ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν πράξει, τῇ αὐτομολήσει δηλαδὴ, ἢ τῇ περὶ τὸ διδάσκειν τοὺς ἀδελφοὺς ῥᾳθυμίᾳ· ὅτε δὲ ἔπταισαν, ὡς ἂν περπερευσάμενοι, οὐκέτι δύνανται λειτουργεῖν. Εἰ μὲν οὖν οὐ πεπτώκασι, φησὶν, εἶχον ἂν συγγνώμην ἐπὶ τῇ παραλόγῳ αὐτῶν πράξει· παράλογον πρᾶξιν οὐ τὸ αὐτομολῆσαι μόνον καλῶν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ καταλιπεῖν τὸ ποίμνιον τοῦ Κυρίου, καὶ μὴ παραμένειν αὐτῷ καὶ στηρίζειν τοὺς ἀδελφοὺς κλονουμένους ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ. Εἰ δὲ πεπτώκασιν ἐκ περπερείας, περπερείαν δ' ἐνταῦθα τὴν οἴησιν καὶ τὴν ἀλαζονείαν καλεῖ· ὅτι ἐξ ἀλαζονείας ἐθάῤῥησαν ἑαυτοῖς, καὶ τὸν ἀγῶνα ὑπέλυσαν καὶ ἑαυτοὺς ἐμωμήσαντο, ἀντὶ τοῦ, διὰ τὴν πτῶσιν μῶμον ἐπήνεγκαν ἑαυτοῖς, οὐκέτι δύνανται λειτουργεῖν. Διὸ φροντιζέτωσαν, λέγει, μᾶλλον ἐν ταπεινοφροσύνῃ, πῶς ἐκτελέσουσι τὴν ὁμολογίαν, δηλαδὴ παυσάμενοι τῆς κενοδοξίας. Τὸ γὰρ λειτουργίαν ζητεῖν, διὰ κενοδοξίαν, φησὶ, γίνεται. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ κοινωνία, ἤγουν τὸ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς τοὺς πιστοὺς, ἤτοι συνεύχεσθαι, ἢ καὶ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψις. Καὶ ταῦτα μετ' ἐπιστασίας καὶ ἀκριβείας γενόμενα, καὶ ἵνα μὴ δόξωσι λυπεῖσθαι, μετὰ βίας περιδρασσόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἀναλύσεως, καὶ ἵνα μὴ λυπούμενοι, φησὶν, ἀπέλθωσιν ἐντεῦθεν ἀναλύοντες. ἀπὸ τοῦ σώματος δηλονότι ἐξερχόμενοι, μετὰ βίας τῆς ἐκ τῶν κολάσεων καὶ τῆς ἐν ταῖς εἱρκταῖς κακοπαθείας· καὶ ἵνα μή τινες πρόφασιν σχῶσι τοῦ ἐκλυθῆναι καὶ χαυνωθῆναι πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς ὁμολογίας, καὶ διὰ τοῦτο ἐκπεσεῖν, τὴν ἐπιτίμησιν. Οἵτινες μᾶλλον αἰσχυνθήσονται, κατὰ τὸ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρημένον· *Ὃς θεμέλιον οὐκ ἰσχυσεν ἐκτελέσαι.*

Ἐκεξήγησις φερομένη κατὰ τοῦ Μουζάλωνος ἅπασα.

Digressio quæ tota adversus Muzalonem intenditur.

Ἐπιστησάτωσαν δὲ τὸν νοῦν τοῖς παρὰ τοῦ μεγάλου τοῦδε Πατρὸς καὶ ἱερομάρτυρος εἰρημένοις ἐνταῦθα οἱ λέγοντες δύνασθαι τοὺς ἀρχιερεῖς παραιτεῖσθαι τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ παραχρατεῖν τὴν ἱερωσύνην. Εἰ γὰρ οἱ πρὸς ὁμολογίας ἀγῶνα ἐκόντες ὁρμήσαντες κληρικοὶ, καὶ κολασθέντες καὶ μὴ ἐπιμείναντες, ἀλλὰ ἐνδόντες, εἶτα ἀναπαλαίσαντες μόλις ἀξιοῦνται συγγνώμης, εἰς τὸ τὴν λειτουργίαν ἀναβαλεῖν· κατὰ τὸν θεῖον τοῦτον Πατέρα, οὐδὲν ἕτερον ἐγκαλούμενοι, ἢ τὸ καταλιπεῖν τοὺς ἀδελφοὺς, δυνάμενοι αὐτοὶς ἐν καιρῷ περιστάσεως εὔχρηστοι εἶναι εἰς τὸ στηρίζειν αὐτοὺς, καὶ ταῦτα μαρτυρίας ἀξιωθέντες, καὶ τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκὶ αὐτῶν περιφέροντες· πῶς ἀρχιερεὺς καὶ ποιμὴν, ὃς ὀφείλει τιθέναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, καταλιπὼν τὴν ἐμπιστευθεῖσαν ποίμνην αὐτῷ, καὶ παραιτησάμενος τὴν αὐτῆς φροντίδα· καὶ ἐπιμέλειαν, καὶ ὅσον τὸ κατ' αὐτὸν τοῖς λύκοις ταύτην ἐκδεδωκὼς, ἀντέχεσθαι τῆς λειτουργίας δίκαιος λογισθήσεται, καὶ οὐ μᾶλλον βαρυτάτων ἐπιτιμίων κριθήσεται ἄξιος, διὰ τὴν τοῦ ἀνατεθέντος αὐτῷ λαοῦ ἐγκατάλειψιν; Ἀλλὰ καὶ γέρας ὑπὲρ ταύτης αἰτήσει, ἢ μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτῷ παρέξει· τὸ μὲν κόπον προξενοῦν αὐτῷ παραιτούμενος, τὴν διδασκαλίαν φημὶ καὶ τὴν τῶν σφαλλομένων διόρθωσιν, τὸ δὲ δόξαν καὶ τιμὴν περιποιοῦν παρακατέχων, καὶ οἰκειούμενος, καὶ τούτου ἅπτις ἐχόμενος, καὶ μηδὲν μεθιστάμενος. Εἰ γὰρ ἐπὶ κληρικῶν παράλογος ὠνομάσθη πρᾶξις, τὸ καταλιπεῖν τὸν λαὸν, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας αὐτομολῆσαι ἀγῶνα· πόσῳ πλέον παραλογώτερον ἂν κριθείη ἐπὶ ἐπισκόπου καταλιπόντος τὸν οἰκεῖον λαὸν, καὶ οὐ πρὸς ἀγῶνα χωροῦντος, πρὸς ῥαστώνην δὲ καὶ ἀνάπαυσιν, καὶ φροντίδων ὑπὲρ ὠφελείας ψυχῶν ἀπόθεσιν καὶ ἀπόδρασιν; Καὶ ὁ ις' δὲ κανὼν τῆς ἑβδόμης οἰκουμενικῆς συνόδου πολλὴν ἀβελτηρίαν κατηγορεῖ τῶν ψηφιζομένων δύνασθαι τοὺς ἀρχιερεῖς τὰς ἐπισκοπὰς παραιτεῖσθαι, τὴν δὲ ἱερωσύνην παρακρατεῖν. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν εἰρημένον κανόνα ὁ ἐπίσκοπος, ὑπὲρ τὸ ἐξάμηνον τῆς οἰκείας ἀποδημήσας ἐπισκοπῆς [ἂν μὴ] μιᾶς τῶν ἀπηριθμημένων ἐν αὐτῷ αἰτιῶν, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐκπίπτει, καὶ ἀμφοῖν ἠλλοτρίωται· πῶς ὁ παραιτησάμενος τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ ἀπαγορεύσας μηκέτι ποιμαίνειν τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον, καὶ τῆς τούτου φροντίδος διὰ βίου καταφρονήσας, εἴη ἂν ἀρχιερεύς; Εἰ γὰρ ὁ τὸ ἧττον ἁμαρτάνων, τὸ ἐπὶ πλέον ἐξαμηνιαίου καιροῦ καταλιπεῖν τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν ἀπολιμαντόν τε καὶ ἀτημέλητον, ἐκπτώσει καὶ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀφίσταται· ὁ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ πολλαπλάσιον πλημμελῶν, τὸ δι' ὅλου καταλιπεῖν τὰ πλήθη, ἅπερ αὐτῷ ἐπισκοπεῖν τε καὶ ὁρᾶν ἡ τοῦ θείου Πνεύματος χάρις ἀνέθετο, μᾶλλον ἂν εἴη δίκαιος σφοδρότερον κολασθήσεσθαι, καὶ μείζονα τιμωρίαν ὑφέξειν τῆς ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ ἀπωλείας ποιμνίου, οὗ προεχειρίσθη ποιμὴν παρὰ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως, καὶ ἀρχιποιμένος. Οἱ δὲ καὶ γέρας αὐτῷ καὶ ἀμοιβὴν τῆς παραιτήσεως ἐπιψηφιζόμενοι τὴν ἱερω-

Adjiciant porro animum iis quæ ab hoc magno Patre, ac sancto martyre hoc loco allata sunt, qui dicunt episcopis licere ecclesias suas dimittere, ac sacerdotii dignitatem retinere. Etenim si clerici qui sponte se certamini confessionis objecerant, ac tormentis affecti minus constanter obstiterant, sed postquam cesserant, in certamen redeuntibus vix conceditur venia, quod sacrum ministerium obire distulissent; nec ex hujus divini Patris sententia quidquam aliud ipsis objicitur, quam quod fratres deseruissent, cum adversis ac turbulentis temporibus possent ipsis in fide confirmandis esse utiles; idque cum et digni habiti essent qui testimonium B perhiberent fidei, et stigmata Christi in sua carne circumferrent: quonam modo summus sacerdos et pastor, qui pro ovibus debet animam ponere, deserto grege sibi commisso, ejusque cura et administratione repudiata, et quantum quidem in ipso est eo lupis prodito, dignus putabitur qui sacri ministerii dignitatem retineat, ac non gravissimis potius pœnis quod sibi commendatum populum deseruerit, muletandus esse judicabitur? Quin potius ob eam rem præmium deposcet, imo sibi ipsemet suppeditabit; quod quidem laborem ipsi affert recusans, docendi videlicet munus vitiaque corrigendi; quod vero gloriam 18 ac decus conciliat amplectens, sibique asciscens, mordicusque id retinens, neque vel tantillum remittens. Si enim ubi C de clericis est sermo, actio rationi absona nominata sit deserere populum, atque ad certamen pietatis causa transmigrare; quanto id magis a ratione alienum in episcopo judicabitur, qui populum suum deserit, non ut ad certamen tendat, sed ut quieti se ac remissioni tradat, curasque pro salute animarum deponat ac effugiat. Decimus sextus quoque canon septimæ œcumenicæ synodi, stultitiæ graviter accusat eos qui ab episcopo, repudiato episcopatu, sacri ministerii dignitatem retineri posse decernunt. Si namque ex canonis allati sententia, episcopus qui ultra semestre tempus a suo episcopatu abfuerit, nisi una aliqua ex iis quæ ibi numerantur, causa intercesserit, et episcopatu et summi sacerdotii dignitate excidit, ac utroque privatur: quonam modo qui repudiavit episcopatum, creditumque sibi gregem adhuc pascere omnino abnuit, ejusque curam inertis vitæ studio contemnat, adhuc in episcoporum numero habebitur? Etenim si qui minus delinquit, ut ultra semestre tempus subjectum sibi populum pastoris cura et administratione destitutum relinquat, episcopatus et sacræ dignitatis privationem incurrit; qui in eo quod majus et multis partibus gravius est, peccat, ut multitudinem quam ipsi curandam et custodiendam sancti Spiritus gratia commisit, omnino deserat; merito plane punietur vehementius, gravioremque pœnam persolvet, perditi, quod in ipso est, gregis, cujus ipse pastor a primario illo ac supremo sacer-

dote et Pastore creatus est. Qui vero ipsi præmium insuper ac detrectati muneris honorarium, sacerdotii dignitatem decernunt; et illum et se ipsos, mea quidem sententia, Dei judicio obnoxios constituent.

A σύνην, οἶμαι, καὶ ἑαυτοὺς κἀκεῖνον ὑπευθύνους ποιήσουσι τῷ κρίματι τοῦ Θεοῦ.

CANON XI.

« Qui enim primum in persecutionis fervore prosilierunt judicium circumstantes, et sanctos martyres qui *ad brabium supernæ vocationis* [a] se tinabant, aspicientes, honesta æmulatione incitati, se ipsos ad hoc tradiderunt, magna libertate utentes, maxime videntes eos qui subtrahebantur, labi, propter quos interius excitati, et quodam veluti sono impulsi ad debellandum se efferentem et adversarium, ad id contendebant, ne B *apud se prudens esse* [b] videretur, ob ea in quibus ejus calliditate inferiores esse visi sunt, etiamsi se ipsum vinci ab iis, qui scuticarum flagellorumque tormenta, et gladii aciem, et ignis ustulationem, et aquarum immersiones constanter tulerunt, eum latuit : iis quoque qui, ut ex fide preces et orationes fiant, persequuntur, vel pro iis qui in custodia puniti sunt, et a fame et siti traditi sunt, vel pro iis qui extra custodiam scuticis et flagellis in judicio torti sunt, postea autem a carnis imbecillitate victi fuere, æquum est annuere. Cum iis enim qui lugent et mœrent, pro iis qui in certamine victi sunt a magnis maligni diaboli viribus, sive pro C parentibus, vel fratribus, vel liberis, una dolere, et tristitia affici neminem quidquam penitus lædit. Scimus enim etiam propter aliorum fidem, quosdam esse Dei bonitatem assecutos, et in peccatorum remissione, et corporis sanitate, et mortuorum resurrectione. Memores itaque multorum laborum et miseriarum, quas pro Christi nomine sustinuerunt, cum ipsi etiam pœnitentiam egerint, et quod a se factum est per proditionem in corporis languore et mortificatione defleverint, et se præterea testentur, in vita sua fuisse a civitate alienos, simul oremus, et postulemus pro eorum reconciliatione cum aliis quæ decet per eum qui est nobis *advocatus apud Patrem*, se nostris peccatis propitium exhibentem. D « *Et si quis*, inquit, *peccaverit, habemus* 19 *advocatum apud Patrem Jesum Christum justum : et is est propitiatio pro peccatis nostris* [c]. »

« τον ἔχομεν πρὸς τὸν Πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστιν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. »

Bals. Cum superius dixisset Sanctus, quod qui sua sponte confugerunt et lapsi sunt, pœnitentiam autem non egerunt, nec suum lapsum revocarunt, plus dedecoris subibunt, ut qui non supra funda-

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Οἱ γὰρ πρῶτοι (8) παραπηδήσαντες ἐν τῷ βρέσματι τοῦ διωγμοῦ, περιεστῶτες εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ θεωροῦντες τοὺς ἁγίους μάρτυρας σπεύδοντας *ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως*, ἐν καλῷ τῷ ζήλῳ προθυμούμενοι ἐπεδίδουν ἑαυτοὺς εἰς τοῦτο, πολλῇ τῇ *παῤῥησίᾳ* χρώμενοι, βλέποντες [46] μάλιστα τοὺς ὑποσυρομένους καὶ ἐκπίπτοντας, δι' οὓς ὑποθερμαινόμενοι ἔσωθεν καὶ ἐνηχούμενοι καταπολεμῆσαι τὸν ὑπεραιρόμενον καὶ ἀντικείμενον [47], ἔσπευδον εἰς τοῦτο, ἵνα μὴ καὶ [48] δοχῇ *παρ' ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι* ἐφ' οἷς κατὰ πανουργίαν ἔδοξεν ἡττᾶν, εἰ καὶ ἐλάνθανεν ἑαυτὸν νικώμενον ὑπὸ τῶν ἐγκαρτερούντων τὰς τῶν ξυστήρων καὶ μαστίγων βασάνους, τήν τε ὀξύτητα τῆς μαχαίρας, καὶ τὰς καταφλέξεις τοῦ πυρὸς, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων καταποντώσεις· καὶ τοῖς κατὰ πίστιν ὑπεξουσιοῦσιν εὐχὰς [49] καὶ δεήσεις γίνεσθαι [50] ἤτοι ὑπὲρ τῶν ἐν φυλακῇ κατατιμωρηθέντων καὶ προδεδομένων [51] ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης [52], ἤτοι ὑπὲρ τῶν ἔξωθεν τῆς φυλακῆς ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου καταβασανισθέντων διὰ ξυστήρων καὶ μαστίγων, ὕστερον δὲ ἡττηθέντων ὑπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, ἄξιόν ἐστιν ἐπινεῦσαι. Συμπάσχειν γὰρ καὶ συναλγεῖν τοῖς ὀδυρομένοις καὶ στενάζουσιν ὑπὲρ τῶν ἐν ἀγῶνι ἡττηθέντων ὑπὸ τῆς πολλῆς βίας τοῦ κακομηχάνου διαβόλου, ἤτοι ὑπὲρ γονέων ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων, οὐδένα οὐδὲν καταβλάπτει. Ἴσμεν γὰρ καὶ δι' ἑτέρων πίστιν ἀπολαύσαντάς τινας τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, ἐπί τε ἀφέσει ἁμαρτιῶν καὶ ὑγείᾳ σώματος, καὶ ἀναστάσει νεκρῶν. Μεμνημένα τοίνυν τῶν πολλῶν αὐτῶν καμάτων, ὧν προὐπήνεγκαν ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν τανταλισμῶν [46], οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μεταγνόντων αὐτῶν καὶ ἀποδυρομένων τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς κατὰ προδοσίαν ἐν ἀτονίᾳ καὶ νεκρότητι τοῦ σώματος, ἔτι τε καὶ μαρτυρουμένων ἀπολιτεύτων [47] γενομένων ἐν τῷ βίῳ αὐτῶν, συνευχόμεθα καὶ συμπαρακαλοῦμεν ὑπὲρ ἱλασμοῦ αὐτῶν μετὰ τῶν ἄλλων καθηκόντων, διὰ τοῦ γενομένου [47] ὑπὲρ ἡμῶν *παρακλήτου πρὸς τὸν Πατέρα* ἱλασκομένου ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. *Καὶ ἐάν τις* γὰρ, φησὶν, *ἁμάρτῃ, παράκλητον*

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν ἀνωτέρω ὁ Ἅγιος, ὅτι οἱ αὐτομολήσαντες καὶ ἐκπεσόντες μὲν, μὴ μεταμεληθέντες δὲ, καὶ τὴν ἔκπτωσιν ἀνακαλεσάμενοι, ἐπὶ πλέον αἰσχύνην ἕξουσιν, ὡς μὴ ἐπὶ τῷ θεμελίῳ καὶ ὄροφον τεκτη-

[a] *Philipp.* III, 14. [b] *Rom.* XII, 16. [c] *I Joan.* II, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἐμβλέποντες. [47] verba καταπολεμῆσαι τ. ὑπ. καὶ ἀντικ. om. [48] καὶ om. [49] ὑπεξιοῦσιν. [50] δὲ add. [51] προδιδομένων. [52] δίψους. [46] ταλανισμῶν. [47] μεμαρτυρημένων εὐπολιτεύτων. [47] γινομένου.

(8) *Οἱ γὰρ πρῶτοι*. Scilicet ii de quibus dictum est can. 9, hoc est laici. Harduin.

νάμενοι, ἤτοι μὴ τελειώσαντες τὸ καλόν· νῦν καὶ κατασκευὴν τούτου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἐπάγει, λέγων· Οἱ γὰρ ἐν τῷ βράσματι, ἤγουν ἐν τῇ ἀκμῇ τοῦ διωγμοῦ ἱστάμενοι, καὶ ὁρῶντες τὰ μαρτύρια τῶν ἁγίων, καὶ ὅπως σπεύδουσι τοὺς ἐξ οὐρανῶν στεφάνους λαβεῖν κατὰ ζῆλον θεῖον, ἐπεδίδουν ἑαυτοὺς εἰς τὸ μαρτύριον μετὰ παῤῥησίας πολλῆς, καὶ μάλιστα ὅτι ἔβλεπόν τινας ὑποσυρομένους, ἀντὶ τοῦ, κλεπτομένους καὶ ἀπατωμένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἐκπίπτοντας, ἤτοι ἀρνουμένους τὴν εὐσέβειαν· ὧν χάριν ὑποθερμαινόμενοι ἔσωθεν, ἤτοι τὴν καρδίαν πυρούμενοι, ὡς καὶ ἀκούοντες καταπολεμῆσαι, ἤτοι νικῆσαι διὰ τούτου τὸν ἀλαζόνα καὶ ἀντικείμενον διάβολον, ἐσπούδασαν ὑποδῦναι τὸ μαρτύριον, ἵνα μὴ καυχήσηται ὁ διάβολος καὶ δόξῃ ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι, ὡς νικήσας κατὰ πανουργίαν τοὺς αὐτομολήσαντας· εἰ καὶ ἐλάνθανε μᾶλλον νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀθλητῶν τῶν καρτερησάντων τὰς βασάνους. Τοῖς γοῦν πιστοῖς ἄξιόν ἐστιν, εὐχομένοις ὑπὲρ αὐτῶν τῶν τιμωρηθέντων καὶ ἡττηθέντων, ἐπινεύειν, ἤτοι συντρέχειν, ὅ τι καὶ δέδοκται, καὶ κατά τι οὐ βλάπτει συμπάσχειν καὶ λυπεῖσθαι μετὰ τῶν γονέων ἢ τῶν ἄλλως προσφκειωμένων ὑπὲρ τῶν μαρτυρησάντων, καὶ ἐκπεπτωκότων ἀπὸ μηχανῆς τοῦ διαβόλου. Γινώσκομεν γὰρ, ὡς πολλοὶ ἀπῆλαυσαν τοῦ ἐλέους καὶ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ διὰ εὐχῆς ἑτέρων. Διά τοι τοῦτο αὐτοῖς τε δοθῆναι ἄφεσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξαιτήσομεν, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκπεπτωκόσι, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν πλάνην ἀνακαλεσαμένοις καὶ ὁμολογήσασι τὴν εὐσέβειαν, συγκοινωνήσομεν, μεμνημένοι τῶν πρὸ τῆς ἐκπτώσεως ἀγώνων αὐτῶν, ὧν ὑπήνεγκαν διὰ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα ἀγαθοῦ μεταμέλου τούτων, καὶ ὅτι μεμαρτύρηται ἀπολιτεύτους λογίζεσθαι ἑαυτοὺς διὰ ἁμάρτημα· καὶ οὐ μόνον συγκοινωνήσομεν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ συνευξόμεθα ὑπὲρ ἱλασμοῦ αὐτῶν μετὰ τῶν ἄλλων τῶν καθηκόντων, ἤγουν μετὰ τῶν ὀφειλουσῶν γίνεσθαι εὐποιιῶν περὶ τούτους, νηστείας δηλονότι, ἐλεημοσύνης καὶ μετανοίας· δι' ὧν ὁ γινόμενος παράκλητος ὑπὲρ ἡμῶν ἐξευμενίζεται ἡμῖν τὸν Πατέρα. Εἶτα καὶ χρήσει κέχρηται γραφικῇ. Ἡ δέ ἐστιν ἐκ τῆς πρώτης καθολικῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου.

ZΩNAP. Ὁ νοῦς τοῦ παρόντος κανόνος τοιοῦτός ἐστιν· Οἱ ἐν τῷ βράσματι, φησὶ, τοῦ διωγμοῦ, ἤγουν ἐν τῇ ἀκμῇ, τῇ ζέσει ἱστάμενοι, καὶ ὁρῶντες τὰ μαρτύρια τῶν ἁγίων, καὶ ὅπως σπεύδουσι τοὺς ἐξ οὐρανοῦ στεφάνους λαβεῖν, κατὰ ζῆλον θεῖον ἐπεδίδουν ἑαυτοὺς εἰς τὰ μαρτύρια, μετὰ παῤῥησίας πολλῆς ὁρμήσαντες εἰς τὸν ἀγῶνα, ζηλώσαντες τοὺς ἁγίους πάσχοντας, καὶ ἐπιδόντες ἑαυτοὺς προθύμως τῇ μαρτυρίᾳ, καὶ μάλιστα ὅτι ἔβλεπόν τινας ὑποσυρομένους, ἀντὶ τοῦ, κλεπτομένους, ἀπατωμένους καὶ ἀρνουμένους τὴν εὐσέβειαν, ὑποθερμαινόμενοι, ἤτοι πυρούμενοι τὴν καρδίαν, ἔσπευδον καταπολεμῆσαι τὸν αὐτοὺς ὑποσύροντα πονηρὸν, ἵνα μὴ καυχᾶται, ὡς ἡττῶν τοὺς εὐσεβεῖς· εἰ καὶ ἐλάνθανεν ἑαυτὸν ἀγνοῶν, ὅτι μᾶλλον ἡττᾶται, πολλῶν μέχρι θανάτου τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἔνστασιν ἐνδειξαμένων.

mentum tectum quoque fabricaverint, seu quod bonum est non perfecerint: nunc hujus et reliquorum confirmationem inducit, dicens: Qui enim in persecutionis fervore, seu vehementia stantes, et videntes sanctorum martyria, et quomodo cœlestes coronas divino zelo accipere contendant, se ipsos dabant martyrio cum multa libertate, et maxime quia videbant quosdam subtractos, hoc est eductos et deceptos a diabolo, et lapsos seu negantes pietatem: quamobrem interius accensi seu corde inflammati, ut qui audirent se per hoc debellasse ac vicisse superbum adversarium diabolum, studuerunt subire martyrium, ne glorietur diabolus et sibi prudens esse videatur, ut qui calliditate sua et malitia eos vicerit qui sua sponte ad martyrium confugerunt: etiam si eum latuit se magis vinci ab athletis, qui tormenta fortiter perpessi sunt. Fidelibus ergo orantibus æquum est pro ipsis supplicio affectis et punitis, annuere, sive in hoc concurrere, quod etiam visum est, et aliquo modo nihil lædit, una cum parentibus vel aliis necessitudine conjunctis, pro iis qui testimonium dederunt martyriumque subierunt, sed lapsi sunt diaboli arte et insidiis, dolere et tristitia affici. Scimus enim quod multi bonitatem et misericordiam Dei consecuti sunt per aliorum orationes. Ideoque et ipsis dari a Deo peccatorum remissionem postulabimus, et aliis qui lapsi sunt, et postea errorem revocaverunt et pietatem confessi sunt, communicabimus, memores eorum quæ ante lapsum propter Deum sustinuerunt certaminum, et etiam bonæ eorum postea pœnitentiæ, et quod se ipsos testati sunt esse a civitate alienos propter peccatum: et non solum ipsis communicabimus, sed et pro eorum reconciliatione orabimus, cum aliis quæ decet, seu cum bonis operibus quæ debent ab ipsis fieri, jejunio scilicet, eleemosyna et pœnitentia; per quæ, qui pro nobis est advocatus, Patrem nobis propitium benevolumque efficit. Deinde et sacræ Scripturæ sententia usus est. Ea vero est ex prima catholica epistola sancti apostoli et evangelistæ Joannis.

ZONAR. Hujus canonis sententia ejusmodi est. Qui in fervore, inquit, persecutionis, hoc est in summo illius discrimine vehementissimaque dimicatione constituti, ac martyria sanctorum intuentes, et quam vehementer ad accipiendas cœlestes coronas festinarent, divina æmulatione se ipsos martyrio tradidere, multa cum libertate in certamen desilientes, sanctorum qui patiebantur imitatione, seque promptos ad fidem testimonio confirmandam obtulere, tum ob id maxime quia multos cernerent qui subtrahebantur, hoc est traducebantur, decipiebantur, pietatem negabant, ferventes, hoc est, flammato corde, infestum ipsis adversarium debellare studuerunt, ne veluti piorum victor gloriaretur; quamvis eum latuerit, vinci se potius, cum multi ad mortem usque pro fide constantiam præ

se tulerint. Festinarunt ergo, inquit, ut id agerent, superati autem vi tormentorum ob imbecillitatem carnis, partim in custodiis male accepti, partim vero in judiciis pœnis affecti, nec ferentes supplicia. Operæ pretium est igitur cum iis qui ipsorum causa lugent, condolescere. Lugent porro, inquit, parentum alii, alii fratrum, alii liberorum lapsum. Cum iis igitur qui lapsos lugent, simul lugere neminem lædit, nec cum iis una precari et dolere qui pro ipsis rogant, cum aliis nempe rationi consentaneis; cum eo scilicet, 20 ut qui lapsi sunt, alia quoque præstent, quæ congruunt pœnitentiæ: sunt hæc porro jejunia et lacrymæ, aliæque afflictationes, mulctarum observationes: tum si facultas suppetat, pecuniarum in pauperes erogatio; quas ob res qui pro nobis advocatus est factus, Patrem nobis propitium reddet. Adhibet mox petitam quoque ex sacris litteris sententiam, quæ est ex prima Epistola sancti apostoli et evangelistæ Joannis.

A

B

CANON XII.

« Iis enim qui pecuniam dederunt, ut ipsi omni « ex parte ab omni malitia imperturbati essent, « crimen intendi non potest. Damnum enim et ja- « cturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ « detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perde- « rent, quod alii propter turpe lucrum non fece- « runt: quamvis Dominus dicat[a]: *Quid enim ho- « minem juvabit, si universum mundum lucratus « fuerit, animæ autem detrimento fuerit affectus, « vel eam etiam perdiderit?* Et rursus[b]: *Non po- « testis Deo servire et mammonæ*: in illis enim ap- « paruerunt qui Deo servirent, exosis, conculcatis, « contemptisque pecuniis, et in eo compleverunt « quod scriptum est[c]: *Pretium redemptionis ani- « mæ hominis, propriæ divitiæ.* Nam et in Actibus « quoque apostolorum legimus, eos qui pro Paulo « et Sila Thessalonicæ ad magistratus trahebantur, « cum multis pecuniis fuisse dimissos. Postquam « enim ipsos propter nomen multum onerassent, « et multitudinem magistratusque perturbassent, « *ab Jasone*, inquit, *et reliquis satisdatione ac- « cepta, eos dimiserunt. Fratres autem noctu proti- « nus Paulum et Silam miserunt in Berræam*[d]. »

C

D

Bals. Postquam Sanctus de iis qui sua sponte ad martyrium confugiunt, perfecisset, dicit eos non esse reprehendendos, qui se ipsos datis pecuniis a tormentorum afflictione liberarunt. Maluerunt enim suarum pecuniarum, quam suæ animæ jacturam facere. Deinde hoc ipsum confirmat et affert diversa

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Τοῖς γὰρ ἀργύρια δεδωκόσι πρὸς τὸ ἀνενοχλήτους αὐτοὺς[48] παντάπασι γενέσθαι ἀπὸ[49] πάσης (9) « κακίας, οὐκ ἔστιν ἔγκλημα προσάγειν[50]. Ζημίαν « γὰρ καὶ ἀπώλειαν χρημάτων ὑπήνεγκαν, ἵνα μὴ « τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν[50'] ζημιωθῶσιν ἢ ἀπολέσωσιν, « ὅπερ ἄλλοι κατὰ αἰσχροκέρδειαν οὐ πεποιήκασι· « καίτοιγε τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Τί γὰρ ὠφελήσει « ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν « δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ, ἢ ἀπολέσῃ*; καὶ ὅτι, « *Οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ*. « Ἐφάνησαν γὰρ παρ' ἐκείνοις Θεῷ[51] (10) δου- « λεύοντες, τὰ[51'] ἀργύρια μισήσαντες καὶ καταπατή- « σαντες,[52] καὶ καταφρονήσαντες αὐτῶν, ἀνεπλή- « ρωσάν[53] τε καὶ ἐν τούτῳ τὸ γεγραμμένον· *Λύτρον « ἀνδρὸς ψυχῆς, ὁ Ἴδιος πλοῦτος*. Ἐπεὶ καὶ ἐν « ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀνέγνωμεν τοὺς συ- « ρέντας ἀντὶ Παύλου καὶ Σίλα ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐπὶ « τοὺς πολιτάρχας, μετὰ καὶ πλησμονῆς ἀπολυθέ- « ντας. Μετὰ γὰρ τὸ καταβαρῆσαι αὐτοὺς πολλὰ διὰ « τὸ ὄνομα, καὶ ταράξαι τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρ- « χας, *Λαβόντες*, φησὶ, *τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰά- « σονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς*· *οἱ « δὲ ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν « τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέρροιαν*[53'] ».

ΒΑΛΣ. Πληρώσας ὁ Ἅγιος τὰ περὶ τῶν αὐτομολησάντων εἰς τὸ μαρτύριον, φησὶν ἀκαταιτιάτους εἶναι τοὺς διὰ χρημάτων δόσεως ἀνενοχλήτους συντηρήσαντας ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς κακώσεως τῶν κολάσεων. Εἵλοντο γὰρ χρήματα ζημιωθῆναι, καὶ μὴ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. Εἶτα κατασκευάζων τοῦτο αὐτὸ, ἐπιφέρει

[a] *Matth.* XVI, 26. [b] *Matth.* VI, 24. [c] *Prov.* XIII, 8. [d] *Act.* XVII, 9, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[48] τό add. [49] ὑπό. [50] προσαγαγεῖν. [50'] αὐτῶν. ταπατήσαντες om. [53'] ἀπεπλήρωσαν. [53''] Βέροιαν.

(50) *Ὑπὸ πασ.* Ms. Nan., ἀπὸ πασ.

(51) *Παρ' ἐκείνοις Θεῷ.* Id. cod., παρ' ἐκείνων Θεῷ. Mox, τὰ γὰρ ἀργύρια. B sunt autem ibid.

[51'] παρ' ἐκεῖνον τῷ Θεῷ. [51''] add. γάρ. [52] καὶ καταπατήσαντες. Et paulo post, μετὰ πλησμονῆς, omisso καί.

καὶ διάφορα γραφικὰ καὶ παραδείγματα ἐκ τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων περὶ τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Παύλου καὶ ἑτέρων.

A Scripturæ exempla ex Actibus apostolorum de beato Paulo apostolo et aliis.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ δὲ χρήματα, φησὶ, δεδωκότες καὶ ἐκφυγόντες, καὶ αὐτοῖς τηρήσαντες τὴν εὐσέβειαν, οὐκ αἰτιαθήσονται, οὐδὲ ἔγκλημά τις ἐντεῦθεν προσάψει αὐτοῖς. Ἔλοντο γὰρ χρήματα ζημιωθῆναι, καὶ μὴ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, καὶ ἐφάνησαν τῷ Θεῷ δουλεύειν βουλόμενοι, καὶ οὐ τῷ μαμμωνᾷ, ἤτοι τοῖς χρήμασι. Ἐπιφέρει δὲ καὶ ῥήματα γραφικὰ, καὶ παράδειγμα ἐκ τῶν Πράξεων περὶ τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Παύλου καὶ ἑτέρων. Τὸ δὲ ἀνενοχλήτους γενέσθαι ἀπὸ πάσης κακίας, ἢ τὸ μὴ ὀχληθῆναι εἰς ἄρνησιν τῆς εὐσεβείας ἐστὶν, ἥπερ πᾶσαν κακίαν νικᾷ, ἢ κακίας τὰς κακώσεις ὠνόμασε τὰς ἐκ τῶν κολάσεων.

ZONAR. Qui vero, inquit, pecuniam erogarunt, eoque effugio pietatem conservarunt, non sunt reprehendendi, nec ob eam rem illos quisnam accuset. Maluerunt namque pecunias, quam ipsorum animas perdere, ostenderuntque se Deo servire velle, non mammonæ, hoc est divitiis. Profert autem et Scripturæ verba, tum ex Actis apostolorum, beati Pauli et aliorum exempla. Quod vero dicitur, imperturbatos fuisse ab omni improbitate, sic accipiendum est, aut imperturbatos fuisse, quod ad pietatis abnegationem attinet quæ universam superat improbitatem, vel κακίας vexationes tormentorum nominavit.

B

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

« Ὅθεν οὐδὲ τοῖς καταλείψασι πάντα διὰ τὴν τῆς « ψυχῆς σωτηρίαν καὶ ἀναχωρήσασιν ἔστιν ἐγκαλεῖν, « ὡς ἂν ἑτέρων δι' αὐτοὺς κατασχεθέντων. Καὶ γὰρ « καὶ ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἀντὶ Παύλου [83] συνήρπασαν « Γάϊον εἰς τὸ θέατρον καὶ Ἀρίσταρχον, συνεκδήμους Παύλου, βουλομένου [83a] εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον· « ἐπεὶ καὶ δι' αὐτὸν πείσαντα καὶ μεταστήσαντα πολὺν ὄχλον ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν ἡ στάσις ἦν γενομένη [83b-c]. [84] *Οὐκ εἶων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ*, φησὶν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καί τινες τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες αὐτῷ [85] « φίλοι, πέμψαντες πρὸς αὐτὸν, παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. Εἰ δὲ ἐπιμένοιέν τινες « ἐρισχελοῦντες τοῖς εἰλικρινῶς προσέχουσι τῷ λέγοντι [86] (11), *Σῶζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν*, « καὶ [86a] *μὴ περιβλέψῃς* [86b] *εἰς τὰ ὀπίσω*, ὑπομνησθήτωσαν καὶ περὶ τοῦ (12) προκρίτου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, *βεβλημένου τε ἤδη εἰς φυλακὴν*, καὶ *παραδοθέντος τέτταρσι τετραδίοις* [87] *στρατιωτῶν, φυλάσσειν αὐτόν*. Οὗ ἐν νυκτὶ φυγόντος καὶ ἐκ χειρὸς ῥυσθέντος τῶν Ἰουδαίων κατ' ἐντολὴν ἀγγέλου, φησὶ, Κυρίου, *γενομένης ἡμέρας ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο. Ἡρώδης δὲ, ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαγχθῆναι* (13), δι' οὓς οὐδεμία αἰτία τῷ Πέτρῳ προσάπτεται. Ἐξῆν γὰρ, καὶ αὐτοὺς ἰδυράκοτας τὸ γινόμενον [88], ἐκφυγεῖν, ὡς καὶ πάντα τὰ παιδία τὰ ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, εἰ ἐγνώκεισαν οἱ γονεῖς αὐτῶν τὸ μέλλον ἔσεσθαι· ἅπερ ἀνῃρέθησαν ὑπὸ τοῦ μιαιφόνου Ἡρώδου διὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ ζητούμενον ἀπολέσθαι « ἐν παιδίον, ὅπερ καὶ αὐτὸ κατ' ἐντολὴν ἀγγέλου [88a]

CANON XIII.

« Unde nec eos qui omnia reliquerunt propter « salutem animæ et secesserunt, licet accusare « tanquam aliis propter ipsos detentis. Nam et « Ephesi pro Paulo Gajum et Aristarchum in theatro comprehenderunt, una cum Paulo peregrinantes [a], qui volebat ad populum adire : quoniam « propter ipsum qui persuaserat, et multam turbam « ad Dei cultum traduxerat, seditio facta fuerat. « *Non sinerunt eum*, inquit, *discipuli*. Quin etiam « nonnulli ex Asiarchis qui ei erant amici, miserunt ad eum et suaserunt, ne se theatro daret. Si « qui autem cum iis contendere perrexerint, qui « animum sincerum ei adhibent, qui dicit [b] : *Diligenter serva animam tuam, et ne retro aspexeris.* « Petrus quoque apostolorum **21** princeps eis in « mentem revocetur, qui *jam in custodiam erat conjectus, et traditus quatuor quaternionibus militum ad eum servandum* [c] : qui cum noctu fugisset, et « ex Judæorum manu servatus esset, jussu angeli « Domini : *Facto*, inquit, *die erat non parvus tumultus inter milites, quidnam factum esset Petro.* « *Herodes autem cum eum quæsivisset, et non invenisset, interrogatos custodes jussit suffocari* [d], præter quos nulla culpa in Petrum confertur : licebat enim eis illo viso quod factum fuerat effugere ; sicut et omnes infantes qui erant in Bethlehem [e] et in omnibus ejus finibus, si scivissent eorum parentes quod erat futurum : qui a crudeli homicida Herode sublati sunt, ut unus qui ab eo quærebatur infans periret, qui et ipse jussu « angeli Dei effugit, qui celeriter jam cœperat spolia accipere, et acriter præpascere, secundum

C

D

[a] *Act.* XIX, 26-30. [b] *Gen.* XIX, 17. [c] *Act.* XII, 4. [d] *ibid.* 18, 19. [e] *Matth.* II, 13—16.

VARIÆ LECTIONES.

[83] πάλιν add. [83a] Παύλου οὐ βουλ. [83b-c] γινομένη. [84] καὶ add. [85] αὐτοῦ. [86] τῷ λέγοντι om. [86a] καὶ om. [86b] περιβλέψῃ. [87] τετραδύοις. [88] γενόμενον. [88a] ἀγγέλου deest.

(11) *Προσέχουσι τῷ λέγοντι*. Id. cod. ms., προσέχουσι, τῷ λέγοντι πεισθήτωσαν· Σώζων, κ. τ. λ. Recte. Sic enim legendum suadet mox subsequens ὑπομνησθήτωσαν. Huic geminus locus exstat infra sub finem canonis 14.

(12) *Καὶ περὶ τοῦ*. Deest præpositio in eodem ms. Ubi paulo post legitur, καὶ ῥυσθέντος ἐκ χειρὸς τοῦ φονώδους Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, κατ' ἐντολ., ut habetur in Act. XII, 11.

(13) *Ἀπαγχθῆναι*. Id. ms., ἀποκτεῖναι. Textus Act. XII, 19, ἀπαχθῆναι.

« appellationem nominis, quemadmodum scriptum A « Κυρίου ἐξέφυγεν (14), ἤδη ἁρξάμενον ταχέως[53a] « est [a] : *Voca nomen ejus, celeriter spolia, velociter* « σκυλεύειν καὶ ὀξέως προνομεύειν, κατὰ τὴν ἐπι- « *depopulare, eo quod priusquam infans sciat vocare* « κλησιν τοῦ ὀνόματος, καθὼς γέγραπται· *Κάλεσον* « *patrem et matrem, capiet potestatem Damasci et* « *τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ταχέως σκύλευσον, ὀξέως* « *spolia Samariæ, coram rege Assyriorum.* Magi « *προνόμευσον, διότι πρὶν ἢ*[53b] *γνῶναι τὸ παιδίον* « ergo ut jam spoliati et prædationibus infestati « *καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δα-* « infantem humiliter et suppliciter adorant, the- « *μασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας ἔναντι βασι-* « sauros suos aperientes, et ei offerentes maxime « *λέως Ἀσσυρίων.* Οἱ γοῦν μάγοι, ὡς ἤδη σκυλευ- « opportuna et magnifica dona, aurum et thus et « θέντες καὶ προνομευθέντες, ὑποτεταγμένως καὶ τι- « myrrham [b], ut regi et Deo et homini : unde ad « μητικῶς προσκυνοῦσι τῷ παιδίῳ[53], ἀνοίγοντες « regem Assyrium non amplius reverti voluerunt, « τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν καὶ προσφέροντες αὐτῷ καιρι- « a Providentia vetiti. *Divinitus* enim *admoniti*, in- « ώτατα καὶ πρεπωδέστατα[60] δῶρα, χρυσὸν καὶ λί- « quit, *in somnio ne reverterentur ad Herodem, per* « βανον καὶ σμύρναν, ὡς βασιλεῖ καὶ Θεῷ καὶ ἀν- « *aliam viam regressi sunt in regionem suam.* Unde « θρώπῳ· ὅθεν οὐκέτι πρὸς τὸν Ἀσσύριον βασιλέα « cum vidisset sanguinolentus Herodes se a magis « ἠξιώθησαν ὑποστρέψαι, συνεργούμενοι ὑπὸ τῆς « illusum, valde fuit commotus. *Et mittens*, inquit, B « Προνοίας· *Χρηματισθέντες* γὰρ, φησὶ, *κατ' ὄναρ* « *interfecit omnes infantes qui erant in Bethlehem et* « *μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ* « *in omni ejus confinio, a bimatu et infra, juxta* « *ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.* Ὅθεν[61] ἰδὼν « *tempus quod a Magis diligenter didicerat* [c]. Cum « ὁ αἱμοβόρος Ἡρῴδης ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μά- « quibus, et alium prius natum infantem, cum in- « γων, ἐθυμώθη λίαν. *Καὶ ἀποστείλας*, φησὶν, « terfecturus quæsivisset et non invenisset, patrem « *ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ,* « ejus Zachariam interfecit inter templum et alta- « *καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ* « re, cum effugisset filius cum matre Elisabeth. « *κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ* « Unde nec ullo modo reprehenduntur. » « *τῶν Μάγων.* Μεθ' ὧν καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γενηθὲν ἕτερον παιδίον ζητήσας ἀποκτεῖναι, καὶ μὴ εὑρὼν, τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν ἐφόνευσε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ἐκφυγόντος τοῦ παιδὸς[61a] μετὰ τῆς μητρὸς Ἐλισάβετ· ἀφ' ὧν οὐδεμίαν « μέμψιν ἔχουσιν[62] (15). »

Bals. Si qui autem, inquit, relictis suis facultatibus secesserunt, ne detenti in periculum vocentur, ut qui forte non possint ad finem usque in con- C fessione persistere, propter tortorum sævitiam, non culpabuntur, etiamsi alii detenti sunt propter ipsos. Et adducit in exemplum ejus rei gratia, Gajum et Aristarchum, qui pro Paulo detenti fuerunt : milites qui Petrum servabant : infantes qui ab Herode interfecti sunt propter Christum : et venerabilis sanctique Præcursoris patrem Zachariam.

Zonar. Si qui autem, inquit, suas reliquerunt possessiones ac secesserunt, ne detenti periclitarentur, quia forte ob tortorum sævitiam in confessione ad finem usque persistere haud possint, etiamsi ipsorum causa alii detenti ac pœnis affecti fuerint, minime sunt accusandi. Rursumque exemplum ex apostolicis Actis adducit, dicens Ephesi quoque pro Paulo comprehensos fuisse Gajum et D Aristarchum ; nec tamen ob id accusatum Paulum : neque Petrum ab angelo e custodia eductum, cum is quidem effugit periculum ; qui vero illum custodiebant milites, ob illum supplicio affecti sunt. Mox aliud quoque exemplum ex Evangelio adhibet, eorum qui ab Herode interfecti sunt puerorum ;

ΒΑΛΣ. Εἰ δέ τινες, φησὶ, κατέλιπον τὰς περιουσίας αὐτῶν καὶ ἀνεχώρησαν, ἵνα μὴ κατασχεθέντες κινδυνεύσωσιν, ἴσως μὴ δυνάμενοι μέχρι τέλους ἐμμεῖναι τῇ ὁμολογίᾳ διὰ τὴν τῶν κολαζόντων ἀπήνειαν, οὐκ ἐγκληθήσονται, κἂν καὶ ἕτεροι κατεσχέθησαν δι' αὐτούς. Καὶ παράγει χάριν τούτου εἰς παράδειγμα τὸν Γάϊον καὶ τὸν Ἀρίσταρχον, τοὺς ἀντὶ Παύλου κατασχεθέντας· τοὺς στρατιώτας τοὺς φυλάττοντας τὸν Πέτρον· τὰ νήπια τὰ παρὰ τοῦ Ἡρῴδου ἀναιρεθέντα διὰ τὸν Χριστόν· καὶ τὸν τιμίου καὶ ἁγίου Προδρόμου πατέρα Ζαχαρίαν.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες, φησὶ, κατέλιπον τὰς περιουσίας αὐτῶν καὶ ἀνεχώρησαν, ἵνα μὴ κατασχεθέντες κινδυνεύσωσιν, ἴσως μὴ δυνάμενοι μέχρι τέλους ἐμμεῖναι τῇ ὁμολογίᾳ διὰ τὴν τῶν κολαζόντων ἀπήνειαν, οὐκ ἐγκληθήσονται, οὐδὲ εἰ δι' αὐτοὺς ἕτεροι κατεσχέθησαν καὶ ἐκολάσθησαν. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν Πράξεων ἐπάγει παράδειγμα λέγων, ὅτι καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἀντὶ τοῦ Παύλου συνηρπάγησαν Γάϊος καὶ Ἀρίσταρχος· ἀλλ' ὁ Παῦλος διὰ τοῦτο οὐκ ἠτιάθη· οὔτε ὁ Πέτρος ὑπὸ ἀγγέλου τῆς φυλακῆς ἐκβληθείς· ὅτε ἐκεῖνος μὲν διέδρα τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ φυλάσσοντες αὐτὸν στρατιῶται δι' ἐκεῖνον ἐκολάσθησαν. Καὶ ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου ὑποδείγματι κέχρηται τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡρῴδου ἀναιρεθεῖσι παισί· δι' ἃ, φησὶν, οὐκ

[a] *Isa.* VIII, 3, 4. [b] *Matth.* II, 11-13. [c] *ibid.* 16.

VARIÆ LECTIONES.

[53a] ὀξέως. [53b] ἢ om. [53] τὸ παιδίον. [60] καιριώτερα καὶ πρεπωδέστερα. [61] ἔνθεν. [61a] παιδίου. [62] ἐφ'... ἔσχον.

(14) Ἐξέφυγεν. Ms., ἐξέφυγε· μεθ' ὧν καὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ γενηθὲν παιδίον, κ. τ. λ., sub finem canonis. Reliqua intermedia desunt in codice. Neque sane Balsamon et Zonaras ea legisse videntur.

(15) Ἀφ' ὧν .. ἔχουσιν. Ms., ἐφ' ᾧ ... ἔσχον.

ἠτιάθη ὁ Κύριος· καὶ τῆς Ἐλισάβετ φυγούσης μετὰ Ἰωάννου, καὶ παραφυλαξάσης αὐτὸν, ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ζαχαρίας ἀνῃρέθη, τὸν υἱὸν ἀπαιτούμενος, ἀλλ' ὁ Ἰωάννης διὰ τοῦτο οὐκ ἠτιάθη.

A quam ob rem, inquit, haud accusatus est Dominus. Cumque fugisset Elisabeth cum Joanne, ipsumque servasset, interfectus est Zacharias, a quo efflagitabatur puer, neque id Joanni crimini est datum.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

« Εἰ δέ τινες βίαν πολλὴν καὶ ἀνάγκην πεπόνθασι, « γάνον [68] λαβόντες ἐν τῷ στόματι καὶ δεσμοὺς, καὶ « ἐπιμείναντες καρτερῶς τῇ διαθέσει τῆς πίστεως, « καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν [68*] καῆναι προσαγομένας [63] « ἀκοντι (16) τῷ ἀνιέρῳ θύματι· ὡσπεροῦν ἔγραψάν « μοι οἱ ἀπὸ τῆς φυλακῆς τρισμακάριοι μάρτυρες περὶ « τῶν ἐν Λιβύῃ, καὶ ἕτεροι δὲ συλλειτουργοί· οἱ τοιοῦ- « τοι, συμμαρτυρούντων αὐτοῖς [64] μάλιστα καὶ τῶν « ἄλλων ἀδελφῶν [65], δύνανται εἶναι ἐν τῇ λειτουργίᾳ « ταχθέντες ἐν τοῖς ὁμολογηταῖς, ὡς καὶ οἱ κατα- « νεκρωθέντες ἐν ταῖς πολλαῖς βασάνοις, καὶ μηκέτι « ἐξισχύσαντες λαλῆσαι ἢ φθέγξασθαι ἢ κινηθῆναι « εἰς τὸ ἀντιστῆναι τοῖς εἰς μάτην βιαζομένοις [66]· « οὐδὲ γὰρ συγκατέθεντο τῇ βδελυρίᾳ αὐτῶν, ὡσπερ- « οὖν παρὰ συλλειτουργῶν πάλιν ἥκουσα (17). Ταχθή- « σεται δὲ ἐν [66*] τοῖς ὁμολογηταῖς καὶ πᾶς ὁστισοῦν « κατὰ Τιμόθεον πολιτεύεται, πειθόμενος καὶ αὐτὸς « τῷ λέγοντι· *Δίωκε* [66**] *δικαιοσύνην, εὐσέβειαν,* « *πίστιν, ἀγάπην, ὑπομονὴν, πραότητα* [66***]. « *ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως· ἐπι-* « *λαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς εἰς ἣν ἐκλήθης,* « *ὁμολογήσας* [66****] *τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον* « *πολλῶν μαρτύρων.* »

CANON XIV.

ZONAR. Hæreticæ mulieres virginitatem profitebantur, deinde viris seipsas tradebant. Eas, si ad Ecclesiam catholicam procedant, sanctus hic vir sua sententia haudquaquam, quasi professionem fefellerint, condemnandas esse judicat. Quæcunque enim, ait, lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur. Quæ vero Christi jugum non susceperunt, illius quoque mandata non agnoscunt, ac deinceps ab Ecclesia admitti possunt, veniam, ex eo quod Christo crediderint, ab hoc quoque crimine obtinentes. Tum in universum regulam statuit, quæcunque nimirum in catechumenica vita committuntur, non vocari in judicium, hoc est, haudquaquam puniri. Adhæc, inquit, ejusmodi homines Ecclesia sine baptismo non admittit ; **78** quando porro baptizantur, eorum quæ ante baptismum admisere peccatorum penitus veniam consequuntur. Hoc enim significat id quod subjicit, esse nimirum in hujusmodi hominibus generationis privilegia maxime necessaria, hoc est, cum ipsi baptizentur necessario deinceps consequi, ut privilegia generationis obtineant: quod nimirum singulare ac præcipuum est in baptismi generatione, sive regeneratione, absolutio nempe ab anteactæ vitæ delictis. Hæreticos porro aut eos intelligere oportet, qui non aliter nisi baptizentur admitti fas est, aut infideles. Sunt enim aliqui hæretici etiam sine baptismo recipiendi, sancto solum chrismate inungen di

ut can. 17 secundæ syn. decernitur. Dixerit autem quispiam adversari hunc magni Bas. canonem can. 5 syn. Neocæs. qui sic habet: Catechumenus, si in templum ingrediens in catechumenorum ordine steterit, is quidem peccat: sin genuflectat, audiat non amplius peccans. Si vero etiam adhuc peccet, extrudatur. Sed non est ita. Etenim synodicus canon de iis qui peccant non accipiendus est: magnus vero Basilius de iis qui peccaverunt, jamque a peccando abstinent loquitur. Neque vero hoc asserit: nullam hisce multam imponendam, sed non esse in judicium vocandos. Ut enim peccata omnia ante sanctum baptisma admissa baptizato dimittuntur: ita et quæcunque aliquis dum catechumenus esset deliquit, pro iis in judicium non vocabitur. Lege etiam can. 17 apostolicum.

A λέγοντι ταῦτα· Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς τὸ κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος δὲ ἁμαρτάνῃ. Εἰ μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων· ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Οὐ μὲν γὰρ τῆς συνόδου ὁ κανὼν περὶ ἁμαρτανόντων φησίν· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος περὶ ἁμαρτανόντων καὶ ἤδη ἀποσχεμένων τοῦ ἁμαρτάνειν· καὶ οὐδὲ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐδὲ τοῦτο ὅλως ἐπιτιμηθήσονται, ἀλλ' ὅτι οὐκ εὐθυνθήσονται. Ὥσπερ γὰρ πάντα τὰ πρὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πραχθέντα ἁμαρτήματα ἀφίενται τῷ βαπτιζομένῳ· οὕτως καὶ ὅσα τις κατηχούμενος ὢν ἥμαρτε, καὶ οὐδ' ὑπὲρ τούτων εἰς εὐθύνην ἀχθήσεται. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιζ' ἀποστολικὸν κανόνα.

Mulieres fideles, virginitatem professæ, et professiones suas irritas facientes, fornicationis pœnæ subjacent; quæ vero sub hæresi fuerunt et virginitatem promiserunt, si postea matrimonium malunt, et ad Ecclesiam veniunt, non condemnantur, sed baptizatæ impunes manent. Quæ enim jugum Christi nondum portarunt, nec legem illius cognoscunt.

B

ΑΡΙΣΤ. Εἰς αἵρεσιν οὖσα παρθένος, εἶτα μετανοοῦσα, καὶ λαμβάνουσα, οὐκ εὔθυνεται· ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς ἐν νόμῳ λαλεῖ.

Αἱ πισταὶ γυναῖκες, παρθενεύειν ἐπαγγειλάμεναι, καὶ τὰς ὁμολογίας αὐτῶν ἀθετήσασαι, τῷ τῆς μοιχείας ἐπιτιμίῳ ὑπόκεινται· αἱ δὲ ὑπὸ αἵρεσιν οὖσαι, καὶ παρθενεύειν ὑποσχεθεῖσαι, εἰ μετὰ ταῦτα γάμον ἀνθελοντο, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ προσῆλθον, οὐ καταδικάζονται, ἀλλὰ βαπτιζόμεναι ἀνεύθυνοι μένουσιν. Αἱ γὰρ μήπω τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ βαστάσασαι οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν αὐτοῦ ἐπιγινώσκουσι.

CANON XXI.

Si vir cum muliere cohabitans, postquam matrimonio non delectatus in fornicationem inciderit, eum fornicatorem judicamus, et eum pœnis amplius gravamus: canonem tamen non habemus, qui eum adulterii crimini subjiciat, si in solutam a matrimonio peccatum commissum sit. Nam adultera quidem, inquit, polluta polluetur, et ad virum suum non revertetur, et qui adulteram detinet, stultus est et impius. Qui autem fornicatus est, non excludetur a cohabitatione cum uxore sua; quemadmodum mulier maritum suum a fornicatione revertentem excipiet, vir autem eam quæ polluta est a suis ædibus amandabit. Atque istorum quidem ratio haud facilis est, consuetudo autem sic invaluit.

C

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

Ἐὰν ἀνὴρ γυναικὶ συνοικῶν, ἐπειδὰν μὴ ἀρεσθεὶς τῷ γάμῳ εἰς πορνείαν ἐμπέσῃ, πόρνον κρίνομεν τὸν τοιοῦτον, καὶ πλεῖον αὐτὸν παρατείνομεν ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις· οὐ μέντοι ἔχομεν κανόνα τῷ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπαγαγεῖν ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἐλευθέραν γάμου ἡ ἁμαρτία γένηται. Διότι ἡ μοιχαλὶς μὲν μιαινομένη, φησὶ, μιανθήσεται, καὶ οὐκ ἀναστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς· καὶ ὁ κατέχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής. Ὁ μέντοι πορνεύσας οὐκ ἀποκλεισθήσεται τῆς πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ συνοικήσεως· ὥστε ἡ μὲν γυνὴ ἐπανιόντα ἀπὸ πορνείας τὸν ἄνδρα αὐτῆς παραδέξεται, ὁ δὲ ἀνὴρ τὴν μιανθεῖσαν τῶν οἴκων αὐτοῦ ἀποπέμψει. Καὶ τούτων δὲ ὁ λόγος οὐ ῥᾴδιος· ἡ δὲ συνήθεια οὕτω κεκράτηκε.

BALS. De fornicatione et adulterio lege cap. 5, tit. 13 præsentis operis, et canones et leges quæ in eo sitæ sunt. Hic autem sanctus eum, qui habet uxorem, et cum alia muliere fornicatus est, fornicatorem dicit, non adulterum: mulierem marito conjunctam, quæ cum ullo alio viro quam cum marito rem habuit, vocat adulteram, adjiciens quod eam quidem maritus non cogetur invitus in ædes suas recipere, sed eo ipso ab ea separabitur. Virum autem, qui fornicatus est, a legitima uxore fornicatio non separat. Quamnam autem ob causam hæc, inquit, ita lege cauta sunt, non est intellectu facile. Nota autem ex præsenti canone, non esse unius tantum speciei fornicationem, nec illam eisdem pœnis curari. Eum enim magis debere puniri, qui

D

ΒΑΛΣ. Περὶ πορνείας καὶ μοιχείας ἀνάγνωθι τὸ ε' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ κανόνας καὶ νόμους. Ἐνταῦθα δὲ ὁ ἅγιος τὸν μὲν ἔχοντα γυναῖκα καὶ μεθ' ἑτέρας ἐλευθέρας γυναικὸς ἀσελγήσαντα πόρνον εἶναι λέγει, οὐ μοιχόν· τὴν δὲ ὑπανδρον γυναῖκα μετὰ οἰουδήτινος ἑτέρου ἀνδρὸς μιγεῖσαν μοιχαλίδα ἀποκαλεῖ, προστιθέμενος ὡς ταύτην μὲν ἄκων οὐκ ἀναγκασθήσεται ὁ ἀνὴρ ὑποδέξεσθαι εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀπεντεῦθεν διαζευχθήσεται αὐτῆς· τὸν δὲ ἄνδρα τὸν πορνεύσαντα ἀπὸ τῆς νομίμου γυναικὸς ἡ πορνεία οὐ διαζεύγνυσι. Δι' ἣν δὲ αἰτίαν οὕτω ταῦτα νενομοθέτηται, οὐκ εὐχολόν ἐστι, φησὶ, νοηθῆναι. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι οὐκ ἔστι μονοειδὴς ἡ πορνεία, οὐδὲ

τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις θεραπεύεται. Πλέον γάρ, φησὶ, λέγει ὀφείλειν ἐπιτιμᾶσθαι τὸν ἔχοντα νόμιμον γυναῖκα καὶ πορνεύσαντα, παρὰ τὸν μὴ ἔχοντα γυναῖκα καὶ πορνεύσαντα. Τὸ δὲ πλέον τοῦ ἐπιτιμίου εἰς τὴν διάκρισιν τοῦ ψυχικοῦ ἰατροῦ ἀνατέθη.

ZONAR. Vir, inquit, habens uxorem, si in alteram peccaverit non habentem virum, fornicator est, at non adulter. Amplius autem illi multa extenditur, hoc est, gravius punitur, quam is qui cum uxorem non habeat fornicatur. Huic enim quædam conceditur venia ob naturæ necessitatem. Qui vero uxorem habet, hac excusatione caret, cum legitimam uxorem habeat naturalis necessitatis levamentum, atque ob intemperantiam ac libidinem peccet: proinde et gravius et diuturniore tempore punitur. Non tamen hujusmodi hominem uxor ipsius repudiabit. Mulier autem virum habens, si alteri commisceatur, adultera est; eamque vir suus expellet, nec sibi rursum asciscere cogetur nisi velit. Ita namque, ait, obtinuit consuetudo ista dijudicari. Rationem vero et causam, ob quam ita fieri consuetum est, haud facile, ait, fuerit indagare.

ZONAR. Ἀνὴρ, φησὶν, ἔχων γυναῖκα, ἐὰν εἰς ἑτέραν ἁμάρτῃ μὴ ἄνδρα ἔχουσαν, πόρνος ἐστὶν, ἀλλ' οὐ μοιχός. Ἐπὶ πλέον δὲ αὐτῷ τὸ ἐπιτίμιον παρατείνεται, ἤγουν βαρύτερον ἐπιτιμᾶται, παρὰ τὸν μὴ συζῶντα γυναικὶ καὶ πορνεύσαντα. Τῷ μὲν γὰρ συγγνώμη τις δίδοται διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως· ὁ δὲ γυναῖκα ἔχων τῆς συγγνώμης ταύτης ἐστέρηται, τῆς φυσικῆς ἀνάγκης παραμυθίαν ἔχων τὴν νόμιμον γαμετὴν, ἁμαρτάνων δὲ δι' ἀκολασίαν καὶ ἀσέλγειαν· διὸ καὶ μᾶλλον ἐπιτιμᾶται καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον. Ἀλλ' ὅμως ἡ γυνὴ αὐτοῦ τὸν τοιοῦτον οὐ παραιτήσεται. Ἡ δὲ ἄνδρα ἔχουσα γυνὴ καὶ μιγεῖσα ἑτέρῳ μοιχαλίς ἐστι· καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐξωθήσει αὐτὴν, καὶ οὐκ ἀναγκασθήσεται προσλαβέσθαι αὐτὴν, εἰ μὴ βούλεται. Οὕτω γὰρ, φησὶ, κεκράτηκεν ἡ συνήθεια, κρίνεσθαι ταῦτα. Ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ αἰτία, δι' ἣν οὕτω νενόμισται γίνεσθαι, οὐκ εὐκολός ἐστι, φησὶ, νοηθῆναι.

ARIST. Virum qui fornicatus est uxor propria recipiet: inquinatam vero adulterio uxorem vir dimittet. Fornicator enim non adulter est, qui uxori junctus cum soluta rem habuerit.

ARIST. Ἄνδρα πεπορνευκότα ἡ ἰδία παραλήψεται. Μιανθεῖσαν δὲ γυναῖκα ὁ ἀνὴρ ἀποπέμπεται. Πόρνος γὰρ, οὐ μοιχός ἐστιν, ὁ εἰς ἐλευθέραν ἐκπεσὼν ὑπογύναιος.

Vir qui cum muliere cohabitat et in aliam a matrimonio liberam peccatum admisit, adulter non dijudicabitur, sed fornicator. Et ideo nec adulterii pœnis subjicietur, sed plusquam fornicator punietur. Hoc autem fit ob consuetudinem quæ obtinuit. Mulierem enim ab alio viro pollutam a viro suo expelli mandat. At virum fornicantem ab uxore sua non dimitti, sed retineri jubet

Οὐχ ὡς μοιχὸς ὁ ἀνὴρ κριθήσεται ὁ συνοικῶν γυναικὶ, καὶ πρὸς ἑτέραν ἐλευθέραν γάμου ἁμαρτήσας, ἀλλ' ὡς πόρνος· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῖς μοιχείας ἐπιτιμίοις ὑποδληθήσεται· πλέον δὲ πόρνου ἐπιτιμηθήσεται. Τοῦτο δὲ διὰ τὴν κρατήσασαν συνήθειαν. Τὴν μὲν γὰρ γυναῖκα ἑτέρῳ ἀνδρὶ μιανθεῖσαν παρὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς προστάττει ἀποδώκεσθαι· τὸν δὲ ἄνδρα πορνεύοντα ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς κελεύει μὴ ἀπολύεσθαι, ἀλλὰ παραδέχεσθαι αὐτόν.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

Τοὺς ἐξ ἁρπαγῆς (9) ἔχοντας γυναῖκας, εἰ μὲν ἄλλοις προμεμνηστευμένας εἶεν ἀφῃρημένοι, οὐ πρότερον χρὴ παραδέχεσθαι, πρὶν ἀφελέσθαι αὐτῶν, καὶ ἐπ' ἐξουσίᾳ τῶν ἐξαρχῆς μεμνηστευμένων ποιῆσαι, εἴτε βούλοιντο λαβεῖν αὐτὰς, εἴτε ἀποστῆναι· εἰ δὲ σχολάζουσάν τις λάθῃ, ἁφαιρεῖσθαι μὲν δεῖ, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾷν, ἐπιτρέπειν δὲ τῇ γνώμῃ τῶν οἰκείων, εἴτε γονεῖς εἶεν, εἴτε ἀδελφοὶ, εἴτε οἱτινεσοῦν προεστῶτες τῆς κόρης· κἂν μὲν ἕλωνται αὐτῇ παραδοῦναι, ἵστασθαι τὸ συνοικέσιον, ἐὰν δὲ ἀνανεύσωσι, μὴ βιάζεσθαι. Τὸν μέντοι ἐκ διαφορᾶς εἴτε λαθραίας εἴτε βιαιοτέρας γυναῖκα ἔχοντα ἀνάγκη τὰ τῆς πορνείας ἐπιγνῶναι ἐπιτίμια· ἔστι δὲ ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν ὡρισμένη τοῖς πορνεύσουσιν ἐπιτιμη-

CANON XXII.

Eos qui ex rapta habent mulieres, si aliis quidem desponsas abripuerint, non prius oportet admittere, quam ab eis ablatæ sint, et sit in eorum potestate quibus desponsæ fuerant, an eas velint accipere, an desistere. Si quis autem vacantem acceperit, auferre quidem oportet et suis restituere, illorum autem sententiæ permittere, sive sint parentes, sive fratres, sive quicunque alii virgini præsint: et si ei quidem tradere voluerint, matrimonium constituere; sin autem renuerint, non cogi. Ei autem qui mulierem vel vi vel clam a se vitiatam habet, necesse est fornicationis pœnas imponere; est autem in quatuor annis præfinitum fornicatoribus supplicium. Oportet autem eos anno primo a precibus expelli et

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Τοὺς ἐξ ἁρπαγῆς.* Scholiastes Harmenopuli ad hunc canonem hæc observat, Ὁ πολιτικὸς νόμος σφόδρα κολάζων τὸν ἁρπάσαντα γυναῖκα, οὐδὲ συζεύγνυσθαι αὐτῷ τὴν ἁρπαγεῖσαν παραχωρεῖ, κἂν οἱ αὐτῇ προσήκοντες τοῦτο βούλωνται. *Lex civilis acriter eum puniens, qui mulierem rapuit, ne quidem, ut rapta matrimonio ipsi jungatur, permittit; licet id propinqui mulieris velint.* Harmenop. *Epit. can.* sect. 5. tit. 3.

ipsos deflere ad fores ecclesiæ. Secundo autem, ad auditionem admitti. Tertio, admitti ad pœnitentiam. Quarto, ad congregationem cum populo, abstinentes ab oblatione. Deinde eis permitti boni communionem. A

BALS. Vicesimus septimus canon Chalcedon. synodi qui idem est omnino canon 92 sextæ synodi, decernit quid debeat fieri iis qui mulieres rapiunt nomine conjugii. Præsens autem canon jubet eos, qui mulierem alteri desponsam rapuerint, non aliter ad pœnitentiam admitti quam si raptas prius dederint, ut sponsi earum ipsas si velint accipiant: sin minus, sit apud suos cognatos. Ab eis vero qui mulierem liberam seu nulli desponsam rapuerint, B eam itidem auferri et tradi parentibus, vel iis qui alioqui ad eam attinent: ut eam si velint, raptori conjungant, cum ejus etiam consensu; sin autem hoc eis non placuerit, ne fiat. Quomodocunque autem se res habeat, etsi videlicet raptæ raptor conjungatur, pœnis erit fornicatorum obnoxius, et non solum sic punietur raptor, sed et is qui puellæ clam vitium attulit. Fornicatorum autem pœnas in quatuor annos definit. Et in his quidem præsens canon consistit. Lex autem civilis alio modo raptores punit, nec ullo modo permittit ut raptor raptæ conjungatur. Et in lege prædictum canonem 27 synodi Chalced., et 92 sextæ. et can. 67 sanctorum apostolorum, et caput 30 tituli 9 præsentis operis et quæ in eis sunt. **80** Cum autem præsentem C canonem audis dicentem, ex consensu parentum vel cognatorum puellæ eam dari nuptum ei qui rapuit, ne dixeris parentum consensum eumque solum sufficere. Quoties enim sunt legitimæ nuptiæ, necessarius quoque est eorum qui conjunguntur consensus; sive in potestate sint, sive sui juris. Dicit enim cap. 2 tit. 4 lib. XXVIII hæc expresse: Non sunt legitimæ nuptiæ, nisi li qui conjunguntur consenserint et qui eos habent in potestate: si autem ex hac lege ad nuptias iis qui sunt in potestate suus est necessarius consensus, multo magis non fiet matrimonium eorum qui sunt sui juris, nisi ipsi quoque consenserint.

σις. Χρὴ δὲ τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας. Τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ δεχθῆναι εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς. Εἶτα αὐτοῖς ἐπιτοέπεσθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγιασμοῦ.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν κζ' κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ὅστις καὶ ἀπαράλλακτος ριβ' κανόνι ἐστὶ τῆς ς' συνόδου, διορίζεται τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου· ὁ δὲ παρὼν κανὼν παρακελεύεται τοὺς μὲν ἁρπάζοντας γυναῖκας ἑτέρῳ μνηστευσαμένας μὴ ἄλλως εἰς μετάνοιαν δέχεσθαι, εἰ μὴ πρότερον δώσουσι τὰς ἁρπαγείσας, ἐφ' ᾧ τοὺς μνηστῆρας τούτων λαβεῖν αὐτὰς, ἐὰν θελήσωσιν· εἰ δὲ μὴ, εἶναι παρὰ τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν. Τοὺς δὲ ἁρπάσαντας γυναῖκα ἐλευθέραν, καὶ οὕτως αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι καὶ παραδίδοσθαι τοῖς γονεῦσιν, ἢ τοῖς ἄλλως προσήκουσιν αὐτῇ· ὥστε, εἰ μὲν βούλονται οὗτοι, συζεύξαι αὐτὴν τῷ ἁρπαγι μετὰ καὶ συναινέσεως ταύτης· εἰ δὲ ἀπαρέσκονται, μὴ γενέσθαι τοῦτο. Ὡς ἂν δὲ τὰ τοῦ πράγματος ἔχωσιν, ἤγουν κἂν συζευχθῇ, τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις ὑποπεσεῖται, καὶ οὐ μόνον ὁ ἁρπαξ οὕτω κολασθήσεται, ἀλλὰ καὶ ὁ λάθρα μετὰ κόρης συμφθαρείς. Ὁρίζεται δὲ καὶ εἰς τετραετίαν τὰ τῶν πορνευόντων ἐπιτίμια. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις· ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος ἀλλοτρόπως κολάζει τοὺς ἁρπαγας, καὶ οὐδὲ παραχωρεῖ ὁπωσδήποτε τὸν ἁρπάσαντα συζευχθῆναι τῇ ἁρπαγείσῃ. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ῥηθέντα κζ' κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τὸν ριβ' τῆς ς', καὶ κανόνα ξζ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ κεφ. ι' τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἀκούων δὲ τοῦ παρόντος κανόνος λέγοντος κατὰ συναίνεσιν τῶν γονέων ἢ τῶν συγγενῶν τῆς κόρης δίδοσθαι ταύτην πρὸς γάμον τῷ ἁρπάσαντι, μὴ εἴπῃς ἀρκεῖν τὴν τῶν γονέων συναίνεσιν καὶ μόνην. Ὅσάκις γὰρ γάμος ἔννομος γίνεται, ἀναγκαία ἐστὶ καὶ ἡ συναίνεσις τῶν μελλόντων συζευχθῆναι, κἂν ὑπεξούσιοι ὦσι, κἂν αὐτεξούσιοι. Φησὶ γὰρ τὸ δεύτερον κεφ. τοῦ δ' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου ταῦτα ῥητῶς· Οὐ γίνεται γάμος, εἰ μὴ συναινέσουσιν οἱ συναπτόμενοι, καὶ οἱ ἔχοντες αὐτοὺς ὑπεξουσίους. Ἐὰν δὲ χρεία κατὰ τὸν νόμον τοῦτον ἐν τοῖς γάμοις καὶ τῆς συναινέσεως τῶν ὑπεξουσίων, πολλῷ πλέον οὐ γενήσεται γάμος αὐτεξουσίων, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ συναινέσουσι.

ZONAR. Qui rapuerunt mulieres, inquit, easque detinent, siquidem illæ prius aliis desponsæ fuerunt, non alia ratione ad pœnitentiam admittentur, nisi antea raptæ ab eis auferantur, moxque integrum sit iis, quibus fuerant desponsæ, eas, si velint, accipere. Si vero rapta nulli adhuc desponsa fuerat, tunc quoque ipsam a raptore abduci, tum parentibus, aliisve familiaribus, seu cognatis, seu aliis quibus mulieris cura commissa est, tradi canon jubet. Ita ut siquidem illi velint ipsam raptori fœdere nuptiarum jungere, nuptiæ consistant videlicet, si modo ipsa quoque mulier consenserit. D

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἁρπάσαντες γυναῖκας, φησὶ, καὶ ἔχοντες ταύτας, ἐὰν ἑτέροις ἐκείναι προεμνηστεύθησαν, οὐκ ἄλλως δεχθήσονται εἰς ἐπιτιμίαν, εἰ μὴ πρότερον ἀφαιρεθείεν τὰς ἁρπαγείσας, εἶτα εἰς ἐξουσίαν κεῖσθαι τῶν προμνηστευσαμένων αὐτὰς, εἰ βούλοιντο λαβεῖν αὐτάς· εἰ δὲ μήπω τινὶ μνηστευθεῖσα ἡ ἁρπαγεῖσά ἐστι, καὶ οὕτως αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι, διακελεύεται ἀπὸ τοῦ ἅρπαγος ὁ κανὼν, καὶ παραδίδοσθαι τοῖς γονεῦσιν ἢ τοῖς ἄλλοις οἷς μέλει τῆς γυναικός. Ὥστε εἰ μὲν βούλονται ἐκεῖνοι εἰς γυναῖκα συζεῦξαι αὐτὴν τῷ ἁρπαγι, συστῆναι γάμον, δηλονότι εἰ καὶ ἡ γυνὴ συναινεῖ.

Ἡ δὲ συναίνεσις αὐτῆς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀναγκαία, οὐ μὴν καὶ, ἐπὶ πατρὸς τοῦ ἔχοντος ὑπεξουσίαν αὐτήν· τῷ γὰρ πατρὶ ἀντιλέγειν οὐ δύναται, εἰ μή που μεμιασμένον τοῖς τρόποις ἢ ἀνάξιον αὐτῇ μνηστεύεται, κατὰ τοὺς πολιτικοὺς νόμους. Εἰ δὲ οὐ βούλεται ἡ γυνὴ, κἂν βούλωνται οἱ οἰκεῖοι αὐτῆς, οὐ συστήσεται γάμος· εἰ δὲ καὶ ἡ γυνὴ θελήσει καὶ οἱ ταύτῃ προσήκοντες συστῆσαι συνοικέσιον μετὰ τοῦ φθείραντος αὐτὴν εἴτε λαθραίως εἴτε βιαίως, τῷ πορνευόντων ἐπιτιμίῳ ὁ φθορεὺς ὑποκείσεται, ὅπερ τετραετίαν εἶναι ὁ κανὼν ὁρίζει· καὶ ἐξῆς καταλέγει ὅπως ἐν τῇ τετραετίᾳ ὁ ἁμαρτήσας οἰκονομηθήσεται. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ κανών· ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος σφοδρότατα κολάζων τὸν ἁρπάσαντα γυναῖκα, οὐδὲ συζεύγνυσθαι αὐτῷ τὴν ἁρπαγεῖσαν παραχωρεῖ, κἂν οἱ αὐτῇ προσήκοντες τοῦτο βούλωνται. Λέγει γὰρ βιβλίον ξ', τίτλῳ ν', κεφ. η'· Μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάσαντι αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσουσι τῷ τοιούτῳ συνοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς, περιορίζονται.

A Hujus porro consensus, quod ad alios attinet est necessarius, non tamen adversus patrem qui eam in potestate habet. Patri namque adversari minime potest, nisi forte contaminatum moribus et indignum ipsi despondeat, ut civilibus constitutionibus sancitum est. Quod si non assentiatur mulier, etiamsi ipsius cognati velint, haud consistent nuptiæ. Cæterum quamvis et ipsa mulier et ipsius cognati consistere matrimonium cum eo velint qui ipsam sive occulte, sive per vim corrupit, fornicatorum pœnis erit corruptor obnoxius, quas ad quadriennium produci canon decernit: ac deinceps, quonam modo hoc quadriennio cum eo qui peccavit agendum sit, explicat. Atque hæc quidem canon statuit. Lex porro civilis raptorem mulieris gravius B puniens, ne jungi quidem ipsi matrimonio raptam mulierem sinit, etiamsi cognati illius hoc velint. Sic enim habetur l. LV, tit. 50, cap. 8: Nullo modo nubat rapta mulier ei qui ipsam rapuit, sed irritas esse nuptias quantumvis eis parentes assensi fuerint, jubet.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ μνηστευθεῖσαν ἁρπάζων, ἀποκαταστήσει τῷ μνηστευσαμένῳ· εἰ δὲ ἀμνήστευτον, τοῖς οἰκείοις ἐγκαταστήσει· καὶ κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην προβήσεται τὰ συνοικέσια, εἴγε βούλοιντο. Ὁ δὲ τὸ τῆς πορνείας ἐπιτίμιον εἴσεται.

ARIST. Qui desponsatam rapit, sponso restituet: si vero non desponsatam, suis reddet, et ex eorum sententia matrimonium contrahetur, si quidem velint: ipse vero fornicationis pœnas dabit.

Ὁ μὲν παρὼν κανὼν ἀπαιτεῖ τὴν μήπω μνηστευθεῖσαν γυναῖκα καὶ παρά τινος ἁρπαγεῖσαν, τοῖς οἰκείοις ταύτην ἀποκαθιστᾶν· εἴτε γονεῖς εἶεν, εἴτε ἀδελφοί, εἴτε ἄλλως διὰ τὴν ὀρφανίαν αὐτῆς κηδεμόνες. Δίδωσι δὲ αὐτοῖς ἄδειαν ἔκτοτε, εἰ βούλοιντο, μετὰ τοῦ ἁρπάσαντος αὐτὴν γάμον συναλλάττειν. Ὁ δὲ πεντηκοστὸς ὄγδοος τίτλος τοῦ ἑξηκοστοῦ βιβλίου τῶν Βασιλικῶν οὐ συγχωρεῖ τοῦτο γίνεσθαι, κἂν ἡ ἁρπαγεῖσα θέλῃ γυνὴ, κἂν οἱ γονεῖς αὐτῆς, τῷ ἁρπάσαντι συναφθῆναι πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ προστάττει περιορίζεσθαι τοὺς γονεῖς, τῷ τοιούτῳ συναινοῦντας συνοικεσίῳ. Ὁ δὲ ἐννενηκοστὸς ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου ἀναθέματι τὸν λαϊκὸν ὑποβάλλει γυναῖκα ἁρπάζοντα ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου. Καὶ χρὴ νοεῖσθαι τὸν κανόνα ἐκεῖνον κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ παρόντος κανόνος· προστάττει γὰρ καὶ οὗτος μὴ πρότερόν τῇ ἐκκλησίᾳ παραδέχεσθαι τὸν ἐξ ἁρπαγῆς γυναῖκα κατέχοντα, πρὶν ἢ αὐτὴν μεμνηστευμένην οὖσαν τῷ οἰκείῳ μνηστῆρι ἀποκαταστήσῃ· ἀμνήστευτον δὲ τοῖς οἰκείοις αὐτῆς γονεῦσιν ἢ ἀδελφοῖς, ἢ ἄλλως προεστῶσι· μετὰ γὰρ τὸ ἀποκαταστῆσαι αὐτὴν ὁ ἀναθεματισμὸς χώραν οὐχ ἕξει. Τὸν μέντοι πρὸ τοῦ γάμου λαθραίως ἢ βίᾳ διαφθείραντα γυναῖκα, εἶτα νομίμως συναφθέντα αὐτῇ, ἀνάγκη τὸ τῆς πορνείας ἐπιγνῶναι ἐπιτίμιον, ἐν τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς. Ἐν ἑνὶ μὲν τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας προσκλαίοντα, ἐν τῷ δευτέρῳ μετὰ τῶν ἀκροωμένων, ἐν τῷ τρίτῳ μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων, καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ συνιστάμενον μετὰ τῶν πιστῶν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτοῖς κοινωνοῦντα καὶ οὕτω μετὰ τὴν τετραετίαν τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας ἀξιούμενον.

Præsens quidem canon requirit ut mulier nondum desponsata et a quopiam rapta, suis illa restituatur, sive parentes sint, sive fratres, sive aliter propter orbitatem illius curam gerunt. Concedit autem eis licentiam ut si velint illa cum C raptore matrimonium tunc contrahat. At quinquagesimus octavus titulus sexagesimi libri Basilicorum illud fieri non permittit, licet mulier rapta velit, licet et parentes ejus ut raptori matrimonio conjungatur. Sed et mandat parentes istiusmodi consentientes matrimonio exterminari. At canon 93 sextæ in Trullo synodi laicum mulierem rapientem sub matrimonii nomine, anathemati subjicit; et intelligi istum oportet canonem juxta vim præsentis canonis. Mandat enim et hic eum qui ex raptu possedit mulierem, non prius in ecclesiam admitti, quam illam, si desponsa fuit, suo sponso restituit, aut si non desponsa fuit, propriis ipsius parentibus D aut fratribus vel aliter ei præfectis. Postquam enim illam restituit, anathematismus locum non habebit. Istum autem qui ante matrimonium clam aut vi mulierem corrupit et postea ei legitimæ conjunctus est, fornicationis pœnas luat necesse est, quatuor **81** annis. Primo quidem ad ecclesiæ fores deflea', secundo cum audientibus recipiatur, tertio cum substratis, et quarto, cum fidelibus congregatus et cum iis precum sit particeps. Et sic post quadriennium boni communione dignus habeatur.

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

Περὶ τῶν δύο ἀδελφὰς γαμούντων, ἢ ἀδελφοῖς δυσὶ γαμουμένων, ἐπιστολίδιον ἡμῖν ἐκπεφώνηται οὗ

CANON XXIII.

De his autem qui duas sorores uxores ducunt, vel eis quæ duobus fratribus nubunt, a nobis edita est

epistola, cujus exemplum tuæ pietati misimus. Qui autem sui fratris uxorem accepit, non prius admittetur quam ab ea recesserit. A

BALS. Incestus quoque peccatum, post decessum a malo, sicut et alia peccata, ab ecclesiastica medicina curabitur. Interrogatus ergo sanctus, quid iis fieri oporteat qui cum duabus sororibus rem habent, et contra, dixit se de iis scripsisse epistolam : ea est autem quam scripsit ad Diodorum, et illic ostenditur quid agendum. Debent autem, qui hoc nefarium matrimonium contraxerunt, a malo recedere, et ita de curatione sciscitari. Lege ergo epistolam ad Diodorum, et quæ in ea sunt, et cap. 2 tit. 13 præsentis operis.

ZONAR. Epistolium, de quo hic sanctus meminit, missum est ad Diodorum, quo cum uxor cujusdam diem suum obiisset, illius sororem ab ipso in nuptiarum societatem superinduci vetat, multisque et gravibus rationibus rem confirmat. Quod quidem nos suo loco explicabimus. Qui etiam fratris uxorem duxit, illius nempe qui vita functus est, non admittetur ad pœnitentiam, nisi ipsam dimiserit, illegitimumque connubium solverit. B

ARIST. Fratrem fratris uxorem ducere impossibile est. *Perspicuus.*

CANON XXIV.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab Ecclesia in diaconatum suscepta est, censuit Apostolus nubentem esse despiciendam. Viro autem viduo nulla est lex imposita, sed digamorum pœna tali sufficit. Porro vidua sexaginta annos nata, si rursus cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis perturbatione cessaverit. Sed si ante sexaginta annos eam in numerum retulerimus, nostra est, non mulieris culpa. C

BALS. Quemadmodum virgines feminæ cum laico habitu in ecclesiis collocabantur, et ex ecclesiæ reditibus alebantur, ita et viduæ cum eodem habitu ordinabantur. Dicit ergo sanctus, quod magnus Paulus istiusmodi viduam sive eam, quæ postquam in Ecclesia ordinata est, secundo nupsit, censuit seu definit despici, hoc est ab Ecclesia expelli; et si ipsa quidem ante sexagesimum annum secundo nupserit, eam solam pœnam sustinebit. Est enim digna venia, ut quæ propter juniorem ætatem secundo nubere coacta sit, et ii potius qui eam, antequam sexagesimum annum compleverit, ordinarunt, sunt reprehendendi, ut qui apostolicam constitutionem transgressi sunt, quæ dicit : *Vidua eligatur non minor sexaginta annis*[1]. Quæ autem post annum sexagesimum continentiam infirmans, secundo nupsit, a sancta communione erit separata, donec ab impuritate cum viro abstinuerit. Sanctus enim impuritatem appellavit in ea ætate matrimonium. Virum D

[1] 1 Tim. v, 9.

τὸ ἀντίγραφον ἀπεστείλαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ· ὁ δὲ ἀδελφοῦ ἰδίου γυναῖκα λαβών, οὐ πρότερον δεχθήσεται πρὶν ἀποστῆναι.

ΒΑΛΣ. Καὶ τὸ τῆς αἱμομιξίας ἁμάρτημα μετὰ ἀπόστασιν τοῦ κακοῦ ὑπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἰατρείας θεραπεύεται, ὥσπερ καὶ ἄλλα ἁμαρτήματα· ἐρωτηθεὶς οὖν ὁ ἅγιος, τί χρὴ γίνεσθαι εἰς τοὺς συμφθαρέντας δυσὶν ἀδελφαῖς, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, εἶπεν ὡς Περὶ τῶν τοιούτων ἔγραψα ἐπιστολίδιον· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πρὸς Διόδωρον, καὶ ἐκεῖθεν δηλοῦται τὸ ποιητέον. Τέως δὲ ὀφείλουσιν οἱ τοιοῦτον γάμον ἀθέμιτον συναλλάξαντες ἀποστῆναι τοῦ κακοῦ, καὶ οὕτως ἐρωτᾶν τὰ περὶ τῆς θεραπείας. Ἀνάγνωθι οὖν τὴν πρὸς Διόδωρον ἐπιστολήν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὸ β' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἐπιστολίδιον, ὃ λέγει ὁ ἅγιος, πρὸς Διόδωρον ἀπεστάλη, ἀπαγορεῦον τὸ, τελευτησάσης τῆς γυναικός τινι τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς εἰς γάμου κοινωνίαν αὐτὸν ἄγεσθαι, καὶ ἐκ πολλῶν καὶ γενναίων λογισμῶν τοῦτο κατασκευάζων. Ὅπερ ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ ἐξηγηθήσεται. Ὃς καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ ἔλαβεν, ἐκείνου δηλαδὴ τελευτήσαντος, οὐ δεχθήσεται ὡς μετανοῶν, εἰ μὴ αὐτὴν ἀποπέμψεται, καὶ λύσει τὸν ἄθεσμον γάμον.

ΑΡΙΣΤ. Ἀδελφὸν ἀδελφοῦ γυναῖκα ἔχειν ἀδύνατον. *Σοφής.*

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

Χήραν τὴν καταλεγεῖσαν εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν χηρῶν, τουτέστι, τὴν διακονουμένην ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, ὁ ἀπόστολος γαμουμένην παραδίδωσι. Ἀνδρὶ δὲ χηρεύσαντι οὐδεὶς ἐπίκειται νόμος, ἀλλ' ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον. Ἡ μέντοι χήρα ἑξηκονταετὴς γεγονυῖα, ἐὰν ἔληται πάλιν ἀνδρὶ συνοικεῖν, οὐκ ἀξιωθήσεται τῆς τοῦ ἁγιάσματος κοινωνίας, ἕως ἂν τοῦ πάθους τῆς ἀκαθαρσίας παύσηται· ἐὰν μέντοι πρὸ ἑξήκοντα ἐτῶν ἀριθμήσωμεν αὐτήν, ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, οὐ τοῦ γυναίου.

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ ἐτάττοντο παρθένοι γυναῖκες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ λαϊκοῦ σχήματος καὶ διῳκοῦντο ἀπὸ τῶν εἰσόδων τῆς ἐκκλησίας, οὕτω καὶ χῆραι μετὰ τοῦ αὐτοῦ σχήματος κατετάττοντο. Φησὶ γοῦν ὁ ἅγιος ὡς ὁ μέγας Παῦλος τὴν τοιαύτην χήραν, ἣγουν τὴν μετὰ τὸ καταταγῆναι εἰς Ἐκκλησίαν δευτερογαμήσασαν, ἔκρινεν, ἤγουν ὥρισε παραδίδοσθαι, τουτέστιν ἐξωθεῖσθαι ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας· καὶ εἰ μὴ πρὸ τοῦ ἑξηκονταετοῦς χρόνου αὕτη δευτερογαμήσει, ταύτην καὶ μόνην τὴν κόλασιν ὑποστήσεται. Συγγνώμης γάρ ἐστιν ἀξία ὑπὸ τῆς νεωτέρας ἡλικίας καταναγκασθεῖσα δευτερογαμῆσαι, καὶ μᾶλλον οἱ κατατάξαντες αὐτὴν πρὸ τοῦ πληρῶσι τὸν ἑξηκοντάετῆ χρόνον ὀφείλουσιν αἰτιᾶσθαι ὡς παραβάντες τὴν τοῦ Ἀποστόλου διαταγήν, τὴν λέγουσαν· *Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἐλάττων ἐτῶν ἑξήκοντα.* Ἡ δὲ μετὰ τὸν ἑξηκονταετῆ χρόνον ἀθετήσασα τὴν σωφροσύνην, δευτερογαμήσασα, ἀφωρισμένη ἔσται τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ἕως ἂν

ἀπόσχηται τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ἀκαθαρσίας. Ἀκαθαρσίαν γὰρ ἐκάλεσεν ὁ ἅγιος τὸν ἐν τοιούτῳ γήρᾳ γάμον. Τὸν μέντοι ἄνδρα, φησὶ, δευτερογαμοῦντα ὁ νόμος ἄλλως πως οὐ κολάζει, ἀλλὰ δι' ἐπιτιμίου διγάμων, ὅσπερ ἐστὶν ἀφορισμὸς ἐφ' ἑνὶ ἑνιαυτόν. Ἐπεὶ δὲ ἀποστολικῆς παραγγελίας ὁ ἅγιος ἐμνήσθη, ὀφείλεις εἰδέναι ὅτι ὁ μέγας Παῦλος ἐπιστέλλων Τιμοθέῳ φησί· *Χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας·* καὶ μετ' ὀλίγα, *Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεόν· καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς*, καὶ πάλιν μετά τινα· *Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ·* καὶ αὖθις· *Νεωτέρας χήρας παραιτοῦ.* Καὶ ταῦτα μὲν χάριν τῶν χηρῶν γυναικῶν τῶν καταλεγεισῶν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. Αἱ γὰρ μὴ τοιαῦται χῆραι, ὅτε δήποτε δευτερογαμοῦσι, τῷ τῶν διγάμων ἐπιτιμίῳ ὑποπέσωσιν ἐπίσης τοῖς ἀνδράσιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸ β' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Μὴ θαυμάσῃς δὲ πῶς οὐ διωρίσαντο οἱ κανόνες καταλέγεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις μετὰ λαϊκοῦ σχήματος καὶ ἄνδρας χηρεύσαντας. Πλείων γὰρ φροντὶς ἐγίνετο τοῖς Πατράσι τῶν γυναικῶν παρὰ τῶν ἀνδρῶν. Αἱ μὲν γὰρ γυναῖκες, μὴ ἔχουσαι τρόπου; τῶν πρὸς ζωάρκειαν εἰσφερόντων, ἴσως εἰς δευτέρους ἐξ ἀνάγκης ἀποκλίνουσι γάμους, καὶ ταῦτα θέλουσαι σωφρονεῖν· καὶ διὰ τοῦτο βοηθεῖ αὐταῖς ἡ Ἐκκλησία, εἰς τὸ μὴ δευτερογαμῆσαι προφάσει πενίας· οἱ δὲ ἄνδρες, πολυτρόπως τὰ πρὸς ζωάρκειαν ποριζόμενοι, οὐκ ἔχουσι προβαλέσθαι τὴν πενίαν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ αἰτιάματος τῆς δευτερογαμίας· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ παρὰ τῶν ἐκκλησιῶν δέχονται καὶ ἐπιτρέφονται. Ἀκολούθως δὲ τῷ τοιούτῳ λογισμῷ, μὴ εἴπῃς ἀνεπιτιμήτους ὀφείλειν συντηρεῖσθαι τὰς γυναῖκας δευτερογαμούσας, καθά τινες λέγουσιν· ἀλλὰ καὶ αὗται τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν δευτερογαμούντων ὑποπέσουσιν. Μαθήσῃ γὰρ ἀπὸ τοῦ ιδ' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου ὅτι πλειόνως αἱ γυναῖκες δευτερογαμοῦσαι κολάζονται παρὰ τοὺς δευτερογαμοῦντας ἄνδρας.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μέγας Παῦλος Τιμοθέῳ ἐπιστέλλων φησί· *Τίμα χήρας τὰς ὄντως χήρας·* καὶ μετ' ὀλίγα· *Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν Θεόν· καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς·* καὶ πάλιν μετά τινα· *Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω αὐταῖς, καὶ μὴ βαρείσθω ἡ Ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ·* καὶ αὖθις· *Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ.* Κατὰ γοῦν τὴν τοῦ Ἀποστόλου διαταγὴν κατετάττοντο αἱ ὄντως χῆραι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐκεῖθεν ἐτρέφοντο. Διὰ ταῦτα γοῦν φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ὅτι, ἐὰν χήρα συνταχθεῖσα ταῖς χήραις ταῖς διακονουμέναις ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, εἰς γάμον ἀποκλίνῃ, παροραθήσεται, καὶ οὐκέτι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ἕξει τὰ πρὸς διοίκησιν· τοῖς δὲ χηρεύσασιν ἀνδράσι οὐδεὶς ἐπίκειται νόμος· ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς κολάζει νόμος πνευματικὸς τοὺς ἄνδρας δευτέροις ὁμιλοῦντας γάμοις. Ἔχουσι γὰρ ἀρκοῦν τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον, ὅπερ ἀφορισμός ἐστιν ἐφ' ἑνὶ χρόνου. Ἡ δὲ χήρα, ἑξήκοντα ἐτῶν γενομένη, καὶ

A autem, inquit, qui secundo uxorem ducit, non ullo alio modo lex punit, quam per digamorum pœnam, quæ est ad unum annum segregatio. Quia autem sanctus præcepti apostolici meminit, debes scire quod magnus Apostolus ad Timotheum scribens, dicit: 82 *Honora viduas, quæ vere sunt viduæ* [1]. Et paulo post: *Quæ est autem vere vidua, et sola relicta speravit in Deum, et permanet in precibus et orationibus* [2]. Et rursus postea: *Si quis vel quæ fidelis habet viduas, eis suppeditet, et ne gravetur Ecclesia, ut iis quæ vere sunt viduæ opem ferat* [3]. Et rursus: *Juniores autem viduas devita* [4]. Et hæc quidem de viduis mulieribus, quæ in Ecclesiam cooptatæ sunt. Quæ enim tales non sunt, quotiescunque secundo nupserint, in bigamorum pœnas B incident æque ac viri. Lege et caput 2 tit. 13 præsentis operis. Ne mireris autem, quomodo non definierunt canones, ut viri etiam vidui cum laico habitu in ecclesiis ordinentur. Patres enim majorem mulierum quam virorum rationem habent. Mulieres enim, ut quæ non tenent modum eorum parandorum, quæ sunt vitæ necessaria, ad secundas forte nuptias necessario divertunt, licet velint esse continentes: et ideo eis succurrit Ecclesia ne secundo nubant paupertatis prætextu. Viri autem, qui multis modis quæ sunt ad victum necessaria comparant, non possunt pauperiatem prætexere ad depellendam secundi matrimonii reprehensionem: et propterea nec ab ecclesiis quidem admittuntur et alumtur. Consequenter autem huic rationi C ne dixeris debere mulieres impunitas remanere, ut nonnulli dicunt, quæ secundo nupserint; sed et ipsæ secundo nubentium pœnæ subjiciantur. Intelliges autem ex tit. 14 lib. XXVIII quod mulieres quæ secundo nubunt magis puniuntur, quam viri qui uxores secundo duxerunt.

ZONAR. Magnus Paulus ad Timotheum scribens, ait: *Viduas honora, quæ vere viduæ sunt.* Et paulo post: *Ea autem quæ vere vidua est, et desolata, speret in Deum, et instet orationibus et obsecrationibus.* Et rursum nonnullis interjectis: *Si quis vel quæ* D *fidelis habet viduas, subministret illis, et non gravetur Ecclesia, ut iis quæ vere viduæ sunt suppeditet.* Et rursum: *Juniores viduas devita.* Igitur ex Apostoli præcepto constituebantur, quæ vere viduæ essent, in ecclesiis, atque ex earum reditibus alebantur. Propter hæc ergo ait magnus Basilius, si qua vidua adscripta viduis in diaconatum susceptis, hoc est, quas Ecclesia alebat, quibusque ministrabat, ad nuptias propendeat, despicietur, nec alimenta illi amplius ab Ecclesia suppeditabuntur. Viduis autem hominibus nulla posita lex est. Nulla spiritualis lex homines punit, qui secundis sese nuptiis illigaverint. Sufficit ipsis namque digamorum pœna, nempe unius anni segregatio. Vidua autem mulier sexaginta annos nata, ac proinde viduarum

[1] I Tim. v, 3. [2] Ibid. 5. [3] Ibid. 16. [4] Ibid. 11.

ordini in ecclesiis adscripta, si nuptias eligat, a sancta communione segregata deget, quoadusque se a viro disjunxerit. Impuritatis enim nomine nuptialem hanc in senectute commistionem vir sanctus vocavit. Si vero ante sexaginta annos ipsam inter Ecclesiæ viduas annumerabimus, moxque peccet viro sociata, nostrum id jam fuerit, non mulierculæ crimen. Nos etenim, ait, accusari par est, quippe violatores ab Apostolo promulgatæ legis, cujus illa sunt : *Vidua eligatur non minor sexaginta annis* : illa porro venia digna, quæ nempe ad senectutem nondum pervenerit.

ARIST. Si nubat vidua in diaconum cooptata, despicitur. Viduus autem qui uxorem duxit, bigamorum solummodo pœnas solvet. Vidua autem post sexaginta annos nupta, communione privetur, donec ab impuritate recesserit. Si quis vero ante sexaginta annos in catalogum quempiam retulerit, crimine illius obstringetur.

Viduæ quæ in viduarum numerum referuntur, et ab Ecclesia aluntur, si ad matrimonium veniant, non amplius provisione ab Ecclesia dignæ censeantur, sed negligantur. **83** Idcirco itaque eas quæ nondum sexagesimum annum attigerunt in viduarum ordinem recensere non oportet. Si autem vidua cum sexaginta transgit annos cum viro cohabitare iterum elegit, boni communione digna ne habeatur, donec ab impuritatis perturbatione cessaverit.

CANON XXV.

Qui a se stupratam in uxorem detinet, stupri quidem pœnam subibit : ei autem mulierem habere permittitur.

BALS. Stuprum proprie dicitur in virginibus et in impubere. Dicit ergo sanctus, quod qui virginem nondum sibi sponsatam in legitimum conjugium stupraverit, etiamsi velit post stuprum eam uxorem habere, non juvabitur ad hoc ut stupri pœnam effugiat. Debebat enim primum efficere, ut ea sibi desponderetur, et ita cum ea rem habere; quod si hoc non fecerit, in stupri quidem pœnam incidet, in legitimam autem uxorem eam habere illi permittetur. Hoc autem fiet, si illius etiam parentes consenserint. Est enim stupri pœna triennium, per quod similiter punitur et qui stupravit, et quæ stuprata est. Lege can. 38 præsentis sancti. Hæc autem locum habent in iis qui sunt in potestate. Qui enim sunt sui juris, in pœnam quidem incidunt, secundum leges autem consentientes conjunguntur. Sin autem vir nolit eam quæ a se stuprata est uxorem ducere, fiet secundum caput 3 tit. 37 libri LX, quod sic dicit : Qui venerandam et nobilem mulierem stuprat seu habet in concubinatu, nec hoc suo facit testimonio manifestum, vel eam ducit uxorem, si hoc recusans, petulantiam committat, non item et adulterium, eo videlicet quod ex suo corpore quæstum non facit. Quære etiam lib. XXVIII, tit. 4, cap. 12, 13, et lib. XLVII, tit. 6, cap. 37.

οὕτω καταταγεῖσα ταῖς χήραις ταῖς ἐν ἐκκλησίαις, ἐὰν γάμον αἱρετίσηται, ἀφωρισμένη ἔσται τῆς ἁγίας μεταλήψεως, ἕως ἂν ἀπόσχηται τοῦ ἀνδρός. Ἀκαθαρσίαν γὰρ ἐκάλεσεν ὁ ἅγιος τὴν ἐν γήρᾳ μίξιν. Ἐὰν δὲ πρὸ τῶν ἑξήκοντα ἐτῶν ἀριθμήσωμεν αὐτὴν ταῖς χήραις τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἐκπέσῃ ἀνδρὶ μιγεῖσα, ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, οὐ τοῦ γυναίου. Ἡμᾶς γὰρ, φησίν, αἰτιᾶσθαι δίκαιον, ὡς παραβάντας τὴν τοῦ Ἀποστόλου διαταγὴν, λέγοντος· *Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἐλάττων ἐτῶν ἑξήκοντα* · ἡ δὲ συγγνώμης ἀξία ὡς μήπω εἰς γῆρας ἐλθοῦσα.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ γήμειε διακονουμένη χήρα, παροράται. Ὁ δὲ χηρεύων, γήμας, μόνον τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον γνοίη. Ἡ δὲ μετὰ ἑξήκοντα ἔτη λαβοῦσα χήρα ἀκοινώνητος, ἕως ἀποστῇ τῆς ἀκαθαρσίας. Εἰ δέ τις πρὸ τῶν ἑξήκοντα χρόνων ἐγκαταλέξεται, ἐκείνης τὸ ἔγκλημα ἄψεται.

Αἱ ἐγκαταλεγόμεναι χῆραι εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν χηρῶν, καὶ ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας διατρεφόμεναι, ἐὰν πρὸς γάμον ἔλθωσιν, οὐκέτι προνοίας τινὸς ἀξιοῦνται παρὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλὰ παρορῶνται. Διὰ τοῦτο γοῦν τὰς μήπω οὔσας ἑξήκοντα χρόνων οὐ δεῖ εἰς τὸ τάγμα τῶν χηρῶν ἐγκαταλέγειν. Ἐὰν δὲ ἑξήκοντα ἐτῶν οὖσα χήρα συνοικήσαι ἀνδρὶ πάλιν ἕληται, μέχρις ἂν τοῦ πάθους τῆς ἀκαθαρσίας παύσηται, τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας οὐκ ἀξιωθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ'.

Τὴν διεφθαρμένην ὑφ' ἑαυτοῦ εἰς γυναῖκα κατέχων, τὸ μὲν ἐπὶ τῇ φθορᾷ ἐπιτίμιον ὑποστήσεται, τὴν δὲ γυναῖκα ἔχειν συγχωρηθήσεται.

ΒΑΛΣ. Κυρίως φθορὰ ἐπὶ τῆς παρθένου λέγεται καὶ ἐπὶ τῆς ἀνήβου. Φησὶ γοῦν ὁ ἅγιος, ὅτι ὁ παρθένον φθείρας μήπω κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ εἰς νόμιμον γάμον, κἂν θελήσῃ μετὰ τὴν φθορὰν ἐς γυναῖκα ἔχειν ταύτην, οὐκ ὠφεληθήσεται εἰς τὸ ἐκφυγεῖν τὸ ἐπιτίμιον τῆς φθορᾶς. Ὤφειλε γὰρ πρότερον νομίμως μνηστεύσασθαι ταύτην καὶ οὕτω μιγῆναι αὐτῇ· ᾗ ποιήσας δὲ τοῦτο, τῷ μὲν ἐπιτιμίῳ τῆς φθορᾶς ὑποπεσεῖται, παραχωρηθήσεται δὲ ἔχειν ταύτην εἰς γυναῖκα νόμιμον. Τοῦτο δὲ γενήσεται, ἐὰν εἱ γονεῖς αὐτῆς σύνεινῶσι. Τὸ μέντοι ἐπιτίμιον τῆς φθορᾶς τρία ἔτη εἰσὶ, διʼ οὗ κολάζονται ὁμοίως καὶ ὁ φθείρων, καὶ ἡ φθαρεῖσα. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ΜΗ' κανόνα τοῦ παρόντος ἁγίου. Ταῦτα δὲ ἐπὶ ὑπεξουσίων χώραν ἐχουσιν. Οἱ γὰρ αὐτεξούσιοι τῷ μὲν ἐπιτιμίῳ ὑπόκεινται, κατὰ νόμους δὲ συζεύγνυνται συναινοῦντες. Εἰ δὲ ὁ ἀνὴρ οὐ θέλει τὴν ἐπ' αὐτοῦ φθαρεῖσαν λαβεῖν εἰς γυναῖκα, γενήσεται κατὰ τὸ γ' κεφ. τοῦ λζ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου, τὸ λέγον οὕτως· Ὁ γυναῖκα σεμνὴν καὶ εὐγενῆ παλλακευόμενος, καὶ μὴ ποιῶν ἐν ἐκμαρτυρίῳ τοῦτο κατάδηλον, ἢ γαμετὴν αὐτὴν ἔχει, εἰ τοῦτο παραιτούμενος ἀσέλγειαν πλημμελῇ, οὐ μὴν καὶ μοιχείαν δηλονότι ἐν ᾧ πόρον ἐκ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐποίησε. Ζήτει καὶ βιβλίου κη' τίτλου δ' κεφ. ιβ', ιγ', καὶ βιβλίου μζ', τίτλου ς' κεφ. λζ'.

ΖΩΝΑΡ. Ἐάν τις παρθένον ἀμνήστευτον φθείρῃ, καὶ κατὰ τὴν φθορὰν ὡς συζύγῳ αὐτῇ χρῆται, τῷ μὲν τῆς φθορᾶς ἐπιτιμίῳ ὑποκείσεται, τὴν δὲ γυναῖκα οὐκ ἀφαιρεθήσεται· δηλονότι ἐὰν οἱ γονεῖς αὐτῆς, οἷς ὑπεξουσία ἐστὶ, καταδέχωνται τὴν μετ' ἐκείνου συνοίκησιν τοῦ γυναίου. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐ βούλονται, καὶ κολασθήσεται κατὰ τὸν πολιτικὸν νόμον, εἰ παρθένος ἦν ἡ φθαρεῖσα.

ΑΡΙΣΤ. Ὃς ἔχει τὴν ἣν ἔφθειρε, συγχωρούμενος ἔχειν, τὸ ἐπιτίμιον γνώσεται.

Ὅστις βούλεται γυναῖκα ἔχειν, ἣν πρὸ τοῦ γάμου διέφθειρε, συγχωρηθήσεται κατέχειν αὐτήν· τὸ δὲ ἐπὶ τῇ φθορᾷ ἐπιτίμιον εἴσεται ἐν τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς· καθὼς ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κανόνι ἐγράφη.

ΚΑΝΩΝ ΚΖ'.

Ἡ πορνεία γαμος οὐκ ἔστιν, ἀλλ' οὐδὲ γάμου ἀρχή.

Ὥστε ἐὰν ᾖ δυνατὸν τοὺς κατὰ πορνείαν συναπτομένους χωρίζεσθαι, τοῦτο κράτιστον· ἐὰν δὲ στέργωσιν ἐκ παντὸς τρόπου τὸ συνοικέσιον, τὸ μὲν τῆς πορνείας ἐπιτίμιον γνωριζέτωσαν, ἀφιέσθωσαν δὲ, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται.

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν ὁ ἅγιος τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τὸν φθείραντα παρθένον, ἀρτίως ὑποτυποῖ καὶ τὰ περὶ τῶν συνελθόντων πορνικῶς· καί φησιν ὅτι ἡ πορνεία οὔτε γάμος λογίζεται, οὔτε γάμου ἀφορμὴ, ὥστε ἀναγκάζεσθαι θάτερον τῷ ἑτέρῳ συνάπτεσθαι γαμικῶς. Ἀλλὰ ἄριστον μέν ἐστι χωρίζεσθαι αὐτοὺς, ἤγουν μὴ παραχωρεῖσθαι τὴν μέσον αὐτῶν γαμικὴν συνάφειαν, ὅτι ἔκθεσμος καὶ κατάκριτός ἐστιν ὁ τοῦ τοιούτου γάμου θεμέλιος· εἰ δὲ στέργουσιν ἀπαραιτήτως καὶ ἄμφω τὴν συμβίωσιν, μὴ ἀνεχόμενοι τοῦ ἀπ' ἀλλήλων χωρισμοῦ, ἐπιτιμάσθωσαν μὲν ὡς πορνεύσαντες, παραχωρείσθωσαν δὲ συνοικεῖν, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται, ἤγουν, ἵνα μὴ διαζυγέντες πάλιν λάθρα πορνεύσωσι, τουτέστιν, ἵνα μὴ ἑτέροις συναφθέντες προσώποις οὐκ ἐπιμείνωσι τῷ νομίμῳ γάμῳ, ἀλλὰ μοιχείαν ἐργάσωνται, ἢ ἵνα μὴ κωλυόμενοι διαχειρίσωνται ἑαυτοὺς διὰ τὸ τοῦ ἔρωτος διακαές. Ταῦτα δὲ χώραν εἶχον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὅταν συναινέσει μόνῃ ὁ γάμος συνίστατο, οὐ μὴν καὶ σήμερον, ὅταν διὰ ἱερολογίας καὶ θείας μεταλήψεως τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ὁ γάμος συνίσταται. Πῶς γὰρ οἱ ἐπιτιμηθέντες διὰ τὴν πορνείαν, καὶ τῶν ἁγιασμάτων μὴ μεταλαμβάνοντες, γαμικῶς ἀλλήλοις συνέλθωσιν; Εἰ δὲ εἴπῃς, μετὰ τὸ ἐπιτιμηθῆναι τοὺς πορνεύσαντας ἐπὶ ὅλῃ τριετίᾳ, μὴ πορνεῦσαι, οὐκ ἐμποδισθήσῃ παραχωρῆσαι τούτους μετὰ τὴν τριετίαν νομίμως συναφθῆναι. Ἐρωτήσει δέ τις, Διὰ τί τὴν μὲν παρθένον μετὰ τὴν φθορὰν διορίζεται ὁ ἅγιος νομίμως συνάπτεσθαι τῷ φθορεῖ, τοὺς δὲ πορνεύσαντας εὐκόλως μίγνυσθαι γαμικῶς οὐ παραχωρεῖ, ἀλλὰ μετὰ διαστίξεως; Λύσις. Τὴν μὲν παρθένον ἴσως μετὰ τὴν φθορὰν οὐδεὶς αἱρετίσεται πρὸς γάμον λαβεῖν, καὶ εἰ μὴ παραχωρηθῇ τῷ φθορεῖ γαμηθῆναι, περιλειφθήσεται ἄτιμος καὶ ἐλέους ἀξία· ἡ δὲ πορνευθεῖσα οὐ ζημιοῦται τοσοῦτον, ἐὰν μὴ γαμηθῇ τῷ πορνεύσαντι

ZONAR. Si quis virginem sibi non desponsatam corruperit, eaque post stuprum illatum tanquam conjuge utitur; stupri quidem pœnis erit obnoxius, non tamen ab eo mulier auferetur: si videlicet ipsius parentes, quorum illa est in potestate, feminam cum illo traducere vitam sinunt. Etenim si illi nolint, punietur præterea civilium legum decreto, si virgo erat, quæ corrupta fuit.

ARIST. Qui eam habet quam corrupit, permissus habere pœnæ subjiciatur.

Quicunque mulierem quam ante matrimonium vitiavit, habere cupit, ei istam detinere permittetur. At stupri supplicium est quatuor annis, quemadmodum in vicesimo secundo canone scriptum est.

CANON XXVI.

Fornicatio non est matrimonium, sed nec initium matrimonii. Quare si fieri possit, ut qui per fornicationem conjuncti sunt separentur, id est melius: sin autem eis omnino placeat consortium, fornicationis quidem pœnam agnoscant; ne separentur autem, ne quid deterius accidat.

BALS. Postquam dixit sanctus quid eis debet fieri, qui virginem stuprant, nunc decrevit de iis qui in fornicationem coierunt; et dicit, quod fornicatio nec matrimonium habetur, nec matrimonii occasio, ut alter alteri necessario jungatur, sed optimum quidem est eos separari, non permittii scilicet inter eos intercedere matrimonialem conjunctionem, quoniam nefarium est et damnandum harum nuptiarum fundamentum: sin autem eis ita placeat vitæ societas, ut a se invicem discedere sibi nequeant persuadere, puniantur quidem ut fornicatores; eis autem simul habitare permittatur, ne quid deterius accidat, 84 ne scilicet separati rursus clanculum fornicentur, hoc est, ne aliis personis conjuncti in legitimo matrimonio non permaneant, sed adulterium committant, vel ne prohibiti sibi violentas manus inferant propter amoris vehementiam. Hæc autem, ut mihi videntur, locum habuerunt, quando solo consensu contrahebatur matrimonium, non autem etiam hodie quando per sacrum officium et divinam corporis et sanguinis Christi participationem matrimonium constituitur. Quomodo enim ii, quibus fornicationis pœna injuncta est, nec sacramentorum fuere participes, inter se matrimonialiter convenerint? Quod si dixeris, postquam iis qui fornicati sunt pœna injuncta fuerit toto triennio, ne fornicentur, non prohiberis eis concedere, ut post triennium legitimo matrimonio conjungantur. Interrogaverit autem quispiam, Cur virginem quidem post stuprum decernit sanctus stupratori legitime conjungi, eos autem qui fornicati sunt matrimonio facile conjungi non sinit, nisi cum distinctione. Solutio. Virginem quidem post ei allatum stuprum nemo fortasse volet in matrimonium accipere, et nisi illi permittatur ei qui stupravit nubere, dedecore affecta ac miserabilis relinquetur. Quæ

autem fornicata est non tanto damno afficitur, si ei quocum ipsa fornicata est non nupserit : est enim ab alio devirginata. Si ergo non magnum malum ex eorum qui fornicati sunt separatione evenit, et nec qui fornicati sunt toto animo matrimonio insistunt, præferetur separatio. et per ipsam abstinentia a malo. Præterea interrogabit quispiam, Cum cap. 3, tit. 37, lib. LX, decernat ut qui cum honesta muliere in concubinatu rem habet, eam ducere cogatur, quomodo decernit præsens canon ut qui fornicati sunt separentur? Solutio. Differentia est inter concubinam seu pellicem, et fornicatricem. Illa enim, concubina scilicet, quæ cum uno tantum peccat, etiam a lege agnoscitur. Quæ autem cum multis fornicata est, nec a lege quidem agnoscitur ; sed etiam a fornicatoris ædibus expellitur, ut, de quo diximus, caput dicit. Præsens itaque canon loquens de fornicatrice recte legique consentaneo decernit, cum hac distinctione, ut qui fornicati sunt legitime conjungantur.

μετ' αὐτῆς· παρ' ἑτέρου γὰρ διακορήθη. Εἰ γοῦν μὴ πρόκειταί τι κακὸν μέγα ἐκ τῆς διαστάσεως τῶν πορνευσάντων, καὶ οὐδὲ ὀλοφύχως οἱ πορνεύσαντες τοῦ γάμου ἐξίχονται, προτιμηθήσεται δὴ ἡ διάστασις καὶ ἡ διὰ ταύτην ἀποχὴ τοῦ κακοῦ. Ἔτι ἐρωτήσει τις, ὡς Τοῦ γ' κεφ. τοῦ λζ' τίτλου τοῦ ϛ' βιβλίου διοριζομένου τὸν παλλακευόμενον μετὰ φόβου γυναικὸς ἀναγκάζεσθαι ταύτην εἰς γάμον λαβεῖν, πῶς ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται τοὺς πορνεύσαντας χωρίζεσθαι ; Λύσις. Διαφορά ἐστι παλλακῆς καὶ πόρνης. Ἡ μὲν γὰρ, ἤγουν ἡ παλλακὴ, εἷς μόνον τὸν παλλακευόμενον ἁμαρτάνουσα, ἐπιγινώσκεται καὶ τῷ νόμῳ· ἡ δὲ, μετὰ διαφόρων πορνεύσασα, οὔτε τῷ νόμῳ ἐπιγινώσκεται, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ πορνεύοντος κατοικίας ἐξωθεῖται, καθὼς τὸ διαληφθὲν φησι κεφάλαιον. Ὁ γοῦν παρὼν κανὼν περὶ πόρνης διαλεγόμενος καλῶς καὶ ἀκολούθως τῷ νόμῳ διορίζεται μετὰ διαστίξεως τοὺς πορνεύσαντας νομίμως συνάπτεσθαι.

ZONAR. Si feminæ quispiam occulte commisceatur, nec matrimonium id existimabitur, nec matrimonii occasio, ut ex eo dicant quidam oportere, quandoquidem cum ipsa rem habuit, eamdem ipsi uxorem habendam concedi. Verum optimum sane consilium est, ipsos invicem sejungi ; siquidem infirmum est et illegitimum hujusce matrimonii fundamentum. Cæterum si mutuam vitæ societatem retinere plane, hoc est obdurato animo, utrique optat, nec institutam conjunctionem dirimi patitur, fornicatorum quidem subjiciantur pœnis, cæterum matrimonii contrahendi facultas detur, ne deterius quidpiam contingat, videlicet, ne separati iterum occulte commisceantur, et fornicationis illigentur crimine ; aut ne alteri juncta mulier, amore vero ejus a quo corrupta fuerat impellente, in adulterium prolabatur ; vel, ne multo amore flagrantes, ereptaque conjugii potestate, seipsos interficiant, ob vehementem amoris flammam mutuumque divortium.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ λάθρα τινὰ συμφθαρῆναι γυναικὶ οὔτε γάμος λογισθήσεται, οὔτε γάμου ἀφορμή· ὥστε λέγειν τινὰς ὅτι, ἐπεὶ συνεφθάρη αὐτῇ, δεῖ ἐκδοθῆναι ταύτην αὐτῷ εἰς γυναῖκα. Ἀλλὰ ἄριστον μέν ἐστι χωρίζεσθαι αὐτούς· ὅτι σαθρός ἐστι καὶ ἔκθεσμος ὁ τοῦ τοιούτου γάμου θεμέλιος. Εἰ δὲ στέργουσι καὶ ἄμφω τὴν μετ' ἀλλήλων συμβίωσιν ἐκ παντὸς, ἀντὶ τοῦ ἀπαρτιτήτως, μὴ ἀνεχόμενοι τῆς ἀπ' ἀλλήλων διαζυγῆς, ἐπιτιμάσθωσαν μὲν ὡς πορνεύσαντες, παραχωρείσθωσαν δὲ συνοικεῖν, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται, ἵνα μὴ καὶ διαζυγέντες πάλιν λάθρα μίγνυνται καὶ πορνεύωσιν, ἢ ἵνα μὴ ἑτέρᾳ συζυγεῖσα ἡ γυνὴ, φιλοῦσα δὲ τὸν φθείραντα αὐτὴν, εἰς μοιχείαν ἐκκυλισθῇ· ἢ ἵνα μὴ, στέργοντες ἀλλήλους, καὶ κωλυόμενοι συνοικεῖν, διαχειρίσωνται ἑαυτοὺς διὰ τὸ τοῦ ἔρωτος διακαὲς καὶ τὴν ἀπ' ἀλλήλων διάζευξιν.

ARIST. Si per fornicationem copulatus disjungatur, id melius est. Si vero indivulse conjungatur, ut ei concedatur, pœna suscepta.

ΑΡΙΣΤ. Εἰ ὁ συζυγεὶς κατὰ πορνείαν διαζεύγνυται, κάλλιον· εἰ δὲ ἀδιασπάστως συνέζευκται, συγχωρείσθω, δεχόμενος τὸ ἐπιτίμιον.

Matrimonium tum est venerabile et honorandum cum a fornicatione purum est. Et idcirco fornicatio nec matrimonium est, nec matrimonii initium, sed peccatum et divinæ legis transgressio. Adeo ut si quis per fornicationem cum muliere contaminetur, ab ea recedere, si fieri potest, optimum sit. Si autem a se invicem nullo modo divelli possint, et dispositione matrimoniali postea cohabitare velint, fornicationis supplicium subeant. Permittatur autem eis ita se habere, ne quid deterius contingat.

Ὁ γάμος ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν καὶ τὸ τίμιον, ἐν τῷ καθαρεύειν πορνείας. Καὶ διὰ τοῦτο ἡ πορνεία οὔτε γάμος ἐστὶν οὔτε γάμου ἀρχὴ, ἀλλὰ ἁμαρτία, καὶ θείου νόμου παράβασις. Ὥστε, ἐὰν κατὰ πορνείαν τις συμφθείρηται μετὰ γυναικὸς, ἀπεχθῆναι αὐτῆς, ἐάν ἐστι δυνατὸν, κράτιστόν ἐστιν· ἐὰν δὲ ἐκ παντὸς τρόπου ἀδιασπάστως ἔχωσι πρὸς ἀλλήλους, καὶ βούλωνται γαμικῇ συνοικεῖν ἕκτοτε διαθέσει, τὸ μὲν τῆς πορνείας δεχέσθωσαν ἐπιτίμιον· ἀφιέσθωσαν δὲ οὕτως ἔχειν, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται.

85 CANON XXVII.

De presbytero, qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus est, definivi quæ oporteat, esse quidem cathedræ participem, a reliquis autem actionibus abstinere ; ei enim sufficit, ut veniam consequatur. Ut is autem aliis benedicat, qui sua

ΚΑΝΩΝ ΚΖ'.

Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ κατὰ ἄγνοιαν ἀθέσμῳ γάμῳ περιπαρέντος ὥρισα ἃ ἐχρῆν, καθέδρας μὲν μετέχειν, τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν ἀπέχεσθαι· ἀρκετὸν γὰρ τῷ τοιούτῳ ἡ συγγνώμη. Εὐλογεῖν δὲ ἑτέρους τὸν τὰ οἰκεῖα τημελεῖν ὀφείλοντα

τραύματα ἀνακόλουθον. Εὐλογία γὰρ ἁγιασμοῦ μετάδοσίς ἐστιν. Ὁ δὲ τοῦτο μὴ ἔχων διὰ τὸ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα, πῶς ἑτέρῳ μεταδώσει; Μήτε τοίνυν δημοσίᾳ μήτε ἰδίᾳ εὐλογείτω, μήτε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ κατανεμέτω ἑτέρῳ, μήτε τι ἄλλο λειτουργείτω, ἀλλὰ ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ, προσκλαιέτω ἑτέροις καὶ τῷ Κυρίῳ, συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας ἁμάρτημα. A

ΑΡΙΣΤ. Ἡ παρ' ἀνδρὸς ἀφεθεῖσα μενέτω οὕτως. Εἰ γὰρ μοιχᾶται, κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον, τῆς πρὸς ἕτερον κλείεται κοινωνίας.

Εἰ τὴν ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται, μᾶλλόν ἐστι ἡ γυνὴ μοιχαλίς, ἡ καὶ τὸν ἄνδρα διὰ τῆς πρὸς αὐτὴν κοινωνίας, μοιχὸν καθιστῶσα. Καὶ διὰ τοῦτο μένειν ὀφείλει ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἀφεθεῖσα ἐν ἀγαμίᾳ.

ΚΑΝΩΝ ΜΘ'.

Αἱ πρὸς ἀνάγκην γινόμεναι φθοραὶ ἀνεύθυνοι ἔστωσαν. Ὥστε καὶ ἡ δούλη, εἰ ἐβιάσθη παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἀνεύθυνός ἐστι

ΒΑΛΣ. Ἡ παροῦσα ἀπόκρισις ἐξεφωνήθη χάριν δούλης τινὸς κατὰ βίαν ὑπὸ τοῦ ἰδίου δεσπότου πορνευθείσης. Φησὶ γὰρ ὡς, ἐπεὶ καὶ ἄλλαι πᾶσαι φθοραὶ αἱ κατὰ ἀνάγκην καὶ βίαν γινόμεναι, παρὰ τῶν πολεμίων δηλαδὴ πρὸς τὰς αἰχμαλωτισθείσας, καὶ παρὰ ἀρχοντικῶν προσώπων πρὸς τὰς ὑπ' αὐτῶν ἀρχομένας, ἐξ ἀνάγκης καὶ ἡ δούλη ἡ κατὰ βίας συμφθαρεῖσα τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ οὐχ ὑποπεσεῖται τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις. Ἀνάγνωθι κανόνα πρῶτον τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ τοῦ εἰς τὸ Πάσχα. Ταῦτα δέ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κρατήσουσιν ὅσον εἰς τὸ μὴ ἐπιτιμηθῆναι διὰ τὴν φθορὰν τῆς πορνείας τὰς φθαρείσας. Ἐπεί τοί γε ἂν κατὰ βίαν ἢ ἄγνοιαν ἐμπέσῃ τις εἰς πρᾶγμα κωλύον αὐτὸν ἀπὸ διακονίας ἱερατικῆς, οὐκ ὠφεληθήσεται εἰς τὸ εἶναι καὶ ἐφεξῆς μετὰ τῶν ἱερωμένων, διὰ τὸ μὴ κατὰ γνώμην οἰκείαν ἐμπεσεῖν εἰς τὸ κακὸν, ἀλλὰ καθαιρηθήσεται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν πρῶτον κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, καὶ τὸν κζ' κανόνα τοῦ παρόντος ἁγίου Πατέρος. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς οἶομαι, οὐδὲ οἱ κατὰ αὐθεντίαν βασιλικὴν ἀποχειρόμενοι δύνανται μετασχηματίζεσθαι προβαλλόμενοι τὸν παρόντα κανόνα τοῦ ἁγίου βασιλείου· ἀλλ' ἔσονται ἐξ ἀνάγκης μοναχοὶ, κἂν κατὰ βίαν ἀπεκάρησαν· ὥσπερ καὶ ἡ κατὰ βίαν φθαρεῖσα, ἐὰν ἦν διακόνισσα, ἐπιτιμίῳ μὲν οὐχ ὑποπεσεῖται, διακονικὸν δέ τι οὐκ ἐνεργήσει, διὰ τὸ παραχωρῆσαι Θεοῦ ἐμπεσεῖν εἰς κακὸν, ἀφαιρούμενον ἐξ αὐτῆς τὴν διακόνισσης ἀξίαν.

ΖΩΝΑΡ. Τὰς βιαίως γινομένας φθορὰς γυναιξὶν οὐκ εἰς ἁμαρτίαν χρὴ λογίζεσθαι. Εἰ γὰρ δούλην τις οἰκείαν βιάσηται, ἡ δὲ ἄκουσα τῷ τοῦ δεσπότου ὑποκύψει θελήματι, οὐκ ἐπιτιμηθήσεται ὡς πορνεύουσα· οὔτε εἴ τις ἡρπάγη παρά τινος ἀκουσίως καὶ ἐφθάρη, καὶ ὅσαι ὁμοιοτρόπως ἐφθάρησαν.

ΑΡΙΣΤ. Φθορὰ κατηναγκασμένη ἀνεύθυνος· καὶ δούλη βιαζομένη παρὰ δεσπότου ἀνεύθυνος.

Ἡ βιασθεῖσα παρὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου δούλη ἀνεπιτίμητος.

ΚΑΝΩΝ Ν'.

Τριγαμίας νόμος οὐκ ἔστιν, ὥστε νόμῳ τρίτος γά-

sortetas. Cum enim vir culpæ obnoxius sit, quasi adulterandi causam ipsi præbeat, uxor quoque plane velut adultera condemnabitur, quandoquidem adultera Domini quoque voce appellata fuit.

ARIST. Quæ a viro dimittitur, sic maneat. Si enim mœchatur, juxta Domini dictum, alius communione excluditur.

Si qui dimissam duxit, adulteratur, multo magis mulier est adultera, quæ etiam virum per communionem cum ipsa adulterum reddit. Et ideo quæ a viro suo dimissa est extra matrimonium manere debet.

CANON XLIX.

Stupra quæ per vim inferuntur, non sint accusationi obnoxia. Quare etsi ancillæ vis allata fuerit a proprio domino, ea a culpa est libera.

BALS. Præsens edita est responsio ob ancillam quamdam, quæ a domino suo vim passa est. Dicit enim, quod quoniam et alia omnia stupra, quæ necessitate et vi perpetrantur, ab hostibus scilicet in captivas, et a personis quæ regunt, in eas personas quibus præsunt, necessario quoque ancilla, quæ vi cum suo domino rem habuit, non incidet in pœnas fornicatorum. Lege canonem primum sancti Dionysii archiepiscopi Alexandrini ex ejus sermone in Pascha. Hæc autem, ut mihi videtur, obtinebunt, quantum ad hoc, ut quæ stupratæ fuerunt, propter stuprum fornicationis supplicio afficiantur. Nam si per vim vel ignorantiam aliquis in rem inciderit, quæ eum a sacerdotali ministerio arceat, non adjuvabitur ex eo, quod non propria voluntate in hoc malum inciderit, ut sit deinceps cum sacratis; sed deponetur. Et lege primum canonem synodi Ancyranæ, et can. 27 præsentis sancti Patris. Propterea enim, ut existimo, nec qui imperatoria auctoritate tondentur, possunt transformari, habitumve mutare sancti Basilii præsentem canonem producentes; sed erunt necessario monachi, etiamsi vi tonsi fuere: quemadmodum et quæ vi stuprata est, si erat diaconissa, in pœnam quidem non incidet, sed nihil amplius diaconicum exercebit, quod ea Dei permissu in malum inciderit, quod ei aufert diaconicam auctoritatem.

ZONAR. Stupra quæ per vim mulieribus inferuntur criminis loco duci non oportet. Si etenim quis ancillam suam violaverit, ea vero invita domini voluntati succubuerit, nequaquam ut fornicaria multabitur: neque si quæ ab aliquo præter voluntatem rapta est, et corrupta, et quæcunque simili modo vitiatæ fuerunt.

ARIST. Corruptio per vim admissa culpa vacat. Et ancilla a domino coacta insons est.

Si ancillæ vis a domino suo allata sit reprehensioni non est obnoxia.

CANON L.

Trigamiæ lex non est, quare lege tertium matrimo-

nium non approbatur. Verumtamen ea ut Ecclesiæ inquinamenta videmus : sed publicis condemnationibus non subjicimus, ut quæ soluta fornicatione sunt magis expetenda.

BALS. Cum audis sanctum dicentem non esse legem in trigamia, ne dixeris etiam a lege civili prohibere trigamiam : a lege enim concessa est. Sed ecclesiasticam hic legem intellige : legem autem civilem dic antiquam, quæ ante sanctum Patrem observabatur, non autem eam quæ multis post sæculis lata est, scilicet Porphyrogenetæ, et imperatoris domini Constantini decisionem, quæ sita est in quarto canone hujus sancti, quam etiam lege, ut dicit Zonaras. Neque enim fieri potest ut hoc dicat, quod in sancti mentem venire non poterat, utpote quod multis post sæculis factum est. Quod autem etiam a lege antiqua tertium matrimonium permissum est, lege lib. xxviii tit. 8, cap. 63, thema 6 et tit. 14, cap. 4. Nota autem, quod ex hoc præsenti canone apparet non dissolvi tertium matrimonium ut contra leges factum. Dicit enim, quod inquinamenta quidem Ecclesiæ tertia matrimonia omnino reputantur, ut quæ ab Ecclesia non permittuntur, si rogata fuerint, Publicis autem condemnationibus, seu manifestis divulsionibus non subjiciuntur, quod sint ejusmodi conjugia fornicatione meliora. Qui autem matrimonium ita contraxerunt, per polygamiam minus effuse peccant. Qui autem fornicantur, laxis habenis in vitia feruntur, ut qui indiscriminatim ex alia muliere ad aliam transeant.

ZONAR. Quarto etiam canone, hic sanctus, trigamiam polygamiæ nomine appellari dixit, et non matrimonium, quin potius castigatam fornicationem nuncupari : et hoc loco inquinamentum Ecclesiæ nominavit. Cæterum publice, inquit, hoc est aperte, ac sine tergiversatione ipsam minime condemnamus, eousque ut etiam dissolvatur ejusmodi matrimonium. Idcireo vero non dissolvitur, quod præ soluta fornicatione, incastigata nimirum et quæ ab alia ad aliam mulierem passim digreditur, est præoptandum, tanquam fornicatio quidem, verumtamen castigata, quippe cum vir una muliere sit contentus. Porro cum audis trigamiæ non esse legem, ecclesiasticam legem, ac spiritualem intellige. Per Novellam siquidem Porphyrogenetæ et Constantini, tertiæ nuptiæ, non sine nota tamen ac multis, permittuntur.

ARIST. Qui tertium contrahit matrimonium leges transgreditur. Hæc autem, ut Ecclesiæ inquinamenta, non sunt publice traducenda, tolerabiliora dissoluta fornicatione judicata.

Lex quidem politica tertias nuptias agnoscit, et filios ex eis susceptos pro legitimis habet, et ad hæreditatem vocat: At a canonibus tertiæ nuptiæ non admittuntur, sed istas ut Ecclesiæ inquinamentum habent. Sed quandoquidem licenter in fornicatione viventi sive dimissa sint magis expetendæ, publicis quidem condemnationibus non subjicitur : hoc est,

A μος οὐκ ἄγεται. Τὰ μέντοι τοιαῦτα ὡς ῥυπάσματα τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶμεν· δημοσίαις δὲ καταδίκαις οὐχ ὑποβάλλομεν, ὡς τῆς ἀνειμένης πορνείας αἱρετώτερα.

ΒΑΛΣ. Ἀκούων τοῦ ἁγίου λέγοντος μὴ εἶναι νόμον ἐπὶ τριγαμίας, μὴ εἴπῃς καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ πολιτικοῦ κωλύεσθαι τὴν τριγαμίαν· ἐκκεχώρηται γὰρ ἀπὸ τοῦ νόμου. Ἀλλὰ νόμον ἐνταῦθα τὸν ἐκκλησιαστικὸν νόει· νόμον δὲ πολιτικὸν εἰπὲ τὸν παλαιὸν πρὸ τοῦ ἁγίου Πατρὸς κρατοῦντα, οὐ μὴν τὸν μεταγενέστερον κατὰ πολύ, δηλονότι τὸν τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τόμον, τὸν καταστρωθέντα εἰς τὸν δ' κανόνα τούτου τοῦ ἁγίου, ὃν καὶ ἀνάγνωθι, καθὼς ὁ Ζωναρᾶς φησι. Τοῦτο γὰρ λέγειν ἀνένδεκτον, διὰ τὸ μηδὲ εἰς ἔννοιαν τοῦ ἁγίου ἐλθεῖν τὸ μετὰ πολλὰς ἑκατονταετηρίδας γεγονός. Ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ νόμου ἐκκεχώρηται ὁ τρίτος γάμος, ἀνάγνωθι βιβλίον κη' τίτλου η' κεφ. ξγ' θέμα ς', τίτλου ιδ' κεφ. δ'. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναφαίνεται ὅτι οὐ διασπᾶται ὁ τρίτος γάμος ὡς παράνομος. Φησὶ γὰρ ὅτι ῥύπασμα μὲν τῆς Ἐκκλησίας λογίσονται οἱ τρίτοι γάμοι πάντως, ὡς μὴ ἐκχωρούμενοι ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, ἐὰν ἐρωτηθῶσι. Δημοσίαις δὲ καταδίκαις, ἤτοι φανεροῖς διασπασμοῖς, οὐχ ὑποβλέβληνται, διὰ τὸ εἶναι τὰ τοιαῦτα συνοικέσια κρείττονα τῆς πορνείας. Οἱ μὲν γὰρ οὕτω γαμήσαντες συνεσταλμένην ἁμαρτίαν διὰ τὴν πολυγαμίαν ποιοῦσιν· οἱ δὲ πορνεύοντες ἀνειμένην καὶ ἐξηπλωμένην ἁμαρτίαν ἐργάζονται ὡς ἐξ ἑτέρας γυναικὸς εἰς ἑτέραν ἀδιαφόρως μεταβαίνοντες.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ κανόνι ὁ ἅγιος οὗτος τὴν τριγαμίαν πολυγαμίαν ἔφησεν ὀνομάζεσθαι, καὶ μὴ γάμον, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην· κἀνταῦθα ῥύπασμα τῆς Ἐκκλησίας ἐκάλεσε. Πλὴν, φησὶ, δημοσίᾳ, ἀντὶ τοῦ φανερῶς καὶ ἀνυποστόλως, οὐ καταδικάζομεν αὐτήν· ὥστε καὶ διασπᾷν τὸ τοιοῦτον συνοικέσιον. Οὐ διασπᾶται δὲ, ὅτι παρὰ τὴν ἀνειμένην πορνείαν, τὴν ἀκόλαστον δηλαδὴ, καὶ ἐξ ἑτέρας γυναικὸς εἰς ἑτέραν μεταβαίνουσαν, αἱρετωτέρα ἐστὶν, ὡς πορνεία μὲν, κεκολασμένη δὲ, οἷα μιᾷ ἀρκουμένου τοῦ ἀνδρὸς γυναικί. Ἀκούων δὲ ὅτι τριγαμίας νόμος οὐκ ἔστιν, ἐκκλησιαστικὸν καὶ πνευματικὸν νόει νόμον. Ἀπὸ γὰρ Νεαρᾶς τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κωνσταντίνου ἐφεῖται καὶ ὁ τρίτος γάμος, μετὰ μέντοι διαστίξεων καὶ ἐπιτιμίων.

ΑΡΙΣΤ. Ὁ τρίγαμος ἄνομος· ὡς δὲ ῥυπάσματα τῆς Ἐκκλησίας τὰ τοιαῦτα παραβλεπόμενα, ἀστηλίτευτα, κρείττω τῆς ἀνειμένης πορνείας κρινόμενα.

Ὁ μὲν πολιτικὸς νόμος τὴν τριτογαμίαν ἐπιγινώσκει, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς τεχθέντας παῖδας νομίμους ἔχει, καὶ εἰς κληρονομίαν καλεῖ. Τοῖς δὲ κανόσιν ὁ τρίτος γάμος οὐ παραδέχεται, ἀλλ' ὡς ῥύπασμα τοῦτον τῆς Ἐκκλησίας ἔχουσιν. Ὅτι δὲ τῆς ἀνειμένης πορνείας, ἤτοι τῆς ἐκλελυμένης, ἐστὶν αἱρετώτερος, δημοσίαις μὲν καταδίκαις οὐν ὑποβάλ-

λεται· τοῦτ' ἔστιν, ὁ τρίγαμος μετὰ τῶν προσκλαιόντων οὐ τάττεται, καὶ θριαμβεύεται δημοσίᾳ ὡς κατάκριτος· ἄλλως δὲ ἐπὶ πέντε ἔτεσιν ἐπιτιμᾶται, ἐν δυσὶ μὲν, ἢ καὶ τρισὶ, τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἀκροάσεως ἀξιούμενος ἐν τοῖς βασιλικοῖς πυλῶσιν ἱστάμενος· ἐν δὲ ἑτέροις δυσὶ μετὰ τῶν πιστῶν συνιστάμενος, καὶ συγκοινωνῶν αὐτοῖς τῶν εὐχῶν, καὶ οὕτως ἀποκαθιστάμενος εἰς τὸν τόπον τῶν μεταλαμβανόντων τῶν θείων ἁγιασμάτων.

A trigamus cum deflentibus non collocatur, nec publicum triumphum agit ut condemnatus. Aliter autem in quinquennium pœnas persolvit, in duobus quidem vel etiam tribus divinarum Scripturarum dignus auditione habitus, in regiis foribus stans. In aliis autem duobus cum fidelibus constitutus et cum iis in orationibus communicans. Et sic in eorum qui divinorum sacramentorum sunt participes locum restituitur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΡΙΤΗ.

EJUSDEM

AD EUMDEM EPISTOLA TERTIA.

ΚΑΝΩΝ ΝΑ'.

Τὸ κατὰ κληρικοὺς ἀδιορίστως οἱ κανόνες ἐξέθεντο, κελεύσαντες μίαν ἐπὶ τοῖς παραπεσοῦσιν ὁρίζεσθαι τιμωρίαν, τὴν ἔκπτωσιν τῆς ὑπηρεσίας, εἴτε ἐν βαθμῷ τυγχάνοιεν, εἴτε καὶ ἀχειροτονήτῳ ὑπηρεσίᾳ προσκαρτεροῖεν.

B

109 CANON LI.

Quod ad clericos attinet canones indefinite ediderunt, unum in iis qui lapsi sunt supplicium decerni jubentes, a ministerio scilicet amotionem, sive sint in gradu, sive etiam in ministerio, quod non impositis manibus datur, perseverent.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ λβ' κανόνι διωρίσατο ὁ ἅγιος ἀπὸ παντὸς ἁμαρτήματος διὰ μόνης καθαιρέσεως κολάζεσθαι τοὺς κληρικούς. Ἐπεὶ δὴ ἔλεγόν τινες ἐκείνους λογίζεσθαι κληρικοὺς τοὺς χειροτονίαν ἔχοντας, εἰ μὴν τοὺς διὰ μόνης σφραγῖδος καταστάντας εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς (τούτους γὰρ ἤθελον πλειόνως κολάζεσθαι), διωρίσατο ὁ ἅγιος διὰ τοῦ παρόντος κανόνος πάντας τοὺς κληρικοὺς ὁμοίως διὰ μόνης καθαιρέσεως ἤτοι διὰ ἐκπτώσεως τῆς προσούσης αὐτοῖς ἱερᾶς διακονίας κολάζεσθαι, κἂν τε κεχειροτονημένοι ὦσιν, ὡς οἱ πρεσβύτεροι, οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι, κἂν τε διὰ μόνης σφραγῖδος ἐνέργειαν ἔχωσιν ἱερατικὴν, ὡς οἱ ἀναγνῶσται, καὶ ψάλται, οἱ θεωροὶ, καὶ οἱ ὅμοιοι. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ κληρικῶν διὰ χειροτονίας, ἢ διὰ σφραγῖδος καταταχθέντων εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικούς. Ἐὰν δέ τις μόνην ἔχων ἐπικουρίδα ἀπὸ ἐπισκόπου ἢ ἀπὸ ἡγουμένου ἐμπέσῃ εἰς ἔγκλημα, ἀλλοτρόπως οὗτος τιμωρηθήσεται; *Λύσις*. Καὶ ὁ τοιοῦτος κληρικός ἐστι, καὶ καταδικασθήσεται ὡς λοιποὶ κληρικοί. Κωλυθήσεται γὰρ ἐνεργεῖν οἱονδηποτοῦν ἔργον, οἷον ἐνεργοῦσιν οἱ ἔχοντες ἐπικουρίδας, οἷον οὐκ εἰσέλθῃ εἰς βῆμα, οὐκ ἀναγνῷ ἐπ' ἄμβωνος, οὐ προκόψει εἰς βαθμίδα ἱερατικήν. Θαυμάζω δὲ ὅπως τινὲς καθαιρεθέντες ἐνεργοῦσι χαρτουλαράτα ἐκκλησιαστικὰ, ἅτινα ἐνεργοῦσι μόνοι ἱερωμένοι. Ὡσαύτως θαυ-

C

D

Quod ad clericos attinet canones indefinite ediderunt, unum in iis qui lapsi sunt supplicium decerni jubentes, a ministerio scilicet amotionem, sive sint in gradu, sive etiam in ministerio, quod non impositis manibus datur, perseverent.

BALS. In can. 32 sanctus definiit propter omne peccatum clericos per solam depositionem puniri. Sed quia nonnulli dixerunt illos reputari clericos, qui ordinati sunt, non autem eos qui per solum characterem constituti sunt in gradibus ecclesiasticis (illos enim magis puniri volebant) definiit sanctus per præsentem canonem, omnes similiter clericos per solam depositionem, seu lapsum a sacro quod ad eos pertinet ministerio, puniri, sive sint ordinati ut presbyteri, diaconi, et hypodiaconi, sive per solum characterem operationem sacerdotalem habeant, ut lectores, cantores, sacrorum vasorum custodes, et similes. Et hæc quidem de clericis per ordinationem, vel characterem in ecclesiasticis gradibus collocatis. Si quis autem ab episcopo, vel monasterii præfecto solam tonsuram habens in crimen inciderit, isne alio modo punietur? *Sol.* Et talis quoque est clericus, et condemnabitur ut reliqui clerici. Prohibebitur enim quodvis opus exercere, cujusmodi exercent qui habent tonsuras; quemadmodum non conscendet tribunal, non leget in ambone, ad sacerdotalem gradum non promovebitur. Miror autem, quomodo nonnulli depositi chartularata ecclesiastica exercent, quæ quidem soli sacrati exercent. Similiter miror, quomodo qui solas habent tonsuras, et peccantes

examinantur, et omnino ut laici puniuntur. Vidi enim indiscriminatim fieri. Nota autem ex præsenti canone, quod quoniam archonticia dantur per characterem, sunt et ea gradus, et injuria afficiuntur, qui ab episcopis ex officiis suis indicta in judicio causa expelluntur, vel in stationibus suis ignominiose tractantur. Neque enim habent episcopi facultatem hoc in eis faciendi post characterem, quod non possunt facere in diaconicis dignitatibus.

μάζω πῶς οἱ ἔχοντες μόνας ἐπικουρίδας, καὶ ἁμαρτάνοντες ἐτάζονται, καὶ ἁπλῶς ὡς λαϊκοὶ κολάζονται. Εἶδον γὰρ τοῦτο διαφόρως. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι, ἐπεὶ καὶ τὰ ἀρχοντίκια διὰ σφραγῖδος δίδονται, βαθμοὶ καὶ ταῦτά εἰσι· καὶ ἀδικοῦνται οἱ παρὰ ἐπισκόπων ἀκρίτως ἐκ τῶν ὀφφικίων αὐτῶν ἐκβαλλόμενοι, ἢ ἐν ταῖς στάσεσιν αὐτῶν περιυβριζόμενοι. Οὐδὲ ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ ἐπίσκοποι ποιεῖν ἐπ' αὐτοῖς μετὰ τὴν σφραγῖδα, ὅπερ οὐ δύνανται ποιεῖν εἰς τὰ διακονικὰ ἀξιώματα.

ZONAR. Omnes, ait, clericos, sive manuum impositionem habeant, sive absque manuum impositione ministrent, ubi peccaverint, depositione a gradu, vel a ministerio, canones puniunt. Nec enim in eos qui in sublimiore gradu constituti sunt gravius animadvertunt, veluti presbyteros, diaconos, et hypodiaconos, qui etiam impositionem manuum, hoc est, ordinationem habent; in eos autem qui in inferiore, levius, quos etiam nulla manuum impositione creatos dicit, veluti qui solo charactere, non autem impositione manuum creantur: sed omnes pariter a gradu et ministerio depositione puniunt.

ΖΩΝΑΡ. Πάντας, φησὶ, τοὺς κληρικοὺς, εἴτε χειροθεσίαν ἔχουσιν, εἴτε ἀχειροθέτητοι ὑπηρετοῦσι, παραπεσόντας, ἐκπτώσει κολάζουσιν οἱ κανόνες τοῦ βαθμοῦ ἢ τῆς ὑπηρεσίας. Οὐ γὰρ τοὺς μείζονος ὄντας βαθμοῦ μᾶλλον κολάζει· οἷον πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους, τοὺς καὶ χειροθεσίαν ἔχοντας, ἤτοι χειροτονίαν· τοὺς δὲ κατωτέρω κυυφότερον, οὓς καὶ ἀχειροθετήτους ἔφη, ὡς μόνῃ σφραγῖδι γινομένους, καὶ οὐκ ἐπιθέσει χειρῶν· ἀλλὰ πάντες ἐκπτώσει κολάζονται τοῦ βαθμοῦ καὶ τῆς ὑπηρεσίας.

ARIST. Etiam clerici qui in delictum incidunt, gradibus decidunt sive ministrent, sive ordinentur.

Ecclesiæ ministri sive sint in gradu presbyterorum, diaconorum, hypodiaconorum, cantorum, et lectorum, sive manuum impositiones non habent, ut qui sacra vasa custodiunt, aut candelas accendunt, et quibus concredita est sanctarum altaris forium custodia, si in fornicationem inciderint, unum hoc supplicium habent, ut a ministerio suo decidant.

ΑΡΙΣΤ. Καὶ κληρικοὶ παραπίπτοντες τῶν βαθμῶν ἀποπίπτουσιν, εἴτε ὑπηρετοῦσιν, εἴτε χεχειροτόνηνται.

Οἱ ὑπηρέται τῆς Ἐκκλησίας, εἴτε ἐν βαθμῷ τυγχάνουσιν πρεσβυτέρων, διακόνων, ὑποδιακόνων, ψαλτῶν, καὶ ἀναγνωστῶν, εἴτε καὶ ἀχειροτόνητοί εἰσιν, ὡς θεωροὶ, κανδιάπται, καὶ οἱ τὴν φυλακὴν ἐμπεπιστευμένοι τῶν ἁγίων θυρῶν τοῦ θυσιαστηρίου, εἰ παραπίσωσιν εἰς πορνείαν, μίαν τὴν τιμωρίαν ἔχουσι, τὸ ἐκπεσεῖν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν.

110 CANON LII.

Quæ fetus in via nati curam non gessit, si cum posset quidem servare neglexerit, vel se ideo peccatum celare existimans, vel etiam omnino belluina, et inhumana cogitatione impulsa, tanquam propter homicidium judicetur. Sin autem eum concinnare et componere non potuit, et propter solitudinem, rerumque necessariarum inopiam fetus interiit, matri ignoscendum est.

ΚΑΝΩΝ ΝΒ'.

Ἡ τοῦ κυήματος (11) κατὰ τὴν ὁδὸν ἀμελήσασα, εἰ μὲν δυναμένη περισώσασθαι κατεφρόνησεν, ἢ συγκαλύψειν ἐντεῦθεν τὴν ἁμαρτίαν νομίζουσα, ἢ ὅλως θηριώδει καὶ ἀπανθρώπῳ λογισμῷ χρησαμένη, ὡς ἐπὶ φόνῳ κρινέσθω. Εἰ δὲ οὐκ ἐδυνήθη περιστεῖλαι, καὶ διὰ ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων διεφθάρη τὸ γεννηθὲν, συγγνωστὴ ἡ μήτηρ.

BALS. In can. 33 sanctus de ea, quæ in via peperit, et fetum neglexit, angustius statuit: nunc

ΒΑΛΣ. Ἐν μὲν λγ' κανόνι στενώτερον διορισμὸν πεποίηκεν ὁ ἅγιος χάριν τῆς ἐν τῇ ὁδῷ κυησάσης,

Guill. Beveregii notæ.

(11) *Ἡ τοῦ κυήματος.* Constantini Harmenopuli epitome hujus canonis sic se habet: Ἡ δὲ τὸ κύημα δι' ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἀπολωλεκυῖα συγγνωστή. *Quæ vero partum propter solitudinem vel necessariorum penuriam amisit, veniam meretur.* In quam epitomen Scholiastes hæc notat, Ἡ ἀκουσίως ἀποβαλοῦσα τὸ βρέφος ἐπὶ ἔτος ἓν παρὰ τῷ Νηστευτῇ καταδικάζεται. Ἡ δὲ τῷ βρέφει κοιμωμένῳ ἐμπεσοῦσα καὶ ἀποπνίξασα, ἐπὶ τριετίαν. Ἡ δὲ καταφρονήσασα τοῦ κυήματος, τῇ ἀμελείᾳ ταύτης ἀποφυσάντος, ἑκουσίου φόνου δίδωσι δίκας· καὶ παιδίου ἀβαπτίστου ἀποθανόντος τῇ τῶν οἰκείων ἀμελείᾳ γονέων, ἐπὶ τριετίαν οἱ γονεῖς καταδικάζονται. Περὶ δὲ τῶν ἐκτιθεμένων τὰ οἰκεῖα βρέφη πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν ἱερῶν λόγος ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου γέγονε, καὶ ἥρεσεν ὡς φονευτρίας ταύτας κολάζεσθαι, κἂν ἕτερος ἀνέληται, καὶ ἐπιμελησάμενος ζωογονήσῃ. *Quæ præter animi sententiam amisit infantem ad annum unum apud Jejunatorem damnatur. Quæ vero super infantem sopitum corruit, eumque suffocavit, ad triennium. Quæ autem partum neglexit, extinctum culpa sua, voluntariæ cædis pœnas luit. Itidem cum puer non baptizatus mortuus sit, parentum suorum culpa, parentes ad triennium condemnantur. De iis vero, quæ proprios infantes ad templorum introitus exponunt, proposita est in sacra synodo quæstio, placuitque puniri has tanquam homicidas; licet alius eos sustulerit, et adhibita cura conservarit.* Harmen. epit. can. sect. 6.

καὶ ἀμελησάσης τοῦ κυήματος· νῦν δὲ πλατύτερον διατάττεται τὰ εἴδη τῆς ἀμελείας, καί φησι ὅτι, εἰ μὲν ἐκ πορνείας ἢ μοιχείας συλλαβοῦσα κρύφα, ἢ κυήσασα καὶ φοβουμένη τὸν ἔλεγχον, ἐσπούδασε διὰ τοῦ φονευθῆναι τὸ γεννηθὲν συγκαλύψαι τὴν ἁμαρτίαν, ἢ καὶ θηριωδῶς, ἤγουν ἀπανθρωπίνως, ἐχρήσατο τῷ τεχθέντι, τουτέστι κατὰ θῆρας κατεσθίοντας τὰς ἀνθρωπίνας σάρκας, καὶ μὴ φειδομένους αὐτῶν, οὐκ ἠλέησε τοῦτο, ὀφείλει δοῦναι λόγους φονέως. Εἰ δὲ ἤθελε μὲν περισῶσαι τὸ βρέφος, οὐκ ἐδυνήθη δὲ διὰ ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων, κἀντεῦθεν ἐφθάρη τοῦτο, συγγνώμης ἀξιωθήσεται. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ λγ' κανόνι εἴπομεν ὡς ἡ γεννήσασα καθ' ὁδὸν, καὶ ἀμελῶς, ἢ καὶ δολερῶς ἐπὶ τῷ γεννηθέντι διατεθεῖσα, ὡς φονεύσασα κρίνεται, οὐ μόνον ἐὰν διεφθάρη τὸ κυηθὲν, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὑφ' ἑτέρου ἐζωογονήθη· λέγομεν πάλιν ὅτι καὶ ἐξ ὧν μὲν ἐκεῖσε ἐγράψαμεν παρίσταται τοῦτο, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναφαίνεται. Ἔνθα μὲν γὰρ καταφρόνησιν ἢ δόλον εἰσάγει ὁ ἅγιος τῆς γυναικὸς, οὐ προστίθησι διαφορὰν τοῦ γεννηθέντος, ἀλλά φησιν ὡς ἐπὶ φόνῳ κρίνεσθαι τὴν μητέρα, τουτέστι, κἂν μὴ φονευθῇ τὸ κυηθὲν, κατακρίνεσθαι ταύτην διὰ τὴν κακὴν διάθεσιν· φονευθέντος γὰρ τοῦ παιδίου κατὰ δόλον ἢ ῥᾳθυμίαν ἐκείνης, ἀμάχως ὤφειλεν ὡς φονεύτρια καταδικάζεσθαι. Ὅταν δὲ οὔτε ἀμέλειαν οὔτε δόλον προβῆναι τῆς μητέρος φησὶ, κἀντεῦθεν ταύτην συγγινώσκεσθαι, καὶ προστίθησι διαφαρῆναι τὸ γεννηθὲν ἀπὸ ἐρημίας, ἢ ἀπορίας τῶν ἀναγκαίων. Εἰ γὰρ ἔζη, καὶ οὐδὲ ἀμέλεια προέβη τῆς μητέρος, πῶς ἂν τις εἴποι ταύτην εὐθύνεσθαι; Τὸ δὲ θηριωδῶς διατεθῆναι τὴν μητέρα, ἐκλαβοῦ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν, καὶ μὴ, ὥς τινες εἶπον, κατὰ τὴν μητροκομίαν τῶν θηρίων. Οἱ γὰρ πλείους τῶν θηρίων τοὺς σκύμνους αὐτῶν ἐπιμελῶς περιέπουσι, καὶ τρέφουσι, καὶ αὐτῶν προκινδυνεύουσι, καὶ οὐ χρὴ τούτοις παραλληλίζεσθαι τὰς δολερὰς καὶ ῥᾳθύμους μητέρας. Αὐτίκα ἡ λέαινα τοσοῦτον κήδεται τῶν σκύμνων αὐτῆς, ὡς, τοῦ φωλεοῦ ἐξιοῦσα τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτῆς διὰ τοῦ οὐραίου συγχέουσα, οὐ παραχωρεῖ ἐξιχνιασθῆναι τὸν φωλεὸν αὐτῆς ὑπὸ θηρευτοῦ, καὶ ἀναιρεθῆναι τὰ ἔγγονα.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ τῆς ἐν ὁδῷ τεκούσης καὶ ἀμελησάσης τοῦ κυηθέντος καὶ ἐν λγ' κανόνι διετάξατο ὁ ἅγιος. Νῦν δὲ σαφέστερον διατάττεται φάσκων ὅτι, εἰ μὲν δυναμένη περισῶσαι τὸ γεννηθὲν, ἠμέλησεν αὐτοῦ διὰ συγκαλύψαι τὴν ἁμαρτίαν, ἐκ πορνείας ἴσως, ἢ μοιχείας συλλαβοῦσα, ἢ καὶ ἀπανθρώπως καταφρονήσασα τοῦ τεχθέντος καὶ θηριωδῶς· ἐχρήσατο δὲ τῇ λέξει ἀντὶ τοῦ ὠμῶς καὶ ἀπηνῶς. Οὐ γὰρ οὕτω τὰ θηρία ποιοῦσιν, ἀλλὰ τίκτοντα περὶ τοὺς σκύμνους ἐπιμελῶς διατίθενται· καὶ περιέπουσι καὶ τρέφουσι τὰ ἔγγονα, καὶ τούτων προκινδυνεύουσιν· εἰ μὲν οὖν οὕτω, φησὶ, κατεφρόνησε τοῦ τεχθέντος, ὡς φονεύσασα κατακρινέσθω. Εἰ δὲ ἤθελε μὲν περισῶσαι τὸ βρέφος, οὐκ ἠδυνήθη δὲ δι' ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων, ἢ διὰ φόβον, ἴσως συγγνωσθήσεται.

autem fusius decernit de speciebus negligentiæ, et dicit, quod si quæ ex fornicatione quidem, vel adulterio clam vel concepit, vel peperit, et timens ne convinceretur, statuit per nati fetus interitum celare peccatum, vel etiam belluine, seu inhumane in fetum se gessit, hoc est instar ferarum quæ carnes humanas devorant, et eis non parcunt, ejus non miserta est, debet instar homicidæ puniri. Sin autem volebat quidem infantem servare, sed non potuit propter solitudinem et rerum necessariarum inopiam, et eo factum est ut interiret, digna erit cui ignoscatur. Sed quia in can. 33 diximus, quod quæ in via peperit, et negligenter, vel etiam fraudulenter in id quod natum est, affecta est, ut homicida judicatur, non solum si interiit quod natum est, sed etiam si ab alio educatum sit. Rursus quoque dicimus, quod etiam ex iis quæ illic scripsimus hoc probatur : non minus autem et ex præsenti canone apparet. Illic enim sanctus mulieris contemptum, vel fraudem inducit : non addit autem fetus interitum. Sed dicit tanquam ob homicidium matrem condemnari, hoc est etiam si fetus non fuerit interfectus, condemnari autem propter malam affectionem. Infante enim illius dolo vel socordia interfecto, debebat sine controversia ut homicida puniri. Quando autem nec per negligentiam nec per dolum matris id evenerit, dicit illi quoque ignosci oportere, et adjicit fetum interire a solitudine, et a rerum necessariarum inopia. Si enim vixisset, nec matris negligentia processisset quomodo quis eam criminandam esse diceret? Illud autem, matrem belluine affici, accipe secundum præsentem interpretationem, et non ut dicebant aliqui, secundum ferarum maternam educationem. Permultæ enim feræ pullos suos diligenter curant et educant, et pro eis pericula subeunt, nec sunt eis conferendæ dolosæ et socordes matres. Jam enim leæna tantam suorum catulorum curam gerit, ut antro egrediens, et pedum suorum vestigia cauda confundens, non sinat antrum suum investigari a venatore, et fetus suos interimi.

ZONAR. De muliere, quæ in via peperit, fetumque neglexit, tricesimo tertio quoque canone decretum sanctus vir promulgavit. Nunc vero apertius definit, dicens, siquidem cum posset, id quod editum erat servare, illud neglexit, ut peccatum celaret, (forte namque ex fornicatione, vel adulterio conceperat) vel etiam partum inhumaniter et ferino more contempsit; usus est porro hac formula, [ferino more] ut crudelitatem sævitiamque significaret. Nec enim ferarum iste mos est, sed ubi pepererunt sedulitatem in catulis suis nutriendis adhibent, foventque et alunt fetus, ac pro iis pericula subeunt; siquidem igitur, ait, hac ratione partum suum neglexit, tanquam homicidii rea damnetur. Sin autem voluit illa quidem servare infantem, verumtamen haud potuit, quod in desertis locis deprehensa, ac rebus necessariis destituta esset, aut ob metum aliquem, forte impune feret.

111 ARIST. Quæ propter solitudinem aut rerum necessariarum inopiam fetum neglexit criminis expers est.

A

ΑΡΙΣΤ. Ἡ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος δι' ἐρημίαν ἢ ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἀνεύθυνος.

CANON LIII.

Vidua ancilla forte non multum lapsa est, quæ sub raptus simulatione, secundum matrimonium elegit. Quamobrem eam de illo accusare non oportet: neque enim simulatio judicatur, sed voluntas. Clarum est autem quod illam manet pœna digamiæ.

KANΩN NΓ'.

Ἡ χήρα δούλη τάχα οὐ μέγα ἔπταισεν ἑλομένη δεύτερον γάμον ἐν σχήματι ἁρπαγῆς. Ὥστε οὐδὲν τούτου ἕνεκεν ἐγκαλεῖσθαι χρή. Οὐ γὰρ τὰ σχήματα κρίνεται, ἀλλ' ἡ προαίρεσις. Δῆλον δὲ ὅτι τὸ τῆς διγαμίας μένει αὐτῇ ἐπιτίμιον.

BALS. Ancilla, inquit sanctus, vidua et volens quidem secundum matrimonium contrahere, forte autem ne hoc faciat retardata, propterea quod a suis filiis vel a primis conjugii cognatis damnaretur, et propterea se raptam fuisse præ se ferens per futurum conjugem, accusari non potest, quia non est verus raptus, sed velatus sub secundi matrimonii prætextu. Æquum est autem neminem a prætextu seu simulatione damnari, sed ex affectione et voluntate. Quare si non suberat secundi matrimonii ratio, sed propter fornicationem se raptam esse simulavit, ut quæ fornicata sit puniatur. Viduam autem ne dixerit esse et ancillam, sed fuisse quidem aliquando ancillam, nunc autem liberam. Ipsa enim potest primum et secundum contrahere matrimonium, sed non ancilla, quæ a lege non cognoscitur, et a legitimis contractibus. Quoniam autem nonnulli, canone ad ancillam traducto, dixerunt quod post simulatum raptum dominus secundo matrimonio annuit, et sic quoque fortasse existimarunt fornicationem effugere, tanquam matrimonio per domini consensum confirmato, audiant quod quoniam primum matrimonium factum est ancillæ cum libero, tunc autem necessario quoque consensus domini consecutus est, est supervacaneum, vel potius non admittendum, ut supponatur eam fuisse ancillam tempore simulati raptus. A primo enim matrimonio, quod domini consensu factum est, ancilla tacite libera est, nec amplius opus habuit consensu ejus qui fuit aliquando dominus, ad secundum matrimonium. Interrogaverit autem quispiam, cum leges et canones, quemadmodum sæpe dictum est, non permittant ut raptores raptis legitime conjungantur, etiamsi raptarum voluntate fiat raptus, quomodo dicit præsens canon a raptu simulato non impediri secundum matrimonium. *Sol.* Hic raptus a viro factus non est, nec ulla actio, quæ raptum constituat, sed mulier quæ volebat secundo nubere, se raptam fuisse simulavit propter causas dictas superius. Si enim raptus omnino factus est, nec matrimonium quidem inter eos intercedet, sed raptorum, et fornicatorum pœnis omnino subjicientur.

B

C

D

ΒΑΛΣ. Ἡ δούλη, φησὶν ὁ ἅγιος, ἡ χηρεύσασα, καὶ θέλουσα μὲν δευτερογαμῆσαι, ἴσως δὲ συστελλομένη τοῦτο ποιῆσαι διὰ τὴν ἀπὸ τῶν οἰκείων πλίδων, ἢ καὶ τῶν ἐκ τοῦ πρώτου συνοικεσίου συγγενῶν κατάγνωσιν, καὶ σχηματιζομένη διὰ τοῦτο ἁρπαγῆναι παρὰ τοῦ μελλοσυζύγου, ἀκαταιτίατός ἐστι· διότι οὐκ ἀληθὴς γέγονεν ἁρπαγή, ἀλλὰ ἐσχηματισμένη διὰ πρόφασιν δευτερογαμίας. Δίκαιον δέ ἐστι μὴ κατακρίνεσθαί τινα ἀπὸ σχήματος καὶ ὑποκρίσεως, ἀλλὰ ἀπὸ διαθέσεως καὶ προαιρέσεως. Ὥστε εἰ μὴ ὑπέκειτο ὁ λόγος τῆς δευτερογαμίας, ἀλλὰ διὰ πορνείαν ἁρπαγῆναι ἐσχηματίσατο, ὡς πορνεύσασα ἂν ἐκολάσθη. Τὴν χήραν δὲ μὴ εἴπῃς εἶναι καὶ δούλην, ἀλλὰ δούλην μὲν εἶναί ποτε, ἀρτίως δὲ ἐλευθέραν. Αὕτη γὰρ δύναται πρῶτόν τε καὶ δεύτερον συναλλάττειν γάμον· οὐ μὴν ἡ δούλη ἡ ἀνεπιγνώστως τῷ νόμῳ καὶ τοῖς νομίμοις συναλλάγμασιν. Ἐπεὶ δέ τινες ἐκλαβόμενοι τὸν κανόνα εἰς δούλην εἶπον ὅτι μετὰ τὴν ἐσχηματισμένην ἁρπαγὴν ἐπένευσε τῷ δευτέρῳ γάμῳ ὁ δεσπότης, καὶ οὕτω τάχα ἐνόμισαν τὴν πορνείαν διαφυγεῖν, ὡς κυρωθέντος τοῦ γάμου διὰ τῆς συναινέσεως τοῦ δεσπότου· ἀκουσάτωσαν ὅτι, ἐπεὶ πρώτως γέγονε γάμος τῆς δούλης μετὰ ἐλευθέρου, ἐξ ἀνάγκης δὲ τηνικαῦτα καὶ συναίνεσις τοῦ δεσπότου παρηκολούθησε, περιττὸν, μᾶλλον δὲ ἀνένδεκτόν ἐστι τὸ θεματισθῆναι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐσχηματισμένης ἁρπαγῆς εἶναι αὐτὴν δούλην. Ἀπὸ γὰρ τοῦ πρώτου γάμου κατὰ συναίνεσιν τοῦ δεσπότου γενομένου ἠλευθερώθη σιωπηρῶς ἡ δούλη, καὶ οὐκ ἐδέετο συναινέσεως τοῦ ποτε δεσπότου ἐπὶ δευτερογαμίᾳ. Ἐρωτήσει δέ τις ὡς τῶν νόμων καὶ τῶν κανόνων, καθὼς διαφόρως εἴρηται, μὴ παραχωρούντων τοὺς ἁρπαγας νομίμως συναπτεσθαι ταῖς ἁρπαγείσαις, κἂν κατὰ θέλησιν τῶν ἁρπαγεισῶν ἡ ἁρπαγὴ γέγονε, πῶς ὁ παρὼν κανὼν φησιν ἀπὸ τῆς ἐσχηματισμένης ἁρπαγῆς μὴ ἐμποδίζεσθαι τὴν δευτερογαμίαν; Λύσις. Ἐνταῦθα οὐ γέγονεν ἁρπαγὴ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, οὐδέ τις πρᾶξις τὴν ἁρπαγὴν συγκροτοῦσα, ἀλλὰ ἡ γυνὴ, θέλουσα τὴν δευτερογαμίαν, ἐσχηματίσατο τὴν ἁρπαγὴν διὰ τὰς ἄνωθεν ῥηθείσας αἰτίας. Εἰ γὰρ ὅλως γέγονεν ἁρπαγὴ οὔτε γάμος ἂν συνέστη μέσον αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ τῶν ἁρπαζόντων καὶ πορνευόντων ἐπιτιμίοις ἂν ὑπέπεσον.

ZONAR. Ancilla, cum vidua esset, a quodam forte fortuna rapta fuit. Ea vero se sponte raptori tradidit, et cum eo legitime matrimonio est copulata. Affirmat igitur hic magnus Pater, ejusmodi mulierem secundas elegisse nuptias, per raptus simulationem, hunc porro raptum nuptiarum causa simu-

ΖΩΝΑΡ. Δούλη χηρεύσασα ἡρπάγη δῆθεν παρά τινος· ἡ δὲ ἑκοῦσα ἑαυτὴν ἐπέδωκε τῷ ἁρπάσαντι, καὶ συνῴκησεν αὐτῷ νομίμως. Λέγει οὖν ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ ὅτι δεύτερον εἵλετο γάμον ἡ τοιαύτη, σχηματισαμένη τὴν ἁρπαγὴν· καὶ τὴν ἁρπαγὴν δὲ διὰ τὸν γάμον ἐσχημάτισατο. Κρίνομεν δὲ οὐ τὴν ὑπόκρισιν,

ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν. Οὐ γὰρ ἵνα ἁπλῶς μίξεως ἀπολαύσῃ πορνικῆς τῷ ἀνδρὶ συνῆλθεν, ἀλλ' ἐπὶ γάμῳ, καὶ λοιπὸν οὐ χρὴ ἐγκαλεῖσθαι αὐτὴν ὡς πορνεύσασαν. Τὸ δὲ τῆς δι γαμίας ἐπιτίμιον οὐκ ἐκφεύξεται. Ἐπεὶ δὲ τὴν τοιαύτην δούλην ὠνόμασεν ὁ κανών, νομιστέον ὅτι ὁ δεσπότης αὐτῆς μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τὴν ἐσχηματισμένην ἐπένευσε τῷ γάμῳ. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, πορνεία ἐστὶ τὸ γενόμενον κατὰ τὸν μ' κανόνα τοῦ ἁγίου τούτου Πατρός.

A lasse. Indicamus vero, non simulationem, sed voluntariam electionem. Non enim ea de causa solummodo ut fornicario concubitu frueretur, cum viro convenit, sed ut celebraret nuptias, ac proinde illam veluti fornicariam accusari minime oportet. Digamiæ vero multam nequaquam effugiet. Quoniam vero ancillam hanc canon appellavit, existimare debemus ipsius dominum post raptum illum simulatum, nuptiis annuisse. Nam si id non fecerit, erit ea videlicet fornicatio, ut quadragesimo hujus sancti Patris canone sancitum est.

112 ΑΡΙΣΤ. Οὐ μέγα πταῖσμα τῇ χήρᾳ δούλῃ, πρὸς δεύτερον γάμον ἁρπαζομένῃ· τὸ δὲ τῆς δι γαμίας τὸ ἐπιτίμιον ἕξει.

112 ARIST. Magnum crimen ancillæ viduæ ad secundas nuptias raptæ non inferatur. Digamiæ vero pœnam solvet.

Ἐπειδὴ αἱ δοῦλαι ἄνευ γνώμης τῶν δεσποτῶν αὐτῶν συναλλάσσειν γάμον οὐ δύνανται, κατὰ τοῦτο οὐ B δοκεῖ μέγα πταῖσαι ἡ χήρα δούλη σχηματισαμένη, ὑπό τινος ἁρπαγεῖσα, τὸν πρὸς αὐτὴν ἑλομένη γάμον. Λοιπὸν οὐδὲ τὰ περὶ τῆς ἁρπαγῆς τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν ἐπ' αὐτῆς χώραν ἕξουσι· διότι, κἂν ἐσχηματίσατο ἁρπαγῆναι, ἀλλὰ κατὰ θέλησιν αὐτῆς ἠκολούθησε· καὶ οἱ κανόνες οὐ τὰ σχήματα, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν κρίνουσιν. Ἔσται οὖν ὁ πρὸς αὐτὴν γάμος, ἐὰν καὶ ὁ δεσπότης αὐτῆς συναινῇ, βέβαιος· τὸ δὲ τῶν δι γάμων ἐπιτίμιον ἐπιγνώσεται.

Quandoquidem ancillæ sine dominorum suorum sententia nuptias contrahere nequeunt, ideirco vidua serva non multum lapsa videtur, simulans se ab aliquo rapi, matrimonio ei conjungi cupiens. Porro nec quæ ad liberarum mulierum raptum pertinent, in ea locum habebunt, quia quamvis se rapi simulat, tamen sua voluntate secuta est. Et canones non judicant simulationes, sed voluntatem. Erit itaque matrimonium cum ea initum, si dominus ejus assentiatur, firmum, sed digamorum pœnam dabit.

ΚΑΝΩΝ ΝΔ'.

Τὰς τῶν ἀκουσίων φόνων (12) διαφορὰς πρό χρόνων οἶδα, ἐπιστείλας τῇ θεοσεβείᾳ σου, κατὰ τὸ ἡμῖν δυνατὸν, καὶ πλέον ἐκείνων οὐδὲν εἰπεῖν δύναμαι. Τῆς δὲ σῆς συνέσεώς ἐστι κατὰ τὸ ἴδίωμα τῆς περιστάσεως ἐπιτείνειν τὰ ἐπιτίμια, ἢ καὶ ὑφεῖναι.

CANON LIV.

De involuntariis cædibus scio me ante hoc tempus tuæ scripsisse sanctitati pro viribus nostris, et nihil ultra illa possum dicere: est autem tuæ prudentiæ pro circumstantiæ proprietate pœnas intendere vel remittere.

ΒΑΛΣ. Καὶ πάλιν ἠρωτήθη ὁ ἅγιος πῶς ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ ἀκουσίους φόνους ἐργασάμενοι. Καὶ ἀπελογήσατο ὅτι Πλέον ὧν εἶπεν ἐν τῷ η' κανόνι περὶ ἀκουσίων φόνων, εἰπεῖν οὐ δύναμαι. Ἐνέδωκε δὲ τῷ οἰκονομοῦντι τὸν ἁμαρτήσαντα τὸν ἀκούσιον φόνον, ἢ αὔξειν τὸ ἐπιτίμιον, ἢ ἐλαττοῦν κατὰ τὸ ἴδίωμα τῆς περιστάσεως, ἤγουν κατὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ φόνου, καὶ κατὰ τὴν ποιότητα τοῦ φονεύσαντος προσώπου καὶ τὴν διάθεσιν. Ὅτι δὲ πολυτρόπως, ἤγουν ποτὲ μὲν βαρέως, ποτὲ δὲ ἐλαφρῶς κολάζονται οἱ ἀκούσιοι φόνοι, δῆλόν ἐστι καὶ ἀπὸ τῶν ὀσημέραι περιπιπτόντων παραπτωμάτων εἰς τὰ βρέφη τὰ ἐν ταῖς ἀγκάλαις πολλάκις τῶν μητέρων ἀποθνήσκοντα. Εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ μέθης βαρέως D ὑπνώσασα ἡ μήτηρ, καὶ τὸ βρέφος ἀτημέλητον καταλείψασα, ἔδωκε τὴν αἰτίαν τοῦ φόνου, πικρῶς ἐπι-

BALS. Sanctus rursus etiam interrogatus est, quomodo debent puniri qui cædes involuntarie perpetrant, et respondit: Plus quam dixi in octavo canone, non possum de involuntariis homicidiis dicere. Concessit autem ei cujus munus est de eo qui involuntarium homicidium commisit, judicare, pœnam vel augere, vel minuere secundum proprietatem circumstantiæ, seu secundum modum et causam cædis, et secundum qualitatem personæ quæ interfecit ejusque affectionem. Quod autem varie scilicet aliquando quidem graviter, aliquando leviter puniuntur cædes involuntariæ, clarum est ex iis quæ quotidie accidunt circa infantes, quæ in matrum ulnis sæpe moriuntur. Si enim ex ebrietate mater gravi somno affecta, relicto incurato infante dedit causam cædis, acerbe punietur. Sin autem ex mala

Guill. Beveregii notæ.

(12) *Τὰς τῶν ἀκουσίων φόνων.* Scholiastes Harmenopuli. Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Λουκᾶ στρατιώτῃ τινὶ, φόνον ἑκούσιον πεποιηκότι, ἐπίσκοπός τις ἐπὶ μετρίῳ πάνυ καιρῷ ἐγγράφως τὴν ἄθυνσιν (sic) ἔδωκε. Καὶ ἐγκαλούμενος παρὰ τῇ συνόδῳ τὸν κανόνα προέτεινεν, ὃς τοῖς ἐπισκόποις ἐπιτρέπει τὴν ἐξουσίαν ἢ ἀνεῖναι ἢ ἐπιτεῖναι τοῖς μετανοοῦσι τὰ ἐπιτίμια. Ἀλλ' ἠκουσεν, ὅτι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐδόθη μὲν τοῦτο, οὐ μὴν ἀνεξετάστῳ καὶ ὑπερβαλλούσῃ χρῆσθαι συγχαταβάσει· ὅθεν τὸν μὲν στρατιώτην ἡ σύνοδος τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις καθυπέβαλε, τὸν δὲ ἀρχιερέα δίκαι ἀπῄτησε τὴν ἐν τρισμήνῳ καιρῷ τῆς λειτουργίας ἐπίσχεσιν. *Sub*

Luca patriarcha militi cuidam, qui cædem voluntariam commiserat, episcopus quidam intra perexiguum tempus absolutionem per scripturam concesserat; et cum accusaretur apud synodum, canonem prætendebat qui pœnitentiam agentibus pœnas vel remittendi vel augendi potestatem dat episcopis. Sed ei responsum fuit, concessum id quidem pontificibus, non tamen ut citra explorationem et nimia commiseratione uterentur. Quare militem synodus canonicis pœnis subjecit, et pontificem quoque multavit, ad tres menses a ministerio abstinere jussum. Harmen. epit. can. sect. 5, tit. 3.

valetudine profunde dormiit, et infantulo mortiferum somnum præbuit, levius punietur. Ego autem vidi quamdam mulierem divitem et delicatam, graviter punitam, quod per se, et non per nutrices infantem mammæ aleret, et propter inscitiam importune eum lactans, pro lacte, mortifero eum veneno potavit. Nota hoc propter matres quæ per incuriam lactentes suos infantes suffocant.

ZONAR. Supra octavo canone, de involuntariis cædibus scripsit, nec se quid ultra illa dicat, habere asserit. Permittit autem illi, cujus munus est de eo qui involuntariam cædem patravit, judicare, ut pœnas intendat, vel remittat pro circumstantiæ proprietate, hoc est, pro modo, et causa cædis, et pro ea quam in cædis auctore animadvertit, pœnitentiæ affectione.

ARIST. Homicidarum pœnæ pro circumstantiarum ratione augentur, aut minuuntur.

Voluntariarum quidem et involuntariarum cædium pœnas magnus hic Ecclesiæ præceptor determinatas dedit: eas autem extendere aut diminuere, ad necessitatem incidentem ejus judicio qui ligandi et solvendi potestatem accepit, committitur.

113 CANON LV.

Qui se latronibus adversos objiciunt, si sint quidem extra Ecclesiam, a boni communione arcentur, si sint autem clerici a gradu deponuntur. Quicunque enim, inquit, gladium accepit, gladio peribit.

BALS. In XIII canone sanctus consulendo definiit, ut qui in bello interfecissent a sacramentorum communione abstinerent tribus annis integris. Hic autem eos qui se latronibus opposuerant, et eos interfecerant, si sint quidem laici, arcet a sancta communione. Clericos autem depositioni subjicit, et dicit se hoc definiisse, secundum Scripturam quæ dicit, *Quicunque gladium acceperit, gladio peribit*[1]. Gladium autem et mortem vocat, depositionem, sacramentorum privationem. Ab iis enim qui sapiunt hæc mortiferum supplicium existimantur. Quia autem can. 43 instar consilii editum dicebant nonnulli, non afferre necessitatem, et propterea despici, dicimus quod ex præsenti canone, qui indistincte punit eos qui se defendunt et latrones interficiunt, apparet illum etiam canonem jam afferre necessitatem. Et ecclesiastica quidem lex eos sic punit, secundum autem thema 14 cap. 39 tit. 60 lib. sic dici expresse: Invadentem latronem licet sine periculo occidere. Tempore autem sanctissimi illius patriarchæ domini Constantini, Chliareni, cum quidam milites accessissent ad sanctissimam Dei Magnam Ecclesiam, et se armatos in latrones incidisse dicerent in clausura sancti Basilii, et eos interfecisse, et vellent scire, quid agendum synodaliter disputatum est, an omnes qui latrones inter-

[1] Matth. XXVI, 55.

τιμηθήσεται· εἰ δὲ ἀπὸ κοπηρᾶς ἐνεργείας; βιωτικῆς βαθέως ὕπνωσε καὶ τῷ βρεφυλλίῳ ἐπιθανάτιον ὕπνον ἐπώρεξε, κουφότερον ἐπιτιμηθήσεται. Ἐγὼ δὲ εἶδον γυναῖκα πλουσίαν καὶ τρυφερὰν βαρέως ἐπιτιμηθεῖσαν ὅτι δι' ἑαυτῆς καὶ οὐ διὰ τιτθῶν ὑπομάζιον ἔτρεφε, καὶ ἐξ ἀπειρίας ἀπροσέκτως τὸ βρέφος θηλάζουσα ἀντὶ γάλακτος θανάσιμον κόνδυ τούτῳ ἐπότισεν. Σημείωσαι διὰ τὰς ἐξ ἀμελείας ἀποπνιγούσας μητέρας τὰ ὑπομάζια αὐτῶν βρέφη.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν ὀγδόῳ κανόνι προέγραψε περὶ ἀκουσίων φόνων, καὶ πλέον ἐκείνων λέγει μὴ ἔχειν εἰπεῖν. Ἐφίησι δὲ τῷ οἰκονομοῦντι τὸν ἁμαρτήσαντα τὸν ἀκούσιον φόνον, καὶ αὔξειν τὸ ἐπιτίμιον, ἢ ἐλαττοῦν, κατὰ τὸ τῆς περιστάσεως ἰδίωμα· ἤγουν κατὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ φόνου, καὶ κατὰ τὴν ποιότητα τῆς μετανοίας τοῦ φονεύσαντος.

ΑΡΙΣΤ. Τῶν φονευόντων τὰ ἐπιτίμια κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς περιστάσεως ἐπιτείνεται, καὶ ὑφίεται.

Ὡρισμένα μὲν ἐπὶ τῶν ἑκουσίων φόνων καὶ ἐπὶ τῶν ἀκουσίων τὰ ἐπιτίμια ὁ μέγας οὗτος τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος ἔθετο· τὸ δὲ ταῦτα ἐπιτείνειν, ἢ ἐλαττοῦν, πρὸς τὴν παρεμπίπτουσαν ἀνάγκην, εἰς τὴν γνώμην ἀνέθεντο τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν τὴν ἐξουσίαν λαβόντος.

ΚΑΝΩΝ ΝΕ'.

Οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, ἔξω μὲν ὄντες τῆς Ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγιάσματος· κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται. Πᾶς γάρ, φησὶν, ὁ λαβὼν μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται.

ΒΑΛΣ. Ἐν μὲν τῷ ιγ' κανόνι συμβουλευτικῶς διωρίσατο ὁ ἅγιος τοὺς ἐν πολέμῳ φονεύσαντας ἀπέχεσθαι τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων δι' ὅλων τριῶν ἐτῶν. Ἐνταῦθα δὲ τοὺς ἀντιστάντας τοῖς λῃσταῖς, καὶ φονεύσαντας αὐτοὺς, λαϊκοὺς μὲν ὄντας, ἀπείργει ἐκ τῆς ἁγίας μεταλήψεως· κληρικοὺς δὲ καθαιρέσει καθυποτάλλει· καὶ φησι τοῦτο ὁρισθῆναι κατὰ τὸ Γραφικὸν, τὸ λέγον, *Πᾶς ὁ λαβὼν μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται.* Μάχαιραν δὲ καὶ θάνατον ἀποκαλεῖ τὴν καθαίρεσιν καὶ τὴν στέρησιν τῶν ἁγιασμάτων. Τοῖς γὰρ εὐφρονοῦσι θανατηφόρα τιμωρία ταῦτα λογίζονται. Ὅτι δὲ τὸν ιγ' κανόνα κατὰ λόγον συμβουλῆς ἐκτεθέντα εἰπόν τινες μὴ εἶναι ἀναγκαστικὸν, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ φυλάττεσθαι, φαμὲν ὡς ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀπροσδιορίστως ἐπιτιμῶντος τοὺς ἀμυνομένους καὶ φονεύοντας τοὺς λῃστὰς ἀναφαίνεται καὶ τὸν κανόνα ἐκεῖνον ἀναγκαστικὸν εἶναι. Καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος οὕτω κολάζει τούτους· τὸ δὲ δεύτερον θέμα τοῦ ιδ' κεφαλ. τοῦ λθ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου φησὶν οὕτω ῥητῶς· Τὸν λῃστὴν ἐπιόντα ἀκινδύνως ἔξεστι φονεύειν. Ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Χλιαρηνοῦ προσελθόντων τινῶν στρατιωτῶν τῇ ἁγιωτάτῃ τοῦ Θεοῦ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ διηγησαμένων ἐντυχεῖν ἐν ὅπλοις λῃστὰς εἰς τὴν κλεισού-

ραν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ φονεῦσαι αὐτούς, καὶ ζητησάντων τὸ ποιητέον μαθεῖν, γέγονε λόγος συνοδικὸς, εἰ ὀφείλουσιν ἀδιαστίκτως πάντες οἱ φονεύοντες ληστὰς ἐπιτιμᾶσθαι· καὶ εἶπόν τινες ὡς εἰ μὲν, δυνάμενός τις τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ ληστοῦ διαφυγεῖν, οὐκ ἐποίησε τοῦτο, ἀλλ' ἐκ μελέτης αὐτὸν ἐφόνευσεν, οὐχὶ κατὰ τὸν παρόντα κανόνα ἐπιτιμηθήσεται, ἀλλ' ὡς φονεὺς ἐπὶ πλέον τιμωρηθήσεται. Τίς γὰρ, φασὶν, οἶδεν, ἐὰν ὁ μὴ κατ' αὐτοῦ ἐπιὼν ληστὴς, προνοίᾳ Θεοῦ ἐπιζήσας, ἀπέστη τῆς ληστείας, καὶ τῷ Κυρίῳ προσεκολλήθη; Ἐχρῶντο δὲ καὶ τῷ παλαιῷ τοῦ καταστρωθέντος ἄνωθεν νόμου λέγοντι, τοὐτέστιν, Εἰ μὴ ἐδύνατο φυγεῖν ἀσφαλῶς, οὐκ ἐγκαλεῖται, Εἰ δὲ ὁ ληστὴς μᾶλλον προέτεινε χεῖρα φονεύτριαν κατὰ τοῦ φονεύσαντος αὐτὸν, γενήσεται, ὅτι ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ διαληφθεὶς νόμος· Εἰ δὲ ὁ φονεύσας οὔτε ἐδίωξε τὸν λῃστὴν, οὔτε διωκόμενος ὑπ' ἐκείνου ἀντημύνατο, καὶ ἐφόνευσε τοῦτον· ἀλλὰ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκ παρακλήσεως ἐμελέτησε καὶ ἐφόνευσεν αὐτὸν, οὔτε νομίμως; οὔτε ἐκκλησιαστικῶς; τιμωρηθήσεται. Ὁ τοιοῦτος γὰρ, φησὶ, καὶ ἐπάθλων ἄξιός ἐστιν, ὡς πολλῶν ψυχὰς ἐκ θανάτου ῥυσάμενος, καὶ ἐξημερώσας τὸν τόπον τὸν ὡσεὶ ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις ταῖς τοῦ ληστοῦ ἐνέδραις συμπνιγόμενον. Κατεσκεύαζόν τε τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ κειμένου εἰς τὸν α' τίτλον τοῦ η' βιβλίου καὶ διοριζομένου μὴ ἀτιμοῦσθαι τὸν χάριν ἐπιδείξεως ἀνδρίας θηριομαχήσαντα, καὶ τὸν λαβόντα μισθὸν ἐπὶ τῷ καταπολεμῆσαι θηρίον ἐξωθεν κυνηγίου βλάπτον τὴν ἐπαρχίαν. Ἤρεσε δὲ τῇ συνόδῳ ὅσον τέως κατὰ τοὺς νόμους τῆς Ἐκκλησίας τοὺς ἀμυνομένους τοῖς λῃσταῖς καὶ τοὺς διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἐκ παρακλήσεως φονεύσαντας λῃστὰς ἐπιτιμᾶσθαι καθὼς ἐπιτιμῶνται καὶ οἱ ἐν πολέμῳ φονεύσαντες, τὸν δὲ φονεύσαντα λῃστὴν, ἀπόταν τὴν ἀπὸ τούτου λῃστείαν ἠδύνατο διαφυγεῖν, ἐπὶ πλέον ἐπιτιμᾶσθαι. Κατὰ μέντοι τὰ νόμιμα δίκαια ἡ ἀνωτέρω ῥηθεῖσα διαίρεσις οὐκ ἀπεπέμπετο. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν λαϊκῶν. Οἱ γὰρ κληρικοὶ ὁπωσδήποτε φονεύοντες καθαιροῦνται, μηδεμιᾶς διαφορᾶς οὔσης, πολεμίων ἢ ληστῶν, ἢ ἑτέρων τινῶν. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ κατὰ τὴν ιε' τοῦ Μαΐου μηνὸς τῆς τρίτης ἰνδικτιῶνος γεγονὸς συνοδικὸν σημείωμα ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κύριου Κωνσταντίνου τοῦ Χλιαρηνοῦ, κανοστρωθὲν εἰς τὸ τέλος τοῦ παρόντος βιβλίου, καὶ ταῦτα πάντα διαλαμβάνον. Ἀνάγνωθι καὶ τὸ κγ' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν φορτικός ἐστιν· ἐπίσης τῷ τὸν ἐν πολέμῳ ἀνελόντα εἰργοντι τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἐπὶ τριετίαν. Οἱ γὰρ λησταῖς ἀντεξιόντες, ἢ ἐκείνων ἐπιτιθεμένων αὐτοῖς ἀνθίστανται, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι· καὶ κἂν ἀνέλωσι τοὺς λῃστὰς, συγγνώμης εἰσὶν ἄξιοι τοῖς λαϊκοῖς· οἱ καὶ ὑπὲρ ἄλλων τὰς ἑαυτῶν τιθέασι ψυχὰς, ἵνα τῶν λῃστῶν τοὺς τόπους καθάρωσι, καὶ τοὺς παραδεύοντας κινδύνων ἐλευθερώσωσι. Καὶ οὐ μόνον συγγνωστέοι εἰσὶν οἱ τοιοῦτοι, ἀλλὰ καὶ ἐπάθλων ἄξιοι, ὡς διὰ σωτηρίαν ἑτέρων ἑαυτῶν μὴ φεισάμενοι. Ταῦτα δὲ περὶ λαϊκῶν.

ficiunt debeant indistincte puniri : et dixerunt nonnulli, quod si quis potens latronis insidias effugere hoc non fecit, sed eum dedita opera interfecit, non punietur secundum præsentem canonem, sed tanquam in homicidam gravius in eum animadvertetur. Quis enim scit, inquiunt, an qui in eum impetum faciebat, latro, si vixisset, Dei providentia a latrocinio cessasset, et Deo adhæsisset? Utebantur autem et antiqua superius sita lege, quæ dicit, Si non posset tuto effugere, crimini non datur. Si autem latro violentam manum adversus eum qui ipsum interfecit intentavit, fiet quod præsens canon decernit. Atqui lex quoque superius dicta sic habet, Si autem qui occidit nec latronem prosecutus est, nec dum latro eum persequeretur se ulciscebatur et ipsum occidit : sed propter communem utilitatem hoc molitus est, et ipsum interfecit, nec legitime, nec ecclesiastice punietur. Is enim, inquit, præmiis quoque dignus est, ut qui multorum animas a morte liberaverit, et locum qui latronis insidiis, tanquam quibusdam spinis et tribulis suffocabatur mansuefecerit. Hoc quoque confirmabant ex lege, quæ sita est in primo titulo lib. VIII et decerni eum non esse infamem, qui pro ostentanda virtute cum bestiis pugnaverit, et pro oppugnanda bellua absque canum venatione meredem acceperit, cum ea bellua provinciam magnopere læderet. Synodo autem visum est, ut quod ad leges Ecclesiæ attinet, et qui defendentes, et qui propter publicam utilitatem ex provocatione, latrones interfecerunt, puniantur quemadmodum puniuntur qui in bello occiderunt : is autem qui latronem interfecit, quando poterat istius latrocinium effugere, amplius punitur. Tamen secundum jura legitima superius dicta divisio non repudiabitur. Et hæc quidem de laicis. Clerici enim quomodocunque occidentes deponuntur, nulla habita differentia hostium vel latronum, vel aliquorum aliorum. Lege et synodicum adnotationem mensis Maii die 15. **114** Indict. III. factam, in diebus sanctissimi patriarchæ domini Constantini, Cliareni, quæ sita est ad finem præsentis libri, et hæc omnia tractat. Lege et cap. 23, tit. 13, præsentis operis.

ZONAR. Hic quoque canon habet aliquid asperitatis : cum pari ratione, atque illum qui in bello quempiam interfecit, triennio a sancta communione arceat. Qui namque adversus latrones egrediuntur, aut illis ingruentibus sese contra objiciunt, ne vita ab iis priventur, quamvis ipsos interficiant, venia digni sunt, si modo laici fuerint : qui etiam pro aliorum salute suam ipsi vitam profundunt, ut regiones latronibus purgent, ac viatores a periculis liberos reddant. Neque solum venia ejusmodi hominibus tribuenda, sed præmiis quoque digni sunt, quippe qui ob aliorum salutem, ipsi sibi minime parcant : et hæc quidem de laicis sint dicta.

ARIST. Qui se latronibus adversos objiciunt, si sint quidem extra Ecclesiam, boni communione arcentur, clerici vero gradu deponuntur.

Quando quidem juxta Dominicam vocem *Omnis qui gladium accepit gladio peribit* : et qui se latronibus adversos objiciunt, eosque occidunt, pœnas luent. Si laici quidem sint, divinorum sacramentorum participes non erunt, si clerici autem, deponentur.

CANON LVI.

Qui sua sponte interfecit, et postea pœnitentia ductus est, viginti annis sacramento non communicabit. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Debet quatuor annis deflere stans extra fores oratorii, et fideles ingredientes rogans ut pro eo precentur, suam iniquitatem pronuntians. Post quator autem annos inter auditores recipietur, et quinque annis cum ipsis egredietur : septem autem annis cum iis qui in substratione, orant, egredietur. In quator annis solum stabit, cum fidelibus, sed non erit oblationis particeps. Iis autem expletis, erit sacramentorum particeps.

CANON LVII.

Qui non voluntarie interfecit, undecim annis sacramentis non communicabit. Undecim autem anni sic in eo dispensabuntur. Duos quidem annos deflebit, tres autem annos inter auditores perseverabit, in quatuor substratus, et anno solum consistet, et deinceps ad sacra admittetur.

BALS. Præsentes duo canones describunt quomodo debent puniri qui voluntarias et involuntarias cædes fecere. Pœnarum autem etiam modos definiunt.

ZONAR. Ad annos viginti, eum qui voluntarie interfecit, atque ad pœnitentiam se confert, hic sanctus vir segregari jubet; ad decem vero eum qui non sponte occidit. Tum deinceps, utrisque pro singulis multæ locis, proprium tempus designat.

ARIST. [Can. 56.] Voluntarius homicida viginti annos substernatur, involuntarius decem; adulter quindecim : fornicator septem : virgines post professionem lapsæ, annos quindecim.

Qui voluntarie quempiam occidit, et postea pœnitentiam egit, viginti annos a sanctificatione excommunicabitur. At viginti anni sic in eum dispensantur. Quatuor annis extra ædis oratoriæ foras stans, et fideles ingredientes orans preces pro ipso fundere, peccatum suum palam efferens deflere debet. Postea autem quatuor annos **115** ad audientes recipietur, et quinque annis cum iis egredietur. Septem annis cum iis qui in submissione

ΑΡΙΣΤ. Οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, ἔξω μὲν ὄντες τῆς κοινωνίας, εἴργονται τοῦ ἁγιάσματος· κληρικοὶ δὲ τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται.

Ἐπειδὴ, κατὰ τὴν Κυριακὴν φωνὴν, *Πᾶς ὁ λαβὼν μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται*· καὶ οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, καὶ τούτους φονεύοντες, ὑπὸ ἐπιτίμησιν ἔσονται· καὶ λαϊκοὶ μὲν ὄντες, τῶν θείων ἁγιασμάτων οὐ μεθέξουσι· κληρικοὶ δὲ ὄντες, καθαιρεθήσονται.

ΚΑΝΩΝ ΝϚ'.

Ὁ ἑκουσίως φονεύσας, καὶ μετὰ τοῦτο μεταμεληθείς, εἴκοσιν ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται τοῦ ἁγιάσματος. Τὰ δὲ εἴκοσιν ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. Ἐν δ' ἔτεσιν προσκλαίειν ὀφείλει, ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν. Μετὰ δὲ δ' ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται, ἐν ε' ἔτεσιν μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. Ἐν δ' συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. Πληρωθέντων δὲ τούτων μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων.

ΚΑΝΩΝ ΝΖ'.

Ὁ ἀκουσίως φονεύσας (13) ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. Οἰκονομηθήσεται δὲ ἐπ' αὐτῷ τὰ δέκα ἔτη οὕτω. Δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει, τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει, ἐν δ' ὑποπίπτων, καὶ ἐν ἐνιαυτῷ σταθήσεται μόνον, καὶ τὰ ἑξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

A concupiscit, ad injustitiam. Porro alia quoque mala innumerabilia ex iis enasci solent, ad quæ quidem enumeranda ac nominanda longa scriptione opus esset. Quæ quidem omnia reducuntur ad vitium, quod fit ex concupiscibilis animæ facultatis declinatione, tanquam species ad genus. Non consistentem autem vanam gloriam dicit sanctus, quod honor humanus propterea dicitur Græce δόξα, ut quæ sit solum existimatio, et nihil habeat firmum nec stabile quodve consistat, sed solum sit opinio et visio. Porro ipsum quoque nomen vanæ gloriæ evidentius declarat, quod dictum est. Inanem enim existimationem et non veram eam esse docet. Irascibilis autem animæ partis virtutem quidem rectumque officium esse docet, odium vitii, et pugnare cum animi perturbationibus, nec se eis submittere, nec eis servire, et animam habere ad fortitudinem corroboratam, quod est se intrepide fidenterque gerere. Sumitur autem vocabulum ἐστομῶσθαι a ferro. Sicut enim ferrum temperatum est inflexibile, et rem quamlibet quæ inciderit secat: ita qui magno excelsoque est animo, ad nihil eorum, quæ videntur terribilia, flectitur, sed est ad omnia bono fidentique animo. Non enim mortem timet nec tormenta, voluptatibus non enervatur, nec a consuetudine in servitutem redigitur, sed hæc omnia contemnit, fidem et virtutem possidens, a quibus ne excidat, et omnem dolorem nihili ducit, et quæ sunt jucundissima repudiat. Prolapsiones autem iræ, seu ab honesto deflexiones, dicit esse invidiam, odium, iram; convicia, et alia quæ enumerata sunt et adhuc plura. Qui est enim, inquit, ineruditus, id est, qui doctrinam non est assecutus, ut sciat ubi oporteat ira tanquam armis utiliter uti, ea adversus se utitur, ferri aciem sive acumen in se convertens et ita arma quæ nobis a Deo data sunt ad nostri defensionem et nobis ferendum auxilium, (ea autem sunt ira) male illis utentibus exitum seu perniciem animæ afferunt, et etiam corporis.

ΚΑΝΩΝ Β'.

155 CANON II.

Τούτων τοίνυν κατὰ τὸν εἰρημένον διακρινηθέντων τρόπον, ὅσα μὲν ἁμαρτήματα τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς ἅπτεται μέρους, χαλεπώτερα παρὰ τῶν Πατέρων ἐκρίθη, καὶ μείζονος καὶ διαρκεστέρας καὶ ἐπιπονωτέρας τῆς ἐπιστροφῆς ἄξια· οἷον εἴ τις ἠρνήσατο τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ἢ πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, ἢ πρὸς εἰδωλολατρείαν, ἢ πρὸς Μανιχαϊσμὸν, ἢ κρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ἀθεΐας εἶδος αὐτομολήσας ἐφάνη, ὁ μὲν ἑκουσίως ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ὁρμήσας κακὸν, εἶτα καταγνοὺς ἑαυτοῦ, χρόνον τὸν τῆς μετανοίας ἔχει, ὅλον τὸν τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Οὐδέποτε γὰρ μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς, μετὰ τοῦ λαοῦ προσκυνῆσαι τὸν Θεὸν καταξιοῦται, ἀλλὰ καταμόνας μὲν εὔξεται· τῆς

D His itaque hoc modo distinctis, quæcunque quidem peccata ratione præditam animæ partem attingunt, esse graviora a Patribus judicata sunt, et majori ac sufficientiori et laboriosiori conversione digna: quemadmodum si quis fidem in Christum negavit, vel ad judaismum, vel idolorum cultum, vel manichæismum, vel aliquod aliud impietatis genus descivisse visus sit, qui voluntarie quidem se ad id malum contulit, deinde seipsum condemnavit, totum tempus vitæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquam enim, si mystica peragatur oratio, Deum una cum populo adorare dignus censebitur, sed seorsum precabitur; a sa-

cramentorum autem communione omnino erit alienus; in hora autem sui e vita excessus, sacramenti communionis erit particeps. Sin autem contigerit ut is præter spem vivat, in eodem rursus vivet judicio, mysticorum sacramentorum ad vitæ exitum usque expers. Qui autem tormentis et gravibus suppliciis exruciati, ii præstituto tempore punientur, sanctis Patribus sic in eos clementia usis, tanquam anima non lapsa sit, sed corporalis imbecillitas tormentis non restiterit. Quare mensura eorum qui in fornicatione peccarunt, et vi doloreque expressa transgressio, in conversione, eodem spatio dimensa est.

A δὲ κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων καθόλου ἀλλότριος ἔσται· ἐν δὲ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου αὐτοῦ, τότε τῆς τοῦ ἁγιάσματος μερίδος ἀξιωθήσεται. Εἰ δὲ συμβαίη παρ' ἐλπίδας ζῆσαι αὐτὸν, πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι διαβιώσεται, ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν ἁγιασμάτων μέχρι τῆς ἐξόδου γινόμενος. Οἱ δὲ βασάνοις καὶ τιμωρίαις χαλεπαῖς αἰκισθέντες, ἐν ῥητῷ χρόνῳ ἐπιτιμήθησαν, οὕτω τῶν ἁγίων Πατέρων φιλανθρωπίᾳ ἐπ' αὐτῶν χρησαμένων, ὡς οὐχὶ ψυχῆς γεγενημένης ἐν πτώματι, ἀλλὰ τῆς σωματικῆς ἀσθενείας πρὸς τὰς αἰκίας οὐκ ἀντισχούσης. Διὸ τῷ μέτρῳ τῶν ἐν πορνείᾳ πλημμεληκότων, καὶ ἡ βεβιασμένη τε καὶ ἐπώδυνος παράβασις ἐν τῇ ἐπιστροφῇ συνεμετρήθη.

BALS. Postquam dixit sanctus, post proœmium, instar cujusdam præcedentis contemplationis, cui animæ facultatum unumquodque recte factum vel peccatum convenit, nunc tractat de pœnis istorum peccatorum: et aliis deteriora esse dicit et talia a Patribus esse judicata, quæ ratione præditam animæ partem attingunt et laboriosiore medicina digna esse habita, ex quibus esse dicit lapsum a fide; ut quando quis, fide in Christum negata, ad Judaismum vel Hellenismum declinaverit, vel ad aliquam vetitam hæresin, aut ad aliud quodcunque genus infidelitatis. Infidelitatis porro genus vocavit et Judaismum et hæreses, eo quod etsi Judæi Deum confiteantur, factis tamen eum negant. Cum enim Filium non susceperint, nec Patrem honorare creduntur, secundum magnum apostolum Joannem, qui dicit: *Quicunque negat Filium, is nec Patrem habet* [1]. Porro hæreses quoque ad infidelitatem ducunt. Qui enim Filium a paterna substantia et gloria separant, et sanctum Spiritum creaturam servumque esse creduntur, errant circa naturam divinam, nec de Filio nec de Spiritu recte sentientes, et merito ipsi quoque infideles vocentur, ut qui non habent convenientem de Deo sententiam. Hoc in aliis quoque hæresibus quispiam invenerit. Eorum itaque, qui errant in fide, facit sanctus divisionem; et eos quidem qui desciverunt, seu voluntarie et absque necessitate fidem veram in Christum negarunt, deinde ad pœnitentiam venerunt, dicit tota sua vita esse segregatos, ut ne sanctorum quidem donorum participatione digni habeantur, nisi quando ad suæ vitæ finem venerint. Quod si quis eorum moribundus communione dignus habitus fuerit, deinde periculum evaserit et vixerit, rursus erit excommunicatus usque ad mortem. Non solum autem ei inferri dicit segregationem; sed neque cum orthodoxis consistere et una precari, cum mystica peragitur oratio, scilicet quando sacerdos panem et poculum sanctificari per se precatur. Seorsum tamen, inquit, seu per se precari non retabitur is, qui pœnitentiam agit; cum fidelibus autem consistere ei non permittetur, sed stabit extra templum cum catechumenis. Hæc ergo dicit de iis, qui sine vi propria sola voluntate negaverunt. **156** Quicunque autem, inquit, per necessitatem se sub-

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν μετὰ τὸ προοίμιον ὡς ἐν προθεωρίᾳ ὁ ἅγιος τίνι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἁρμόττει ἕκαστον τῶν κατορθωμάτων ἢ τῶν ἁμαρτωμάτων, ὅτι καὶ περὶ τῶν ἐπιτιμίων τῶν ἐξ αὐτῶν τῶν ἁμαρτημάτων διαλαμβάνει· καὶ χείρονα τῶν ἄλλων εἶναι λέγει καὶ παρὰ τῶν Πατέρων κριθῆναι τὰ τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς μέρους ἁπτόμενα, καὶ τῆς θεραπείας ἐπιπονωτέρας ἀξιωθῆναι, ἐξ ὧν φησιν εἶναι τὴν ἐκ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἔκπτωσιν· ὡς ὅταν τις ἀρνησάμενος τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, πρὸς Ἰουδαϊσμὸν ἢ Ἑλληνισμὸν ἀποκλίνῃ, ἢ πρός τινα ἀπηγορευμένων αἱρέσεων, ἢ πρὸς ἄλλο τι ἀθεΐας εἶδος. Ἀθεΐας δὲ εἶδος ἐκάλεσε καὶ τὸν Ἰουδαϊσμὸν καὶ τὰς αἱρέσεις, διότι κἂν ὁμολογῶσι Θεὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτὸν ἀρνοῦνται. Καὶ γὰρ μὴ δεξάμενοι τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷν πιστεύονται, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην λέγοντα· *Πᾶς ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει.* Καὶ αἱ αἱρέσεις δὲ εἰς ἀθεΐαν φέρουσιν. Οἱ γὰρ τὸν Υἱὸν τῆς πατρικῆς οὐσίας καὶ δόξης χωρίζοντες, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα κτίσμα καὶ δοῦλον εἶναι διδάσκοντες, περὶ τὴν θεότητα σφάλλονται, οὔτε περὶ τοῦ Υἱοῦ οὔτε περὶ τοῦ Πνεύματος ὀρθῶς φρονοῦντες, καὶ δικαίως ἂν καλοῖντο ἄθεοι καὶ αὐτοί, ὡς μὴ τὴν προσήκουσαν δόξαν ἔχοντες περὶ τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων εὕροι τις πάντως αἱρέσεων. Τῶν οὖν περὶ τὴν πίστιν σφαλλομένων διαίρεσιν ποιεῖται ὁ ἅγιος· καὶ τοὺς μὲν αὐτομολήσαντας, ἤγουν ἐκουσίως καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἀρνησαμένους τὴν ὀρθὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, εἶτα εἰς μετάνοιαν ἐλθόντας, παρ' ὅλην αὐτῶν τὴν ζωὴν λέγει ἀφωρισμένους εἶναι, ὥστε μηδέποτε τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων δώρων ἀξιωθῆναι, εἰ μὴ ὅτε εἰς τέλος τῆς οἰκείας ἔξουσι ζωῆς. Κἂν δὲ ἤδη θνήσκων τις αὐτῶν κοινωνίας ἀξιωθῇ, εἶτα ἐκφύγῃ τὸν κίνδυνον καὶ ζήσῃ, πάλιν ἀκοινώνητος ἔσται μέχρις ἂν αὖθις θνήσκῃ. Καὶ οὐ τοῦτον μόνον ἐπάγεσθαι λέγει αὐτοῖς τὸν ἀφορισμὸν, ἀλλὰ μηδὲ συνεστάναι τοῖς ὀρθοδόξοις, καὶ συνεύχεσθαι μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς, ἤγουν ὅτε ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον ἁγιασθῆναι καὶ τὸ ποτήριον καθ' ἑαυτὸν εὔχεται. Εὔχεσθαι μὲν γὰρ, φησὶ, κατὰ μόνας, ἤγουν καθ' ἑαυτὸν, οὐ κωλυθήσεται ὁ ἐν μετανοίᾳ γενόμενος· συνίστασθαι δὲ τοῖς πιστοῖς οὐ συγχωρηθήσεται, ἀλλὰ ἐξωστήσεται τοῦ ναοῦ μετὰ τῶν κατηχουμένων. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἄνευ βίας κατὰ

[1] I Joan. II, 22.

θέλησιν οἰκείαν μόνην ἀρνησαμένων. Ὅσοι δὲ, φησὶ, ἐξ ἀνάγκης ὑπέκυψαν, μὴ μέχρι τέλους ἀντισχεῖν πρὸς τὰς βασάνους καὶ τὰς χαλεπὰς αἰκίας καὶ τιμωρίας δυνηθέντες, οἱ τοιοῦτοι ῥητῷ χρόνῳ ἐπιτεμήθησαν παρὰ τῶν Πατέρων, ὅσῳ καὶ ὁ πορνεύσας ἐπιτιμᾶται. Ὃν δὴ χρόνον, προῖών, ἐννέα ἔτη εἶναι λέγει. Φιλανθρωπεύσασθαι δὲ λέγει τοὺς Πατέρας περὶ τοὺς ἐκ βίας ἀρνησαμένους, ὅτι οὐχ ἡ ψυχὴ αὐτῶν συγέθετο τῇ ἀρνήσει, ἀλλὰ γλώσσῃ μόνῃ ἐκπεπτώκασι τοῦ καλοῦ· ἡ δὲ γνωμικὴ διάθεσις ἀρετάτρεπτος αὐτοῖς ἐφυλάχθη. Τοιαῦτα μὲν οὖν ἐπάγεσθαι λέγει τὰ ἐπιτίμια τοῖς περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀποσφαλεῖσι· περὶ τῶν ἀπιόντων δὲ εἰς γόητας ἢ μάντεις ταῦτά φησιν.

A miserunt, tormentis gravibusque pœnis ac supplicis ad finem usque resistere non valentes, ii a Patribus præstituto tempore puniti sunt, quanto etiam is qui fornicatus est punitur. Quod quidem tempus, procedens, dicit esse novem annos. Patres autem clementia usos fuisse in eos qui vi negaverunt, ait, quia anima ipsorum negationi non consensit, sed lingua sola a bono exciderunt; mentis autem affectio eis immutabilis conservata est. Has ergo pœnas inferri dicit iis, qui circa rectam fidem lapsi sunt. De iis autem, qui præstigiatores vel vates adeunt, hæc dicit.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Οἱ δὲ πρὸς γόητας ἀπιόντες ἢ μάντεις, ἢ τοὺς διά δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπιασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους, οὗτοι ἐρωτῶνται δι' ἀκριβείας καὶ ἀνακρίνονται, πότερον ἐπιμένοντες τῇ εἰς Χριστὸν πίστει ὑπ' ἀνάγκης τινὸς συνηνέχθησαν ἐκείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, κακώσεώς τινος ἢ ἀφορήτου ζημίας ταύτην αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν ἐμποιησάσης, ἢ καθόλου καταφρονήσαντες τοῦ πεπιστευμένου παρ' ἡμῶν μαρτυρίου, τῇ τῶν δαιμόνων συμμαχίᾳ προσέδραμον. Εἰ μὲν γὰρ ἀθετήσει τῆς πίστεως καὶ πρὸς τὸ μὴ πιστεύειν εἶναι Θεὸν τὸν παρὰ τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενον ἐκεῖνο ἐποίησαν, δηλαδὴ τῷ κρίματι τῶν παραβάντων ὑπαχθήσονται· εἰ δέ τις ἀβάστακτος ἀνάγκη καταχρατήσασα τῆς μικροψυχίας αὐτῶν εἰς τοῦτο προσήγαγε διά τινος ἠπατημένης ἐλπίδος παρακρουσθέντας, ὡσαύτως ἔσται καὶ ἐπ' αὐτῶν ἡ φιλανθρωπία, καθ' ὁμοιότητα τῶν πρὸς τὰς βασάνους ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὁμολογίας ἀντισχεῖν μὴ δυνηθέντων.

CANON III.

Qui autem ad præstigiatores vel vates abierunt, vel eos qui per dæmones se piacula quædam et malorum averruncationes operaturos pollicentur, ii exacte interrogantur et examinantur, utrum in fide in Christum permanentes a necessitate aliqua ad illud peccatum impulsi sunt, cum afflictio aliqua vel intolerabilis jactura hunc illis animum indidisset; an omnino neglecto quod a nobis creditum est testimonio, ad dæmonum societatem se contulerunt. Si enim ad fidem infirmandam et quod Deum esse non credendum, qui a Christianis adoratur, illud fecerint; erunt scilicet transgressorum judicio obnoxii: sin autem non ferenda quædam necessitas, pusillo et abjecto eorum animo superato, falsa aliqua spe deceptos eo deduxit; similiter in ipsos erit clementia, ac in eos qui tormentis in tempore confessionis resistere non potuerunt.

ΒΑΛΣ. Τοὺς δὲ πρὸς γόητας ἀπιόντας ἢ μάντεις, ἢ τοὺς διὰ δαιμόνων καθάρσιά τινα καὶ ἀποτροπιασμοὺς ἐνεργεῖν ὑπισχνουμένους, κατὰ ἀκριβείας δεῖν ἀνακρίνεσθαι, καὶ ἐξετάζεσθαι λέγει. Γόητες μὲν οὖν εἰσιν οἱ καὶ ἐπαοιδοὶ καλοῦνται, οἱ διά τινων μαγικῶν ἐπῳδῶν ἢ θηρία καταδεσμοῦντες, ἢ πρὸς βλάβην ἀνθρώπων ἢ πρὸς ὠφέλειαν τῷ δοκεῖν ποιοῦντές τινα· πρὸς βλάβην μὲν, νόσους ἢ παραφροσύνας ἢ παρέσεις ἐπάγοντες· πρὸς δὲ δοκοῦσαν ὠφέλειαν, ἔρωτας ἐμποιοῦντες ἢ φιλίας, ἢ εὐπραγίας ἐπικλήσει δαιμόνων. Μάντεις δέ εἰσιν οἱ διά τινων μεθόδων, οὐδ' οὗτοι χωρὶς ἐπικλήσεως δαιμόνων, μέλλοντά τινα προλέγοντες, ἢ ἀγνοούμενα ἐκκαλύπτοντες. Καθάρσια δὲ λέγονται γίνεσθαι, ὡς ὅταν τις νομίζῃ ἐκ βασκάνων βλαβῆναι ὀφθαλμῶν, ἢ ἐκ περιεργίας τινὸς, κάντεῦθεν ἢ νοσεῖν, ἢ δυσπραγεῖν, ἢ ἄλλο τι κακὸν πάσχειν. Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ ἐπαγγέλλονται καθάρσια τῶν τοιούτων παθημάτων ποιεῖν δι' ἐνεργείας πάντως σατανικῆς, καὶ ἀποτροπιασμούς, ἤγουν ἀποτροπὰς καὶ ἀποδιώξεις τῶν τοιούτων κακῶν. Τοὺς οὖν τοιούτοις τισὶ προσερχομένους ἀποκρίνεσθαι χρὴ, φησὶν, ἀντὶ τοῦ μετὰ ἀκριβείας ἐρωτᾶσθαι, πῶς τοῖς τὰ τοιαῦτα ποιοῦσι προσῆλθον, ἀνάγκης κατεπειγούσης αὐτοὺς, ἤγουν κακώσεώς τινος ἢ νόσου ἢ ὀργῆς τυχὸν δυνάστου τινὸς ἢ δεσπότου, ἢ ζημίας ἀφορήτου· καὶ πῶς προσῆλθον ἐκείνοις, ἆρα κατηγνόντες τῆς

BALS. Eos autem, qui ad præstigiatores vel vates abierunt, vel ad eos qui per dæmones se piacula quædam et malorum averruncationes operaturos pollicentur, dicit esse accurate examinandos et interrogandos. Dicuntur ergo præstigiatores, qui et incantatores appellantur, qui per aliquas magicas incantationes vel feras alligant, vel ad hominum detrimentum aut utilitatem quoad speciem aliqua faciunt: ad detrimentum quidem, morbos vel delria vel paralyses inducentes; ad apparentem autem utilitatem, amores immittentes vel amicitias, eque prosperas dæmonum invocatione efficientes. Vates autem sunt, qui per certas quasdam illusiones, nec sine dæmonum invocatione, futura aliqua prælicunt, vel quæ ignorantur detegunt. Dicuntur vero fieri piacula, ut quando quis existimat se a fascinantibus oculis læsum fuisse, vel ab aliqua curiositate, eoque factum esse, ut vel ægrotaret vel infeliciter res suas gereret, vel ei aliquid ejusmodi malum eveniret. Sunt enim, qui profitentur se earum affectionum piacula inventuros per operationem omnino satanicam: vel etiam averruncationes sive aversiones et amolitiones ejusmodi malorum. Eos ergo, qui ad tales aliquos accedunt, examinari oportere ait, sive diligenter interrogari quomodo ad eos qui hæc faciunt accesserunt;

urgente eos necessitate, vel afflictione aliqua, vel morbo, vel ira forte alicujus principis vel domini, vel damno intolerabili; et quomodo ad illos accesserunt, fidene condemnata ad dæmonum auxilium accurrerunt. Si enim tanquam a fide desciscentes et Christum non esse Deum credentes, nec ab illo auxilium sperantes, dæmonum opem implorarunt; ut qui trangressi sunt et sponte fidem abnegaverunt, tractabuntur: sin autem propter pusillum et abjectum animum dæmonum auxilium invocaverunt, cum eos gravis aliqua oppressisset necessitas, quam propter animi imbecillitatem ferre non potuerunt, decepti et juvari sperantes; punientur et ipsi, ut ii qui idolis sacrificarunt, quod propter confessionem tormenta non sustinuerunt.

A πίστεως προσέδραμον τῇ τῶν δαιμόνων βοηθείᾳ. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀποστάντες τῆς πίστεως, καὶ μὴ πιστεύοντες Θεὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, μηδὲ ἐλπίζοντες ἐξ ἐκείνου βοηθείας, ἐπεκαλέσαντο τὴν τῶν δαιμόνων ἐπικουρίαν, ὡς οἱ παραβάντες καὶ τὴν πίστιν ἐκόντες ἀρνησάμενοι οἰκονομηθήσονται· εἰ δὲ ἐκ μικροψυχίας ἐπεκαλέσαντο τὴν τῶν δαιμόνων βοήθειαν, ἀνάγκης σφοδρᾶς ἐπελθούσης αὐτοῖς, ἣν διὰ μικροψυχίαν βαστάσαι οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀπατηθέντες καὶ ἐλπίσαντες ὠφεληθῆναι, ἐπιτιμηθήσονται καὶ οὗτοι, ὡς οἱ θύσαντες εἰδώλοις διὰ τὸ μὴ ὑπομεῖναι τὰς δι' ὁμολογίας βασάνους.

157 CANON IV.

Eorum autem quæ ad cupiditatem et voluptatem fiunt peccatorum, hæc est divisio: hoc enim vocatur adulterium, illud vero fornicatio. Ac nonnullis quidem eorum qui sunt subtiliores, placuit etiam fornicationis peccatum adulterium esse existimare, quoniam una est legitima conjunctio et mulieris cum viro, et viri cum muliere. Quidquid ergo non est legitimum, est omnino injustum et legi contrarium: et qui non habet proprium, habet omnino alienum. Homini enim una tantum data est auxiliatrix a Deo, et mulieri unum appositum est caput. Ergo *si quis*, quidem, *proprium vas suum*, ut divinus Apostolus nominat, *possederit* [1], ei lex naturæ justum usum concedit. Si quis autem extra proprium conversus fuerit, erit omnino in alieno: est autem unicuique alienum quidquid non est proprium, etiamsi id non confiteatur qui est dominus. Non longe ergo a peccato adulterii, fornicatio ab iis qui rem paulo accuratius examinant, suscepta est, cum dicat etiam Scriptura: *Ne multus sis cum aliena* [2], sed cum imbecillioribus indulgenter agendum censuerunt Patres, distinctum est peccatum hac generali divisione, quod fornicatio quidem dicatur cupiditatis seu libidinis expletio, quæ fit sine alia alicujus injuria; adulterium vero, insidiæ et injuria quæ alteri affertur. In eo autem et cum animalibus coitum et pædicatum esse existimant; quoniam hæc sunt naturæ adulterium. In id enim quod est alienum, et quod est præter naturam, fit injustitia. Cum hæc ergo divisio in hac etiam peccati specie fiat, universale est remedium, ut a concitata in ejusmodi voluptates rabie, per pœnitentiam homo purus efficiatur; sed quia eorum qui in fornicatione polluti sunt, injuria aliqua cum hoc peccato non commista est, propterea duplum conversionis tempus iis præscriptum est, qui in adulterio inquinati sunt; et in aliis itidem vetitis malis, animalium initu, et rabie in masculos. In iis enim, ut dixi, peccatum duplicatur: unum quidem [in illicita et nefaria voluptate; alterum autem] quod injuria quæ fit alteri, consistit. Est autem quædam

ΚΑΝΩΝ Δ'.

B Τῶν δὲ δι' ἐπιθυμίαν τε καὶ ἡδονὴν γινομένων ἁμαρτημάτων τοιαύτη ἐστὶν ἡ διαίρεσις· τὸ μὲν γὰρ καλεῖται μοιχεία, τὸ δὲ πορνεία. Τισὶ μὲν οὖν τῶν ἀκριβεστέρων ἤρεσε καὶ τὸ κατὰ πορνείαν πλημμέλημα, μοιχείαν εἶναι νομίζειν. Διότι μία ἐστὶν ἡ νόμιμος συζυγία, καὶ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα, καὶ ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα. Πᾶν οὖν τὸ μὴ νόμιμον παράνομον πάντως, καὶ ὁ μὴ τὸ ἴδιον ἔχων, δηλαδὴ τὸ ἀλλότριον ἔχει· τῷ γὰρ ἀνθρώπῳ μία δέδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ βοηθὸς, καὶ τῇ γυναικὶ μία ἐφήρμοσται κεφαλή. Οὐκοῦν *εἰ* μέν τις τὸ *ἴδιον αὐτοῦ σκεῦος*, καθὼς ὀνομάζει ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἑαυτῷ κτήσαιτο*, συγχωρεῖ ὁ νόμος τῆς φύσεως τὴν δικαίαν χρῆσιν. Εἰ δέ τις ἔξω τοῦ ἰδίου τραπείη, ἐν ἀλλοτρίῳ πάντως γενήσεται· ἀλλότριον δὲ ἑκάστῳ πᾶν τὸ μὴ ἴδιον, C κἂν μὴ ὁμολογούμενον ἔχει τὸν κυριεύοντα. Οὔκουν πόῤῥω τοῦ κατὰ τὴν μοιχείαν πλημμελήματος, καὶ ἡ πορνεία τοῖς τὸν ἀκριβέστερον ἐξετάζουσι λόγον ἐδείχθη, λεγούσης καὶ τῆς θείας Γραφῆς· ὅτι *Μὴ πολὺς ἴσθι πρὸς ἀλλοτρίαν*· πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενεστέροις ἐγένετό τις παρὰ τῶν Πατέρων συμπεριφορὰ, διεκρίθη τὸ πλημμέλημα τῇ γενικῇ διαιρέσει ταύτῃ, ὡς πορνείαν μὲν εἶναι καὶ λέγεσθαι, τὴν χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου γινομένην τισὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσιν· μοιχείαν δὲ, τὴν ἐπιβουλήν τε καὶ τὴν ἀδικίαν τοῦ ἀλλοτρίου. Ἐν ταύτῃ δὲ καὶ τὴν ζωοφθορίαν καὶ τὴν παιδεραστίαν εἶναι λογίζονται· διότι καὶ ταῦτα φύσεώς ἐστι μοιχεία. Εἰς γὰρ τὸ ἀλλότριόν τε καὶ παρὰ φύσιν γίνεται ἡ ἀδικία. Ταύτης D τοίνυν τῆς διαιρέσεως καὶ ἐν τούτῳ τῷ εἴδει τῆς ἁμαρτίας γεγενημένης, καθολικὴ μέν ἐστι θεραπεία, τὸ τῆς ἐμπαθοῦς λύσσης, τῆς περὶ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς, καθαρὸν ἐκ μεταμελείας γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν πορνείᾳ μολυνθέντων ἀδικία τις τῇ ἁμαρτίᾳ ταύτῃ οὐ καταμέμικται· διὰ τοῦτο διπλάσιον ὡρίσθη τῆς ἐπιστροφῆς ὁ χρόνος τοῖς ἐν μοιχείᾳ μιανθεῖσι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀπηγορευμένοις κακοῖς, ζωοφθορίᾳ τε καὶ τῇ κατὰ τοὺς ἄῤῥενας λύσσῃ· διπλασιάζεται γὰρ, ὡς εἶπον, ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ ἁμαρτία. Μία μὲν ἡ κατὰ τὴν τοῦ ἀλλοτρίου ἀδικίαν συνισταμένη. Διαφορὰ δέ τίς ἐστιν ἐν τῷ λόγῳ τῆς μετανοίας, καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ ἡδονὴν πλημμελούντων

[1] I Thess. iv, 4. [2] Eccles. ix, 12.

τοιαύτη. Ὁ μὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ἐξαγόρευσιν τῆς ἁμαρτίας ὁρμήσας, αὐτῷ τὸ καταδέξασθαι δι' οἰκείας ὁρμῆς γενέσθαι τῶν κρυφίων κατήγορος· ὡς ἤδη τῆς θεραπείας τοῦ πάθους ἀρξάμενος, καὶ σημεῖον τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολῆς ἐπιδειξάμενος, ἐν φιλανθρωποτέροις γίνεται τοῖς ἐπιτιμίοις. Ὁ δὲ φωραθεὶς ἐπὶ τῷ κακῷ, ἢ διά τινος ὑποψίας· ἢ κατηγορίας ἀκουσίως ἀπελεγχθείς, ἐν ἐπιτεταμένῃ γίνεται τῇ ἐπιστροφῇ· ὥστε καθαρισθέντα δι' ἀκριβείας αὐτὸν, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίαν παραδεχθῆναι. Ἔστι τοίνυν ὁ κανὼν τοιοῦτος, ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας, ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι· ἐν τρισὶ δὲ τῆς ἀκροάσεως μετέχειν μόνης, ἐν ἄλλοις δὲ τρισὶν ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν τῇ ἐπιστροφῇ ὑποπιπτόντων προσεύχεσθαι, καὶ τότε μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων. Ἐπὶ δὲ τῶν σπουδαιότερον κεχρημένων τῇ ἐπιστροφῇ, καὶ τῷ βίῳ δεικνύντων τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπάνοδον, ἔξεστι τῷ οἰκονομοῦντι πρὸς τὸ συμφέρον τὴν ἐκκλησιαστικὴν οἰκονομίαν, συντεμεῖν τὸν χρόνον τῆς ἀκροάσεως, καὶ τάχιον εἰς ἐπιστροφὴν ἀγαγεῖν, καὶ πάλιν καὶ τοῦτον συντεμεῖν τὸν χρόνον, καὶ τάχιον ἀποδοῦναι τὴν κοινωνίαν, ὅπως ἂν τῇ ἑαυτοῦ δοκιμασίᾳ ἐκκρίνῃ τὴν τοῦ θεραπευομένου κατάστασιν. Ὥσπερ γὰρ τὸ τοῖς χοίροις ῥίπτειν τὸν μαργαρίτην ἀπείρηται, οὕτω τὸ ἀποστερεῖν τοῦ τιμίου μαργαρίτου τὸν ἤδη ἄνθρωπον διὰ τῆς καθαρότητός τε καὶ ἀπαθείας γενόμενον, τῶν ἀτόπων ἐστίν. Ἡ δὲ κατὰ μοιχείαν ἤτοι καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη τῆς ἀκαθαρσίας γενομένη παρανομία, καθὼς προείρηται, κατὰ πάντα ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι θεραπευθήσεται, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς πορνείας ἄγος· τῷ δὲ χρόνῳ διπλασιάζεται. Παρατηρηθήσεται δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ ἡ τοῦ θεραπευομένου διάθεσις, ὃν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν τῷ μολυσμῷ τῆς πορνείας συνενεχθέντων, ὥστε ἢ θᾶττον ἢ βραδύτερον γενέσθαι αὐτοῖς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν.

differentia in ratione pœnitentiæ in iis qui in voluptate peccarunt, ejusmodi. Qui enim ex se ipso ad sua proferenda peccata impulsus est, eo quod sua sponte occultorum accusator esse voluerit, ut qui jam affectioni medicinam adhibere cœperit, et signum mutationis in id quod est melius ostenderit, in mitioribus pœnis versatur. Qui autem in malo deprehensus est, vel propter aliquam suspicionem vel accusationem ingratiis convictus est, longius illi conversionis tempus datur; ut ipse perfecte purgatus, sic ad sacramentorum communionem admittatur. Est ergo Canon ejusmodi, ut qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur; in tribus autem sint solius auditionis participes, in tribus autem aliis, cum iis qui in conversione subsistunt, precentur, et tunc sint sacramentorum participes. In iis autem qui diligentiori conversione usi fuerint, et vita, ad id quod bonum est, reditum ostenderint, licet ei qui dispensat, pro ecclesiasticæ œconomiæ utilitate, tempus auditionis contrahere, et celerius ad conversionem deducere: et rursus hoc quoque tempus contrahere, et celerius communionem reddere, ut sua probatione, ejus cui medela adhibetur, constitutionem dijudicet. Quemadmodum enim porcis margaritas projicere est vetitum, ita et pretiosa margarita privare eum qui jam per alienationem a vitio et purgationem homo sit factus, absurdum est. Quæ autem in adulterio et in reliquis immunditiæ generibus fit iniquitas, ut dictum est, eodem judicio punietur quo et fornicationis scelus, sed tempore duplicabitur. In eo autem, ejus etiam cui medela adhibetur, affectio considerabitur, quo modo et in iis qui fornicationis inquinamento illaqueati sunt, ut vel citius vel tardius eis sit boni participatio.

ΒΑΛΣ. Νῦν περὶ τῶν ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς φυομένων ἁμαρτημάτων διαλέγεται ὁ Πατὴρ, ὅθεν φησὶν εἶναι τὴν πορνείαν καὶ τὴν μοιχείαν, καὶ ἐπάγει, ὅτι τῶν ἀκριβεστέρων τισὶ καὶ ἡ πορνεία μοιχεία καλεῖται· διότι ἡ νόμιμος μίξις ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς μέν ἐστιν, εἴ τι δὲ ἕτερον παρὰ ταύτην γένηται, παράνομον τὸ τοιοῦτον, καὶ ὅστις μὴ τῷ ἰδίῳ κέχρηται, ἀλλοτρίῳ χρῆται. Πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἴδιόν ἐστί τινι, τοῦτο ἀλλότριον, κἂν μὴ ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ πόρρω ἔδοξε τῆς μοιχείας καὶ ἡ πορνεία. Ταῦτά φησιν ὁ ἅγιος οὕτω κατασκευάζεσθαι παρὰ τῶν καὶ τὴν πορνείαν εἰς τὸ τῆς μοιχείας ἀναγαγόντων ἁμάρτημα· τοῖς δὲ ἀσθενεστέροις τῶν ἁμαρτανόντων γενέσθαι τινὰ παρὰ τῶν Πατέρων λέγει συμπεριφοράν, ἤγουν οἰκονομίας συγκατάβασιν. Εἴληπται δὲ ἡ λέξις ἐκ τῶν Παροιμιῶν. Φησὶ γάρ ὁ Σαλομὼν ἐν αὐταῖς· *Ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ κληρονομήσει ἀνέμους*· καὶ διακριθῆναι, ἀντὶ τοῦ διαιρεθῆναι, τὸ ἁμάρτημα τῆς ἀθέσμου μίξεως· καὶ πορνείαν μὲν ὀνομασθῆναι

158 BALS. Nunc de peccatis, quæ in concupiscibili animæ facultate nascuntur, disserit Pater, ex quibus dicit esse adulterium et fornicationem, et subjungit, quod quibusdam subtilioribus fornicatio quoque vocatur adulterium: quia mariti et uxoris coitus legitimus est; sed si quid fiat aliud præter eum, id est injustum et legibus contrarium, et quicunque non utitur proprio, utitur alieno. Quodcunque vero cuivis non est proprium, illud alienum est, etiamsi dominum non habeat. Et propterea fornicatio non longe abesse visa est ab adulterio. Hæc dicit sanctus ita asseri ab iis, qui fornicationem ad adulterii peccatum reducunt: imbecillorum autem peccatorum fuisse aliquam Patribus συμπεριφοράν, sive œconomiæ condescensionem dicit. Sumitur autem dictio ex Proverbiis. Dicit enim in eis Salomon, ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, hoc est, *Qui domus suæ curam non gerit, hæreditabit ventos*[1]; et peccatum illegitimi coitus esse distinctum seu divisum; et fornicationem quidem

[1] Prov. xi, 29.

esse nominatam coitum, qui fit absque injuria alterius viri; scilicet cum muliere a viro libera; adulterium autem, viri accessum ad mulierem quæ cum altero cohabitat. Qui enim accedit ad mulierem quæ non habet maritum, peccat quidem, quod ea non legitime utitur; sed nemini facit injuriam: qui vero rem habet cum ea, quæ cum marito cohabitat, maritum illius injuria afficit, alienam sibi familiarem efficiens; sæpe autem illius marito insidiatur; et hoc ex David manifestum est. Porro cum animali concubitum et prædicatum adulterio exæquant, et quod injuria natura efficitur, cum, qui sic peccant, peccent præter naturam: et quod qui sic peccat aliena utitur. Est enim aliena natura brutorum et masculorum. Masculum enim et feminam fecit Deus. Horum itaque peccatorum universale remedium dicit sanctus, seu quod omnibus peccatoribus convenit, nempe a tali rabie per pœnitentiam purum esse hominem, peccatum scilicet condemnare et ab eo deficere. Nisi quis enim a peccato desiterit, quomodo pœnitentiam agere existimabitur? Quia autem fornicationi non accedit injuria, adulterio autem et aliis prædictis, ut jam dixi, præter illicitum coitum injuria quoque adjungitur; tempus pœnæ adulterii initusque animalium et masculorum concubitus duplicat ad fornicationis tempus. Deinde et aliquam inducit differentiam in iis qui eadem peccata confitentur. Si quis enim, inquit, sua sponte peccatum, quod ignorabatur, declaraverit, humane punietur: qui autem non sponte ad emendationem accesserit, sed in peccato deprehensus fuerit, vel ex suspicione cognitus, accusatusve fuerit et convictus, etiam si pœnitentiam agere proposuerit, gravius punitur; et fit in extenso sive longiori tempore pœnitentia, ut sic purgatus in sacramentorum communionem recipiatur. Deinde et pœnæ fornicationis tempora enumerat: et dicit esse novem annos, et adjicit quomodo dispensentur. Universum autem ejus judicio relinquit, qui peccatores dispensat: et secundum vel diligentiam vel negligentiam in pœnitentia, pœnitentiæ tempus diminuere vel intendere jubet. Sicut enim non oportere dicit margaritas ante porcos projicere; ut dicit Evangelium, margaritas vocans sanctum corpus Domini, et pretiosum sanguinem; porcos autem, qui vitiose vitam agunt et in perturbationum animi cœno involventur: ita absurdum est pretiosarum margaritarum **159** communione privare, qui se a vitiis per pœnitentiam purgarunt et ex porcis in homines per purgationem mutati sunt. Cum novem autem annorum prænas esse dixisset in fornicatione, in adulterio animaliumque in eum ac prædicatu dicit tempus illud duplicari: esse vero ejus dispensationem fornicationis dispensationi similem. Hoc enim sibi vult illud; in eodem judicio; id est, in eadem sententia, in eadem pœna. Solo autem tempore duplicatur. Cum enim in unoquoque pœnarum loco sit triennium

A τὴν χωρὶς ἀδικίας ἑτέρου μίξιν, ἤγουν τὴν πρὸς ἐλευθέραν ἀνδρὸς γυναῖκα, μοιχείαν δὲ τὴν πρὸς γυναῖκα ἀνδρὶ συνοικοῦσαν εἰσέλευσιν. Ὁ μὲν γὰρ γυναικὶ προσιὼν ἄνδρα μὴ ἔχούσῃ ἁμαρτάνει μέν, ὅτι μὴ νομίμως αὐτῇ κέχρηται· ἀδικεῖ δὲ οὐδένα· ὁ δὲ τῇ συνοικούσῃ ἀνδρὶ πλησιάζων ἀδικεῖ τὸν ἐκείνης ἄνδρα, τὴν ἀλλοτρίαν οἰκειούμενος· πολλάκις δὲ καὶ ἐπιβουλεύει τῷ ἐκείνης ἀνδρί· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ Δαβίδ. Καὶ τὴν ζωοφθορίαν δὲ καὶ τὴν παιδεραστίαν ἐπίσης τῇ μοιχείᾳ τεθείκασιν, ὅτι τε ἀδικεῖται ἡ φύσις, παρὰ φύσιν ἁμαρτανόντων τῶν οὕτω πλημμελούντων, καὶ ὅτι ἀλλοτρίῳ κέχρηται ὁ οὕτως ἁμαρτάνων· ἀλλότριον γάρ ἡ φύσις ἡ τῶν ἀλόγων καὶ ἡ τῶν ἀρρένων. Ἄρσεν γὰρ καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ Θεός. Τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἁμαρτημάτων καθολικὴν μὲν θεραπείαν λέγει ὁ ἅγιος, ἤγουν πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἁρμόττουσαν, τὸ καθαρὸν τῆς τοιαύτης λύσσης ἐκ μεταμέλου γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἤγουν τὸ κατεγνῶναι τῆς ἁμαρτίας καὶ ἀποστῆναι αὐτῆς. Εἰ μὴ γάρ τις ἀποσταίη τοῦ ἁμαρτάνειν, πῶς ἂν λογισθείη μετανοεῖν; Ἐπεὶ δὲ τῇ πορνείᾳ ἀδικία οὐ πρόσεστι, τῇ δὲ μοιχείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰρημένοις, ὡς ἔφθην εἰπεῖν, πρὸς τῷ ἀθέσμῳ τῆς μίξεως καὶ ἀδικία παρίπεται, διπλασιάζει τὸν χρόνον τοῦ ἐπιτιμίου τῆς μοιχείας καὶ τῆς ζωοφθορίας καὶ ἀῤῥενοκοιτίας πρὸς τὸ τῆς πορνείας. Ἔπειτα καὶ διαφοράν τινα εἰσάγει ἐπὶ τῶν ἐξομολογουμένων τὰ αὐτὰ ἁμαρτήματα. Εἰ μέν τις, φησὶν, ἀφ' ἑαυτοῦ ὁρμηθεὶς ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν ἀγνοουμένην, φιλανθρώπως ἐπιτιμηθήσεται· ὁ δὲ οὐχ ἑκὼν εἰς ἐξαγόρευσιν ἐλθών, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ εὑρεθείς, ἢ ἐξ ὑποψίας γνωσθείς, ἢ κατηγορηθεὶς καὶ ἐλεγχθείς, κἂν πρόκειται μετανοῆσαι, βαρύτερον ἐπιτιμᾶται, καὶ ἐν ἐπιτεταμένῃ, ἤγουν μακροχρονίῳ, γίνεται μετανοίᾳ, ἵνα οὕτω καθαρθεὶς δεχθῇ εἰς τὴν τῶν ἁγίων μετάληψιν. Εἶτα καὶ τοὺς χρόνους ἀπαριθμεῖται τοῦ ἐπιτιμίου τῆς πορνείας· καὶ ἐννέα λέγει εἶναι αὐτούς, καὶ ὅπως οἰκονομοῦνται προστίθησι. Τὸ δὲ πᾶν τῷ οἰκονομοῦντι τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀνατίθησι, καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ σπουδὴν ἢ ῥᾳθυμίαν ἐλαττοῦν τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων καὶ ἐπιτείνειν διακελεύεται. Ὡς γὰρ οὐ δεῖν φησι τοὺς μαργαρίτας ῥίπτειν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· τοῦτο δὲ τὸ εὐαγγελικὸν, μαργαρίτας μὲν καλῶν τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου καὶ τὸ τίμιον αἷμα, χοίρους δὲ τοὺς ἐμπαθῶς ζῶντας· καὶ τῷ βορβόρῳ τῶν παθῶν ἐκκυλιομένους· οὕτως ἄτοπον ἀπόστερεῖν τῆς μεταλήψεως τῶν τιμίων μαργαριτῶν τοὺς διὰ μετανοίας καθάραντας ἑαυτοὺς τῶν παθῶν, καὶ ἐκ χοίρων εἰς ἀνθρώπους μεταβληθέντας διὰ τῆς καθαρότητος. Ἐννέα μὲν οὖν ἔτη ἐπὶ τῆς πορνείας εἰπὼν εἶναι τὸ ἐπιτίμιον, ἐπὶ τῆς μοιχείας καὶ ζωοφθορίας καὶ ἀρσενοκοιτίας διπλασιάζεσθαι λέγει τὸν χρόνον τοῦτον· τὴν δὲ οἰκονομίαν ὁμοίαν γίνεσθαι τῇ τῆς πορνείας. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι, ἤγουν ἐν τῇ αὐτῇ κρίσει, ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιτιμήσει. Τῷ δὲ χρόνῳ μόνῳ διπλασιάζεται. Ἐν ἑκάστῳ γὰρ τόπῳ τῶν ἐπιτιμίων τριετίας ὁρισθείσης; ἐν τῇ πορνείᾳ, ἑξαετία ἐν τῇ μοιχείᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς

ὥρισται· κἀνταῦθα δὲ τὸ συντεμεῖν τὸν χρόνον τοῦ ἐπιτιμίου, ἢ αὐξῆσαι, τοῦ οἰκονομοῦντος τῇ διακρίσει τοὺς ἐν μετανοίᾳ δίδωσιν.

A definitum in fornicatione, sexennium in adulterio et reliquis definitum est. Porro hic quoque pœnæ tempus contrahere, vel augere, ejus, qui pœnitentiam agentes dispensat, judicio relinquit.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Λείπεται πρὸς τούτοις τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς προθεῖναι εἰς ἐξέτασιν, ὅταν παρασφαλεῖσα τῆς ἀγαθῆς τοῦ θυμοῦ χρήσεως, εἰς ἁμαρτίαν ἐκπέσῃ. Πολλῶν τε ὄντων κατὰ θυμὸν εἰς ἁμαρτίαν ἐνεργουμένων, καὶ πάντων κακῶν, ἥρεσέ πως τοῖς Πατράσιν ἡμῶν, ἐν τοῖς ἄλλοις μὴ λίαν ἀκριβολογεῖσθαι, μηδὲ πολλῆς ἄξιον ἡγεῖσθαι σπουδῆς, τὸ θεραπεύειν πάντα τὰ ἐκ θυμοῦ παραπτώματα· καί τοί γε τῆς Γραφῆς, οὐ μόνον τὴν ψυχὴν ἀπαγορευούσης πληγήν· ἀλλὰ καὶ πᾶσαν λοιδορίαν, ἢ βλασφημίαν, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον ὁ θυμὸς ἀπεργάζεται· μόνον δὲ τοῦ κατὰ τὸν φόνον ἄγους τὴν παραφυλακὴν ἐποιήσαντο, διὰ τῶν ἐπιτιμίων. Διῄρηται δὲ τὸ τοιοῦτον κακὸν τῇ διαφορᾷ τοῦ ἑκουσίου τε καὶ ἀκουσίου, ἐν οἷς ἑκούσιος μέν ἐστι φόνος. Πρῶτον μὲν, ὁ ἐκ παρασκευῆς τετολμημένος τοῦ εἰς αὐτὸ τοῦτο εὐτρεπισαμένου, ὅπως ἂν τὸ ἄγος ἐργάσηται. Ἔπειτα δὲ κἀκεῖνος ἐν τοῖς ἑκουσίοις ἐνομίσθη, ὅταν τις ἐν συμπλοκῇ καὶ μάχῃ, τύπτων τε καὶ τυπτόμενος, ἐνέγκῃ κατά τινος καιρίου τὴν διὰ τῆς χειρὸς πληγήν. Ὁ γὰρ ἅπαξ τῷ θυμῷ κρατηθεὶς, καὶ τῇ ὁρμῇ τῆς ὀργῆς χαριζόμενος, οὐδὲν ἂν παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τῶν ἀνακόψαι τὸ κακὸν δυναμένων ἐπὶ νοῦν λάβοι. Ὥστε καὶ τὸ ἐκ τῆς συμπλοκῆς ἀποτέλεσμα τοῦ φόνου, εἰς ἔργον προαιρέσεως, καὶ οὐκ εἰς ἀποτυχίαν ἀνάγεται. Οἱ δὲ ἀκούσιοι φανερὰ ἔχουσι τὰ γνωρίσματα· ὅταν τις πρὸς ἕτερόν τι τὴν σπουδὴν ἔχων, ἐξ ἀποτυχίας τι τῶν ἀνηκέστων δράσῃ. Ἐπὶ τούτων τοίνυν ὁ μὲν φόνος, εἰς τριπλάσιον χρόνον παρατείνεται, τοῖς δι' ἐπιστροφῆς θεραπευομένοις τὸ ἑκούσιον ἄγος. Τρισεννέα γάρ εἰσιν ἐνιαυτοὶ, καθ' ἕκαστον βαθμὸν τῆς ἐννάδος τῶν ἐτῶν ὁρισθείσης, ὥστε ἐν μὲν τῷ παντελεῖ ἀφορισμῷ, ἐνναετῆ χρόνον διαγενέσθαι ἀπειργόμενον τῆς Ἐκκλησίας· ἄλλα δὲ τοσαῦτα ἔτη ἐν τῇ ἀκροάσει παραμεῖναι, μόνης τῶν διδασκάλων καὶ τῆς τῶν Γραφῶν ἀκροάσεως, καὶ μετὰ τῆς τοῦ λαοῦ φυστάσεως ἀξιούμενον, ἐν δὲ τρίτῃ ἐννάδι, μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν τῇ ἐπιστροφῇ προσευχόμενον, οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μετουσίαν τοῦ ἁγιάσματος· δηλαδὴ καὶ ἐπὶ τοῦ τοιούτου, ἡ αὐτὴ προστήρησις ἔσται παρὰ τοῦ οἰκονομοῦντος τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πρὸς λόγον τῆς ἐπιστροφῆς συντμηθήσεται αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ ἐπιτιμίου παράτασις, ὥστε ἀντὶ ἐννέα ἐτῶν, ἐφ' ἑκάστῳ βαθμῷ ὀκτὼ ἢ ἑπτὰ ἢ ἕξ, ἢ καὶ πέντε μόνα γενέσθαι· εἴπερ τὸ μέγεθος τῆς ἐπιστροφῆς νικοίη τὸν χρόνον, καὶ ὑπερβάλλοιτο τῇ σπουδῇ τῆς διορθώσεως τοὺς ἐν τῇ μακρᾷ προθεσμίᾳ ῥᾳθυμότερόν πως ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς κηλίδος καθαίροντας. Τὸ δὲ ἀκούσιον, συγγνωστὸν μὲν, οὐ μὴν ἐπαινετὸν ἐκρίθη. Τοῦτο δὲ εἶπον, ὥστε δῆλον γενέσθαι, ὅτι κἂν ἀκουσίως τις γένηται ἐν τῷ τοῦ φόνου μιάσματι, ὡς ἤδη βέβηλον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἄγους γενόμενον, ἀπόβλητον ἱερατικῆς χάριτος ὁ κανὼν ἀπεφήνατο· ὅσος δέ ἐστιν ἐπὶ τῇ ἑκάστῃ πορείᾳ τοῦ καθαρσίου ὁ χρόνος, τοσοῦτος καὶ

CANON V.

Restat ad hæc ut irascentem animæ partem examinandam proponamus, quando lapsa a bono iræ usu in peccatum ceciderit. Cum autem multa sint quæ per iram fiunt peccata et omnis generis mala, placuit omnibus nostris Patribus in aliis quidem non nimium subtiliter agere, nec nimium in eo studii operæque ponere, ut omnia quæ ex ira nascerentur delicta curarent; quamvis Scriptura non solum vulnus prohibeat, sed etiam omne convicium vel maledictum, et si quid aliud ejusmodi ita efficit; sed solam cædis cautionem suis pœnis introduxerunt. Dividitur autem hoc malum, differentia voluntariæ et involuntariæ: et est cædes quidem voluntaria, quæ præmeditate suscepta est ab eo qui se ad hoc comparaverat ut hoc facinus perpetraret. Deinde illud quoque in voluntariis existimatum est, quando quis in congressu verberans et verberatus, manu plagam mortiferam intulerit. Qui enim ira semel victus est, et animi appetitioni cedit, nihil eorum quæ malum possent amputare, ei in mentem venit. Quare et illic quoque qui ex concertatione profectus est, cædis eventus, in factum voluntarium, non in casum confertur. Involuntariæ autem habent manifesta indicia, quando quis alicui alteri rei studium applicans, casu gravissimum aliquod malum patraverit. In his ergo, cædes quidem in triplex tempus extenditur iis qui per conversionem voluntario facinori remedium afferunt. Ter novem etiam sunt anni, novenario annorum numero in unoquoque gradu præfinito, ut in perfecta quidem segregatione novem annorum tempore versetur ab Ecclesia prohibitus; alios autem tot annos in auditione permaneat, sola doctorum et Scripturarum auditione et conversatione cum populo dignus habitus, in tertio autem novenario cum substratis in conversione orans, ut perveniat ad communionem sacramenti scilicet; et in eodem eadem erit observatio ab eo qui Ecclesiam administrat, et pro ratione conversionis illi quoque pœnæ extensio rescindetur, ut pro novem annis in unoquoque gradu, vel octo, vel septem, vel quinque solum anni fiant, si pœnitentiæ magnitudo tempus vincat, et superet correctionis studio eos qui in longo tempore præstituto susceptas a se maculas segniter eluunt. Involuntarium autem venia quidem dignum, sed non laudabile judicatum est. Hoc autem dixi, ut sit apertum, quod etiam si quis involuntarie fuerit in scelere homicidii: eum tanquam jam profanum, piaculum redditum, a sacerdotali gratia ejiciendum pronuntiavit canon. Quantum autem est expiationis tempus ob simplicem fornicationem, tantum etiam recte habere existimatum est in iis qui cædem involuntariam fecissent; sci-

licet, in iisquoque, 160 pœnitentis voluntate examinata; ut si sit fide quidem digna conversio, non servetur annorum numerus; sed temporis prolixitate resecata, ad Ecclesiæ restitutionem et boni participationem compendio reducatur. Si quis autem non expleto tempore a canonibus præstituto vita excedat, jubet Patrum clementia ut effectus sacramentorum particeps, non viatico vacuus, ad extremam illam et longam peregrinationem mittatur. Sin autem, postquam sacramenti particeps factus fuerit, rursum ad vitam reversus sit: statutum tempus exspectet, in illo gradu exsistens in quo erat ante communionem illi ex necessitate datam.

A ἐπὶ τῶν ἀκουσίως πεφονευκότων ἐδοκιμάσθη καλῶν ἔχειν, δηλαδὴ καὶ ἐν τούτῳ τῆς προαιρέσεως τοῦ μετανοοῦντος δοκιμαζομένης· ὥστε εἰ ἀξιόπιστος γένοιτο ἡ ἐπιστροφὴ, μὴ πάντως παραφυλαχθῆναι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν, ἀλλὰ διὰ συντομίας ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀποκατάστασιν, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν. Εἰ δέ τις μὴ πληρώσας τὸν χρόνον τὸν ἐκ τῶν κανόνων ἀφωρισμένον, ἐξοδεύοι τοῦ βίου· κελεύει ἡ τῶν Πατέρων φιλανθρωπία μετασχόντα τῶν ἁγιασμάτων, μὴ κενὸν τοῦ ἐφοδίου πρὸς τὴν ἐσχάτην ἐκείνην καὶ μακρὰν ἀποδημίαν ἐκπεμφθῆναι. Εἰ δὲ μετασχὼν τοῦ ἁγιάσματος, πάλιν εἰς τὴν ζωὴν ἐπανέλθοι, ἀναμένειν τὸν τεταγμένον χρόνον, ἐν ἐκείνῳ τῷ βαθμῷ γενόμενον, ἐν ᾧ ἦν πρὸ τῆς κατὰ ἀνάγκην αὐτῷ δοθείσης κοινωνίας.

BALS. Postquam dixit hic magnus Pater de duabus animæ facultatibus, nunc reliquam quoque adjicit, nempe irascentem. Et multa quidem peccata esse dicit, quæ ex ira nascuntur, ut ictus, injurias, maledicta, convicia, quæ omnia a sacra Scriptura sunt prohibita. Beatus enim Paulus scribens ad Colossenses, et carnis opera enumerans, cum aliis inimicitias, lites, et contentiones, æmulationes, iras, discordias, ac seditiones et cædes induxit; et qui hæc, inquit, agunt, regnum Dei non possidebunt. Sed etsi, inquit hic sanctus, hæc omnia a Scriptura prohibita sint, quodammodo placuit tamen Patribus nostris in aliis non nimium subtiliter nec summo jure agere. Illud autem: Quomodo placuit, est negantis, et veluti rationem nescientis, propter quam Patres in iis non nimium subtiliter et accurate agere voluerint, nec ut iis remedia afferrent multum studii ponendum esse putarunt. Solum autem homicidii facinus esse pœnis afficiendum censuit, ut caverent homines ne cædes perpetrarent, pœnas impositas formidantes. Cædis autem peccatum dividitur in voluntarium, et involuntarium. Et est quidem voluntaria cædes, quæ præparato ac consulto susceptа est, ad quam paratus et instructus fuerat quispiam. Voluntarium autem dicit, et quod non consulto quidem, sed in certamine, et contentione factum est, quando quis eum qui resistit in aliqua parte corporis lethaliter percusserit. Nam hoc quoque cædis genus, non fortuitum, sed involuntarium sanctus judicat. Involuntariam autem cædem definit, quando aliquid aliud agere volens, utpote feram percutere, vel fructum arboris decutere, transeuntem hominem non visum percusserit, isque mortuus fuerit. Voluntariæ itaque cædi viginti septem annos definit pœnæ tempus, et ipsum in tres partes dividit, ut unaquæque pars habeat novem annos. Et perfectam quidem segregationem nominat, quando is, qui segregatus est, extra ecclesiam stat et deflet, postquam autem illic ad nonum usque annum defleverit, tanto rursus tempore stet in loco audientis; et illinc procedat ad locum substrationis: et ita viginti septem annis dimensis, dignus sacramentorum communione habeatur. Ubique autem pœnitentiæ dispensatori pœnarum tempus contrahendi dat

B ΒΑΛΣ. Εἰπὼν περὶ τῶν δύο ψυχικῶν δυνάμεων ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ, προστίθησιν ἄρτι καὶ τὴν λοιπὴν, ἥτις ἐστὶ τὸ θυμοειδές. Καὶ πολλὰ μὲν εἶναί φησι τὰ ἐκ τοῦ θυμοῦ τικτόμενα ἁμαρτήματα, οἷος πληγὰς, ὕβρεις, λοιδορίας, βλασφημίας, ἅπαντα τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀπηγόρευται. Ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος πρὸς Κολασσαεῖς γράφων, καὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἔργα ἀπαριθμῶν, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἔχθρας καὶ ἔριδας καὶ ζήλους καὶ θυμοὺς, ἐριθείας τε καὶ διχοστασίας καὶ φόνους ἐπήγαγε, καὶ οἱ ταῦτα πράσσοντες, ἔφη, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Ἀλλὰ κἂν πάντα, φησὶν ὁ ἅγιος οὗτος, τῇ Γραφῇ ἀπηγόρευται, ὅμως ἤρεσέ πως τοῖς Πατράσιν ἡμῶν ἐν τοῖς ἄλλοις μὴ λίαν ἀκριβολογεῖσθαι· τὸ δὲ ἤρεσέ πως ἀπαρνοῦντός ἐστι καὶ ὥσπερ μὴ εἰδότος τὸν λόγον, δι' ὃν ταῦτα οἱ Πατέρες ἀκριβολογεῖσθαι οὐκ ἠθέλησαν, οὐδὲ πάνυ σπουδαῖον ἡγήσαντο θεραπεύειν τὰ τοιαῦτα. Μόνον δὲ τὸ τοῦ φόνου μίασμα ἐπιτιμίων ἠξίωσεν, ὥστε παραφυλάττεσθαι τοὺς ἀνθρώπους μὴ ποιεῖν φόνους φοβουμένους τὰ ἐπιτίμια. Τὸ δὲ ἐκ τοῦ φόνου ἁμάρτημα διαιρεῖται εἰς ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον. Καὶ ἔστιν ὁ ἑκούσιος φόνος, ὁ ἐκ παρασκευῆς, ἤγουν ὁ ἐκ μελέτης, τετολμημένος, πρὸς ὃν τις παρεσκευάσθη καὶ ἡτοιμάσθη. Ἑκούσιον δὲ λέγει καὶ τὸν μὴ ἐκ μελέτης μὲν, ἐν δὲ συμπλοκῇ καὶ φιλονεικίᾳ γενόμενον, ὅτε τις πλήξει τὸν ἀνθιστάμενον ἐν καιρίῳ μέρει τοῦ σώματος, τῷ θυμῷ στρατευόμενος. Καὶ τοῦτο γὰρ τὸ εἶδος τοῦ φόνου οὐ τυχαῖον ὁ ἅγιος κρίνει, ἀλλὰ προαιρετόν. Ἀκούσιον δὲ φόνον ὁρίζεται, ὅτε ἄλλο τι ποιῆσαι βουλόμενος, οἷον θηρίον ἀμύνασθαι ἢ κατασεῖσαι δένδρου καρπὸν, ἄνθρωπον παριόντα μὴ προιδὼν πλήξει, καὶ ὁ πληγεὶς θανεῖται. Τῷ μὲν οὖν ἑκουσίῳ φόνῳ, κζ' ἔτη ὁρίζεται τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρὸν, καὶ εἰς τρεῖς μοίρας αὐτὸν διαιρεῖ, ὥστε μοῖραν ἑκάστην ἐννέα ἔχειν ἐνιαυτούς. Καὶ παντελῆ μὲν ἀφορισμὸν ὀνομάζει τὸ ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἑστάσθαι τὸν ἀφορισθέντα καὶ προσκλαίειν· ἐκεῖ δὲ προσκλαύσαντα ἐπὶ ἔνγατον ἐνιαυτὸν, ἐπὶ τοσοῦτον αὖθις χρόνον ἐν ἀκροωμένου στῆναι τόπῳ, κἀκεῖθεν προβῆναι εἰς τὸν τῆς ὑποπτώσεως τόπον· καὶ οὕτω τῶν κζ' ἐκμετρηθέντων ἐνιαυτῶν, τῆς τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίας ἀξιωθῆναι. Πανταχοῦ δὲ τὴν ἐξουσίαν τοῦ συντεμεῖν

τὸν τῶν ἐπιτιμίων καιρὸν τῷ οἰκονομοῦντι τὸν ἐν μετανοίᾳ γενόμενον δίδωσιν, εἰ βλέπει τὸν μετανοοῦντα δαψιλεῖς τοὺς τῆς μετανοίας καρποὺς ἐνδεικνύμενον. Ὁ δὲ ἀκούσιος, φησὶ, φόνος συγγνωστὸς μὲν ἐκρίθη, οὐ μὴν ἐπαινετὸς, ἤγουν οὐκ ἀνεκτὸς, ὥστε καὶ πάντη εἶναι ἀνεπιτίμητος. Κἂν γὰρ ἀκουσίως τις φονεύσῃ ἄνθρωπον, οὔτε ἱερωσύνης τεύξεται, καὶ ἀπόβλητος ταύτης ὡς τῷ φόνῳ μιανθεὶς ἔσεται. Χρόνον δὲ τῷ ἐπιτιμίῳ τοῦ ἀκουσίου φόνου λέγει τετάχθαι, ὅσος ἐν τῇ ψιλῇ πορνείᾳ ἐτάχθη· ἔστι δὲ οὗτος, κατὰ τοῦτον τὸν ἅγιον, ἐννέα ἔτη. Ψιλὴν δὲ πορνείαν, τὴν εἰς γυναῖκα μὴ ἐχουσαν ἄνδρα ὠνόμασε, τοὺς χρόνους δὲ τῶν ἐπιτιμίων εἰπὼν ἐφ' ἑκάστῳ πλημμελήματι, νῦν προστίθησιν ὅτι, εἰ οὔπω ὁ ἐπιτιμηθεὶς ἐπλήρωσε τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρὸν, ἀλλ' ἔτι ἀφωρισμένος ἐστὶ καὶ κινδυνεύει θανεῖν, ὥρισαν οἱ Πατέρες φιλανθρωπευσάμενοι τὸν τοιοῦτον μετασχεῖν τῶν ἁγιασμάτων, ἵνα μὴ ἐστερημένος του ἐφοδίου ἀπέλθῃ πρὸς τὴν μακρὰν ἀποδημίαν. Ἐφόδια δὲ λέγονται τὰ ἐπὶ τῇ ὁδῷ τοῖς ὁδεύουσι συμβαλλόμενα. Μέγα δὲ συμβάλλεσθαι τοῖς πιστοῖς πιστεύεται τῶν ἁγιασμάτων ἡ μέθεξις. Εἰ δὲ περὶ τὴν ζωὴν κινδυνεύων ὁ ἐν ἐπιτιμίῳ ἀξιωθείη τῶν θείων δωρεῶν, εἶτα ἐκφύγῃ τὸν κίνδυνον καὶ ἀναῤῥωσθῇ, αὖθις ἀκοινώνητος ἔσται, καὶ ἐν ἐκείνῳ στήσεται τῷ βαθμῷ, ἐν ᾧ ἦν καὶ πρὸ τοῦ κινδύνου, μέχρις ἂν ὁ χρόνος ὁ τεταγμένος ἐκμετρηθῇ.

potestatem, si viderit pœnitentem uberes pœnitentiæ fructus ostendere. Involuntaria autem, inquit, cædes venia quidem digna judicata est, sed non laudanda, seu non ita tolerabilis, ut sit ab omni supplicio immunis; siquis enim involuntarie hominem interfecerit, nec sacerdotium assequetur, et, ut qui homicidio sit pollutus, eo ejicietur. Involuntariæ autem cædis pœnæ tempus esse dicit, quantum in simplici fornicatione statutum est. Est autem illud secundum hunc sanctum, novem annorum. Simplicem autem fornicationem nominavit, quæ in mulierem virum non habentem committitur. Postquam autem dixit pœnæ tempus in unoquoque peccato, nunc adjicit: quod si is, qui pœna affectus est, nondum perfecit tempus pœnitentiæ, sed est adhuc segregatus, et in magno vitæ periculo versatur, statuerunt Patres clementia utentes, ut is sit sacramentorum particeps, ne viatico carens in longam peregrinationem abeat. Dicitur autem viaticum, quod iis qui 161 viam ineunt in via est utile. Fidelibus autem valde conferre creditur sacramentorum participatio. Sin autem is, cui pœna imposita est, in vitæ periculum veniens divinis donis dignus habitus fuerit, deinde periculum effugerit et revalueriit, rursus erit excommunicatus; et in illo gradu stabit, in quo erat etiam ante periculum, donec præstitutum tempus dimensum fuerit.

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

Τὸ δὲ εἶδος τῆς εἰδωλολατρείας· οὕτω γὰρ ὀνομάζει τὴν πλεονεξίαν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· οὐκ οἶδα ὅπως ἀθεράπευτον ὑπὸ τῶν Πατέρων ἡμῶν περιῴφθη. Καί τοί γε δοκεῖ τὸ τοιοῦτον κακὸν τῆς τρίτης ἐν τῇ ψυχῇ καταστάσεως πάθος εἶναι. Καὶ γὰρ λογισμὸς τῆς τοῦ καλοῦ κρίσεως ἁμαρτάνων, ἐν τῇ ὕλῃ τὸ καλὸν εἶναι φαντάζεται, οὐ πρὸς τὸ ἄῦλον ἀναβλέπων κάλλος, καὶ ἡ ἐπιθυμία πρὸς τὰ κάτω ῥεῖ, τοῦ ἀληθοῦς ὀρεκτοῦ ἀπορρέουσα. Καὶ ἡ φιλόνεικός τε καὶ θυμώδης διάθεσις, πολλὰς ἐκ τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας τὰς ἀφορμὰς λαμβάνει. Καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, συμφωνεῖ ἡ τοιαύτη νόσος τῷ ἀποστολικῷ τῆς πλεονεξίας ὅρῳ. Ὁ γὰρ θεῖος Ἀπόστολος, οὐ μόνον αὐτὴν εἰδωλολατρείαν, ἀλλὰ καὶ ῥίζαν πάντων τῶν κακῶν ἀπεφήνατο· καὶ ὅμως τὸ τοιοῦτον εἶδος παρώφθη τῆς νόσου ἀνεπίσκεπτόν τε καὶ ἀτημέλητον· διὸ καὶ πλεονάζει κατὰ τὰς Ἐκκλησίας, τὸ τοιοῦτον ἀῤῥώστημα, καὶ οὐδεὶς τοὺς ἐπὶ τὸν κλῆρον ἀγομένους περιεργάζεται, μήπως τῷ τοιούτῳ εἴδει τῆς εἰδωλολατρείας κατεμιάνθησαν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, διὰ τὸ παρεῖσθαι τοῖς Πατράσιν ἡμῶν, ἀρκεῖν ἡγούμεθα τῷ δημοσίῳ τῆς διδασκαλίας λόγῳ, ὅπως ἂν οἷόν τε ᾖ, θεραπεύειν, ὥσπερ τινὰ πάθη νοσηθωρικὰ, τὰς πλεονεκτικὰς ἀῤῥωστίας διὰ τοῦ λόγου καθαίροντας. Μόνην δὲ τὴν κλοπὴν καὶ τὴν τυμβωρυχίαν, καὶ τὴν ἱεροσυλίαν πάθη νομίζομεν, διὰ τὸ οὕτως ἐκ τῆς τῶν Πατέρων ἀκολουθίας τὴν παράδοσιν ἡμῖν περὶ τούτου γενέσθαι. Καί τοί γε παρὰ

CANON VI.

Altera autem idololatriæ species (sic enim divinus Apostolus avaritiam appellat [1]), nescio quomodo absque ulla pœnæ medela a Patribus prætermissa sit. Atqui hoc malum quidem videtur esse trium animi constitutionum affectio. Nam et ratio, ab ejus quod pulchrum est judicio aberrans, esse in materiâ quod pulchrum est existimat, non ad pulchritudinem a materia separatam aspiciens, et desiderium ad ea quæ sunt inferiora inclinatur, ab eo quod vere est expetendum dilabens. Jam vero et contentiosa animosaque animæ affectio ex hoc peccato multas occasiones accipit. Et ut in universum dicam, hic morbus cum apostolica avaritiæ definitione consentit. Divinus enim Apostolus eam non solum idololatriam, sed etiam omnium malorum radicem pronuntiavit [2]; et tamen hæc morbi species, inconsiderata et absque ulla ejus cura prætermissa est: quo fit, ut hic morbus valde in Ecclesia redundet, et nemo in iis qui ad clerum adducuntur, inquirit, num qui eo idololatriæ genere polluti sint. Sed de iis quidem, quoniam id a Patribus prætermissum est, sufficere existimo publica doctrinæ ratione, ea quomodo fieri potest curare, veluti quosdam morbos ex repletione ortos, inexplebilis avaritiæ affectiones oratione purgantes. Solum autem furtum, et sepulcrorum effossionem, et sacrilegium vitia existimamus, quod sic a

[1] Ephes. v, 5. [2] I Timoth. vi, 10.

Patrum consequentia, hæc nobis traditio facta sit. Atqui apud divinam Scripturam et fœnus et usura sunt prohibita, et per quamdam potentiam, ad suam possessionem aliena traducere, etiamsi sub contractus aut transactionis specie hoc fortasse factum sit. Quoniam ergo nos quidem ad canonum potestatem assequendam fide digni non sumus, in iis, quæ ex confesso prohibita sunt, canonicam sententiam dictis jam adjiciemus. Dividitur autem furtum in latrocinium seu deprædationem, et in murorum effossionem. Idem autem utriusque est institutum, videlicet aliena auferre : in animo autem ipsorum, magna est inter se differentia. Latro enim, etiam homicidium ad id quod studet assequi assumit, ad id paratus et armis, et copiis, et opportunitate loci, adeo ut is homicidarum judicio subjiciatur, si per pœnitentiam ad Dei Ecclesiam reversus fuerit. Qui autem latenti ablatione, sibi alienum usurpat, si deinde per enuntiationem peccatum suum sacerdoti aperuerit, vitii studio in contrarium mutato ægritudinem curabit : dico autem, largiendo quæ habet pauperibus, ut, dum quæ habet profundit, se ab avaritiæ morbo liberum aperte ostendat. Sin autem nihil aliud præterquam solum corpus habeat, jubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi. Dictionis autem ita habet contextus : *Qui furatur, non amplius furetur : sed potius laboret bonum operans, ut possit ei largiri qui indiget* [1].

BALS. Dubitat sanctus, quomodo plura habendi cupiditatis vitium, sive avaritia a Patribus absque ulla medicina, prætermittatur, nec ulla iis qui eo tenentur pœna imposita fuerit, maxime cum Apostolus ipsum idololatriam vocaverit. Atqui videntur, inquit, tres animæ facultates in eo affici **162** et a rectitudine divertere. Neque enim ratiocinatrix animæ affectio recte judicat; sed falso et nequiter. Aberrat enim, inquit, ab ejus quod pulchrum est judicio, hoc est, id non assequitur, nec ad pulchritudinem a materia separatam respicit, ad Dei scilicet, quoad ejus fieri potest, intelligentiam, futurorumque bonorum fruitionem ; sed id quod pulchrum est in materia imaginatur. Falsam autem opinionem et mendacem existimationem sanctus imaginationem apposite vocavit; existimare scilicet id quod pulchrum et honestum est, esse in pecuniis, divitiis et ejusmodi. Porro desiderativa animi fa-

[1] Ephes. IV, 28.

συνελθεῖν αὐτὸν ἀδύνατον, καὶ λέγοντος σωφρονεῖν, θέλοντος δὲ λαβεῖν γυναῖκα ἑτέραν νομίμως. Ἡ δὲ ἀπόκρισις, ὅτι οὐ δύναταί τι εἰπεῖν. Μοιχεία γάρ ἐστι, τὸ, ἔτι συνισταμένου τοῦ γάμου, ἑτέραν ἀγαγέσθαι τὸν ἄνδρα γυναῖκα εἰς συμβίωσιν. Ἐκ δὲ τῆς νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, δέδοται τῷ ἀνδρὶ, μαινομένης διηνεκῆ μανίαν τῆς γυναικὸς, λύειν τὸν γάμον· τοῦ γάμου δὲ λυθέντος, ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἑτέραν νομίμως εἰσοικίσασθαι.

Ἐρώτησις.

« Ἐὰν νηστεύων τις ἐπὶ τῷ κοινωνῆσαι, νιπτόμενος τὸ στόμα, ἢ ἐν τῷ βαλανείῳ κατέπιεν ὕδωρ μὴ θέλων· ὀφείλει κοινωνῆσαι; »

Ἀπόκρισις.

« Ἐπεὶ εὗρεν ὁ Σατανᾶς ἀφορμὴν τοῦ κωλύειν αὐτὸν τῆς κοινωνίας, συχνότερον τοῦτο ποιήσει. »

Ἐρώτησις.

« Συχνῶς ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ποιοῦντες, ἆρα ὑπὸ κατάκρισίν ἐσμεν; »

Ἀπόκρισις.

« Εἰ καὶ μὴ ποιοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται μὴ μέμφεσθαι ἑαυτοὺς, ὅτι ἀκούοντες παρακούομεν· μέρος δὲ σωτηρίας ἐστὶ καὶ τὸ μέμφεσθαι ἑαυτούς. »

Ἐρώτησις.

« Ἐκ ποίας κείρας κρίνονται παρὰ Θεοῦ τὰ ἁμαρτήματα; »

Ἀπόκρισις.

« Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὴν φρόνησιν. Οἱ μὲν ἀπὸ δεκαετοῦς κείρας, οἱ δὲ καὶ μείζονος. »

ΒΑΛΣ. Πρὸς τὴν γνῶσιν ἑκάστου καὶ τὸ φρόνημα ἔφη κρίνεσθαι τῷ Θεῷ τὰ ἁμαρτήματα. Οἱ μὲν γὰρ ὀξυτέρας φύσεως ὄντες τῶν παίδων καὶ μᾶλλον ἐγρηγορυίας, συντομώτερον διακρίνουσι τὸ καλὸν καὶ τὸ χεῖρον· οἱ δὲ νωθροτέρας τυχόντες καὶ ἀναπεπτωκυίας ἕξεως, βραδεῖς εἰσι πρὸς τὴν γνῶσιν τοῦ δέοντος. Διὸ τοῖς μὲν ἀπὸ δεκάτου ἐνιαυτοῦ τῆς ἡλικίας αὐτῶν λογίζεσθαι εἶπε τὰ ἁμαρτήματα, τοῖς δὲ ἐκ μείζονος καὶ τελεωτέρας.

lædat, cum qua ipse rem habere non potest; dicit autem se non posse continere, et vult aliam uxorem legitimam accipere. Responsio autem est, se nihil posse dicere. Est enim adulterium, si constante matrimonio, vir aliam mulierem ducat in matrimonium. Ex novella autem imperatoris domini Leonis Philosophi marito concessum est, mulieris quæ perpetua insania laborat, solvere matrimonium: soluto autem matrimonio, licet marito aliam uxorem introducere.

Interrogatio.

« Si quis jejunans, ut communicet, os lavans, vel in balneo aquam bibit nolens: debetne communicare? »

Responsio.

« Quia etiam invenit Satanas occasionem prohibendi eum a communione, frequentius hoc faciet. »

Interrogatio.

« Sermonem Dei sæpe audientes et non facientes, an sumus judicio obnoxii? »

Responsio.

« Si non faciamus, nec nos accusare contingit, quod audientes non pareamus. Est autem pars salutis seipsos accusare. »

Interrogatio.

« Ex quanam ætate a Deo judicantur peccata? »

Responsio.

« Ex uniuscujusque cognitione et prudentia: illi quidem a decennio; hi vero a majori ætate. »

BALS. Ex uniuscujusque cognitione et intelligentia dicit a Deo peccata judicari. Pueri enim, qui sunt acrioris et vigilantioris naturæ bonum et malum citius discernunt: qui autem sunt hebetioris tardiorisque ingenii, tardi sunt ad cognitionem ejus quod fieri oportet. Ideo illis quidem dicit ab anno decimo reputari peccatum: his vero a majori et perfectiori ætate.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΘΕΟΦΑΝΙΩΝ ΕΠΙΣΤΑΝΤΩΝ ΕΝ ΚΥΡΙΑΚΗ.

170 EDICTUM THEOPHILI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

CUM SANCTA THEOPHANIA IN DIE DOMINICO INSTARENT.

Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν Κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐπρυτάνευσε. Διὸ καὶ ἐν ταῖς Ἱεραῖς Γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα, καὶ ἡγδόη, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. Ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων νηστίμων ἡμέραν εἶναι ταύτην, οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκατέρων ἐπιστημόνως χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγων φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστίμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, περιμένοντες τὴν ἑσπερινὴν σύναξιν, ἥτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. Συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐννάτης ἐνταῦθα.

Et mos et honestas a nobis exigit, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque celebremus; quoniam Dominus noster Jesus Christus præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit. Et ideo in sacris Scripturis ipse, et primus appellatus est, ut qui sit nobis vitæ principium, et octavus, ut qui Judæorum sabbatismum exsuperaverit. Quia ergo accidit, ut sanctorum Theophaniorum hic esset dies jejunio peragendus, dispensemus, et ad utrumque scientes procedamus, ut paucos dactylos sumentes, simul et hæreses vitemus, quæ Domini nostri Jesu Christi resurrectionis diem non honorant, et diei jejunii quod debetur reddamus, vespertinum congregationem exspectantes, quæ hic, Deo dante, peragitur. Congregamur ergo hic ab hora nona.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ

Ὅπερ ἔλαβε Ἀμμῶν, διὰ τὴν Αυκώ.

EJUSDEM COMMONITORIUM QUOD ACCEPIT AMMON PROPTER LYCO.

CANON I.

De iis qui Arianis communicaverunt, et Ecclesias huc usque detinent, ut se habet consuetudo, fiat : ita tamen ut alii constituantur, qui in orthodoxia testificentur, et illi permaneant. His quoque ita dispensatis, ut aliis urbibus orthodoxi in Thebaide episcopi fecerunt, qui ab episcopo Apolline constituti, et qui cum Arianis Ecclesias habentibus communicantes, puniantur; si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt; sin autem proprio episcopo obedierunt, permaneant, etsi quod justum est non noverint. Et si omnes quidem populi eos cum aliis rejiciant, alii ordinentur; sin autem eos retinent cum illis quibus communicarunt, ii quoque eam consuetudinem experiantur, qua usi sunt omnes orthodoxi in Thebaide episcopi.

ΚΑΝΩΝ Α'.

Περὶ τῶν κοινωνησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι νῦν τὰς Ἐκκλησίας κατεχόντων, ὡς ἔθος γινέσθω, οὕτω μέντοι ἑτέρους καταστῆναι μαρτυρουμένους ἐν ὀρθοδοξίᾳ, κἀκείνους αὐλίζεσθαι. Οὕτως οἰκονομουμένων καὶ τούτων, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποιήκασιν οἱ ἐν τῇ Θηβαΐδι ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι, οἱ καταστάντες παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ κοινωνήσαντες τοῖς ἔχουσι τὰς Ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐπιτιμάσθωσαν, εἴγε γνώμῃ αὐτῶν πεποιήκασι τοῦτο· εἰ δὲ ὑπήκροι γεγόνασι τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ, αὐλιζέσθωσαν, καὶ μὴ ἐπεγνωκότες τὸ εὔλογον. Καὶ εἰ μὲν πάντες οἱ λαοὶ τούτους ἀποποιοῦνται μετὰ τῶν ἄλλων, ἕτεροι χειροτονείσθωσαν· εἰ δὲ ἀντιποιοῦνται αὐτῶν μετ' ἐκείνων οἷς κεκοινωνήκασι ταῦτα, καὶ οὗτοι ἀποπειράσθωσαν τῆς συνηθείας, ᾗ ἐχρήσαντο οἱ ἐν Θηβαΐδι πάντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι.

CANON II.

De Bisto, qui in Ereba constitutus est presbyter, quærendum est ; et si alicui quidem mulieri separatæ, vivente marito, vim attulit, non sinatur esse presbyter; nam ne ut laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales sunt separare consueverit Ecclesia. Hoc autem nullum affert episcopo Apollini præjudicium, si eum per ignorantiam constituit; cum sancta synodus jusserit eos, qui post ordinationem propter crimen indigni esse convincuntur, expelli.

ΚΑΝΩΝ Β'.

Περὶ Βίστου καταστάντος ἐν Ἐρέβῃ πρεσβυτέρου ζητητέον· καὶ εἰ μὲν ἀποταξαμένην τινὰ ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς ἐβιάσατο, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος, ὅπου γε οὐδὲ ὡς λαϊκὸς ὀφείλει συνάγεσθαι, τῆς Ἐκκλησίας εἰωθυίας τοὺς τοιούτους χωρίζειν. Οὐ φέρει δὲ τοῦτο πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν κατέστησε, τῆς ἁγίας συνόδου κελευσάσης τοὺς ἀναξίους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματι ἐκβαλέσθαι.

BALS. Bistus ab Apolline episcopo presbyter constitutus fuerat in Ereba; est autem ea regio Ægypti sicut et Lyco. Is vero dicebatur ante ordinationem mulieri separatæ vim attulisse, vivo marito. De eo igitur interrogatus Theophilus, inquit : Quæratur an sit verum eum mulieri vim attulisse, et si ita sit, ne ei esse presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is presbyter, cui nec laico in ecclesiam quidem permittitur ingredi, cum sit propter peccatum segregatus? Eos enim, qui sunt ejusmodi, extrudit Ecclesia et separat a fidelibus. Hoc autem a Theophilo nequaquam canonice dictum est : quandoquidem sanctorum apostolorum XXV canon, et magni Basilii tertius et XXXII, et Carthagin. syn. XXII, clericos, qui peccarunt, et depositi fuerunt, a communione non arcent. **171** Quod autem ordinatus sit, id non affert damnum episcopo, qui eum, peccatum ignorans, ordinavit. Statuit enim synodus, ut qui peccatorum convicti fuerunt, etiam post ordinationem ejiciantur. Id autem est primæ synodi Nicænæ can. IX. Illud autem : *Separatæ viro marito;* facti est, et ideo adjectum

ΒΑΛΣ. Ὁ Βίστος παρὰ Ἀπόλλωνος ἐπισκόπου κατέστη πρεσβύτερος ἐν Ἐρέβῃ· χώρα δὲ αὕτη Αἰγυπτίων ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἡ Αυκώ. Ἐλέγετο δὲ περὶ ἐκείνου, ὅτι πρὸ τῆς χειροτονίας γυναῖκα ἐβιάσατο ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρός. Περὶ τούτου οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ Θεόφιλος, ἔφη, ὅτι ἐρευνηθήτω, καὶ εἰ ἀληθές ἐστι τὸ βιάσασθαι αὐτὸν τὴν γυναῖκα, μὴ συγχωρείσθω εἶναι πρεσβύτερος. Πῶς γὰρ εἴη πρεσβύτερος, ὃς οὐδὲ λαϊκὸς συγχωρεῖται εἰσιέναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀφοριζόμενος διὰ τὸ ἁμάρτημα ; ἐξωθεῖ γὰρ τοὺς τοιούτους ἡ Ἐκκλησία καὶ χωρίζει ἀπὸ τῶν πιστῶν. Τοῦτο δὲ οὐ κανονικῶς τῷ Θεοφίλῳ εἴρηται· ὅ τε γὰρ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κε' κανὼν, καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τρίτος καὶ ὁ λβ', καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κβ' τοὺς κληρικοὺς ἁμαρτήσαντας, καὶ καθαιρεθέντας, τῆς κοινωνίας οὐκ ἀπείργουσι. Τὸ δὲ χειροτονηθῆναι αὐτὸν οὐ φέρει βλάβην τῷ χειροτονήσαντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἁμαρτήματος· ἡ γὰρ σύνοδος ὥρισε τοὺς ἐλεγχομένους ἐπὶ ἐγκλήματι καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐκβάλλεσθαι. Τοῦτο δὲ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρώτης ἐστὶ κανὼν ἔννατος. Τὸ δὲ, *ἀποταξαμένην*

ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, τοῦ φάκτου ἐστὶ, διὰ τοῦτο καὶ τὸ, τινὰ, πρόσκειται, ὥσπερ καὶ τὸ ἐβιάσατο. Κἂν γὰρ ἁπλῶς ἄλλῃ συνεφθάρῃ γυναικὶ μὴ ἀποταξαμένῃ, καὶ οὕτως ἡ καθαίρεσις αὐτῷ ἐπήγετο, κἂν μὴ ἐβιάσατο αὐτήν.

A est : Alicui, sicut et illud, *vim attulit*. Licet enim simpliciter cum muliere aliqua, non separata, rem habuerit ; sic quoque in eum depositio introducta est, etsi ei vim non attulerit.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Περὶ δὲ Σοὺρ, ἐπειδὴ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διεβεβαιώσατο καὶ ἀπεσταλκέναι τοῦτον καὶ ἀλλότριον τῆς Ἐκκλησίας πεποιηκέναι, ἔστω οὕτως ὡς ἀπεφήνατο ὁ ἐπίσκοπος, χρωμένου ἐκείνου ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις, εἴτε βούλεται, καὶ μέμψεται τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου.

ΒΑΛΣ. Κληρικὸς ἦν ὁ Σοὺρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀπόλλωνος· ὃς ἐπίσκοπος αὐτὸν ἀπεσταλκέναι τοῦ κλήρου διεβεβαιώσατο, ἀντὶ τοῦ ἐκβεβληκέναι. Ἔστω οὖν, φησὶ, κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ κρίσιν τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ κλήρου ἀλλότριος. Εἰ δὲ αἰτιᾶται τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀπόφασιν, χράσθω ταῖς οἰκείαις δικαιολογίαις παρὰ τῇ συνόδῳ, ἐξ ἧς ἦν πάντως καὶ ὁ ἐπίσκοπος.

CANON III.

De Sur autem, quia Apollo episcopus affirmavit se eum amandavisse, et ab Ecclesia alienum fecisse, ita sit ut pronuntiavit episcopus ; utente illo suis defensionibus, si vult, et de episcopi sententia conqueritur.

BALS. Erat quidem Sur clericus episcopi Apollinis, qui episcopus se eum a clero amandasse, id est, expulisse, affirmavit. Sit ergo, inquit, secundum episcopi judicium, quod in ipsum prolatum est, a clero alienus. Sin autem episcopi sententiam accusat, utatur suis defensionibus, apud synodum scilicet, ex qua est etiam episcopus.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Περὶ Πανοὺφ τοῦ καταστάντος διακόνου ἐν τῇ Λυκῴ, δεῖ ζητῆσαι. Καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη οὗτος, κατηχούμενος τυγχάνων, τὴν ἀδελφιδὴν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν δεξάμενος, μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα εἰς κλῆρον δεχθείς, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· εἴτε κεκοίμηται ἐκείνη καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐκοινώνησεν αὐτῇ. Εἰ δὲ πιστὸς τυγχάνων τὴν αὐτὴν ἀδελφιδῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἐδέξατο, ἔστω τοῦ κλήρου ἀλλότριος. Οὐ γὰρ πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας κατέστησεν αὐτόν.

ΒΑΛΣ. Ὁ Πανοὺφ ἐλέγετο πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν οἰκείαν ἀδελφιδῆν εἰς γυναῖκα λαβεῖν· βαπτισθεὶς δὲ κεχειροτόνητο διάκονος. Λέγει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐὰν ἡ γυνὴ ἐτελεύτησε, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐχρήσατο αὐτῇ, μενέτω διάκονος, ὡς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου καθάραντος ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ πιστὸς ὢν μετὰ τὸ βάπτισμα ἔσχεν αὐτὴν, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου. Τῷ δὲ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν χειροτονήσαντι ἐκ τούτου βλάβη οὐ προσγενήσεται. Τὸ δὲ, *εἰ κεκοίμηται ἡ γυνὴ*, εἶπεν, ὡς οὕτω συμβεβηκέναι λεγόμενον· ἐπεὶ τοιγε κἂν ζῶσα ἦν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἔγνω αὐτὴν ὁ Πανοὺφ, ἀλλὰ καὶ ἀπεπέμψατο αὐτὴν, ἠδύνατο καὶ οὕτως εἶναι διάκονος.

CANON IV.

De Panuph, qui in Lyco diaconus constitutus est, quærere oportet ; et si is quidem inventus fuerit, cum esset catechumenus, fratris sui filiam in matrimonii societatem accepisse, post baptismum in clerum promotus, in clero maneat, si illa ex vita migrarit, et post baptismum cum ea rem non habuerit. Sin autem cum esset fidelis eamdem fratris sui filiam in matrimonii societatem duxit, sit a clero alienus. Non est enim episcopo Apollini præjudicium si eum per ignorantiam constituit.

BALS. Dicebatur Panuph antequam esset baptizatus fratris sui filiam uxorem duxisse. Baptizatus autem diaconus ordinatus fuerat. Dicit ergo Theophilus, quod si mulier e vita excesserit, et post baptismum ea non usus sit, maneat diaconus ; nempe cum sanctus baptismus omnia peccata præcedentia deleat. Sin autem, cum esset fidelis, non post baptismum, eam habuit, clero ejiciatur. Ei autem, qui eum insciens ordinavit, præjudicium non afferetur. Illud autem : *Si mulier e vita migrarit*, dicit, utpote quoniam ita evenisse dicitur. Nam etsi etiam post baptismum vixisset, nec eam Panuph cognovisset, sed ipsam etiam amandasset ; potuisset sic quoque esse diaconus.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Περὶ Ἰακὼβ χρὴ ζητῆσαι. Εἰ ἀναγνώστης ἦν, καὶ ἐγκλήματι πορνείας ὑπεύθυνος ἐδείχθη, καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐξεβλήθη, εἶτα κεχειροτόνηται οὗτος, ἐκβαλλέσθω, ἀκριβοῦς ἐξετάσεως γενομένης, καὶ μὴ μόνον ἐκ ψιθυρισμῶν ἢ κακολογιῶν ὑποψίας εἰς αὐτὸν γενομένης. Εἰ δὲ μὴ εὑρεθείη ὑπεύθυνος, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· οὐ γὰρ δεῖ ταῖς ματαίαις διαβολαῖς προσέχειν.

ΒΑΛΣ. Ἰακώβ τις ἀναγνώστης ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἐπὶ πορνείας διαβληθῆναι, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ κλήρου, εἶτα εἰς μείζονα χειροτονηθῆναι βαθμόν. Γράφει

CANON V.

De Jacob quærere oportet. Si enim lector erat, et crimini fornicationis fuisse eum obnoxium, ostensum sit, et a presbyteris sit ejectus, deinde is est ordinatus, ejiciatur ; accurata examinatione facta ; non autem ex susurris vel maledictis orta in eum suspicione. Sin autem non fuerit inventus crimini obnoxius, maneat in clero. Neque enim vanis calumniis animum adhibere oportet.

BALS. Jacob quidam lector fuisse dicebatur, et propter fornicationem clero esse ejectus, et deinde ad majorem gradum fuisse ordinatus. Scribit ergo

Theophilus diligenti examinatione facta, si eum peccasse compertum fuerit, clero ejiciatur. Non enim oportet ex **172** susurris seu clandestinis sermonibus, vel maledictis seu apertis conviciis orta suspicione, condemnari aliquem. Quod si causa examinata insons compertus fuerit, maneat in clero.

CANON VI.

De iis qui ordinandi sunt hæc erit forma : Ut quidquid est sacerdotalis ordinis consentiat et eligat, et tunc episcopus examinet, vel ei etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet, præsente populo, et episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Ecclesia enim pacem habente decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesiis. In regione autem si qui sint, qui communicantium animis communicaverint ; non aliter ordinentur, quam iis, qui sunt vere orthodoxi clerici, examinantibus, præsente rursus episcopo, et præsentem populum alloquente, ne intercedat aliqua circumventio.

οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετάσεως ἀκριβοῦς γενομένης, ἐὰν εὑρεθῇ ἡμαρτηκώς, ἐκβληθήτω τοῦ κλήρου· οὐ δεῖ γὰρ ἐκ ψιθυρισμῶν ἤτοι καταλαλιᾶς λαθραίας, ἢ κακολογιῶν ἤτοι λοιδοριῶν φανερῶν ὑποψίας γινομένης καταχρίνεσθαί τινα. Εἰ δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐξεταζομένης ἀνεύθυνος εὑρεθείη, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ.

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι οὗτος ἔσται τύπος· Ὥστε πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συναινοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. Χειροτονία δὲ λαθραίως μὴ γινέσθω. Τῆς γὰρ Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχούσης πρέπει παρόντων τῶν ἁγίων τὰς χειροτονίας ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις γίνεσθαι. Ἐν δὲ τῇ ἐπαρχίᾳ, εἰ μὲν κοινωνήσαντές εἰσί τινες ταῖς τῶν κοινωνησάντων γνώμαις, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθωσαν, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὀρθοδόξων κληρικῶν προσφωνοῦντος παρόντι τῷ λαῷ, ἵνα μὴ μέσον

BALS. De iis qui in clero ordinandi sunt dat typum, et dicit quod oportet eum qui est ordinandus a toto ordine sacerdotali eligi, hoc est, unanimi consensu approbari et præferri ; et cum ejusmodi delectus de eo factus fuerit, tunc ipsum ab episcopo examinari, et quando illi quoque homo visus fuerit aptus ut ordinetur, tunc eum ordinari consensu sacerdotalis ordinis, præsente etiam populo. Cur autem dixit, eum ordinandum consensu sacerdotalis ordinis? Nam cum a sacerdotali ordine electus est, ad ordinationem consensus non videtur esse necessarius. Sed est verisimile posse post electionem aliquid temporis præterilisse, et eos interim qui ordinandum præjudicant rescivisse aliquid, quod ejus ordinationem prohibeat. Et ideo dicit ipsos consentire, et dum ordinatur populum quoque ab episcopo interrogari, an dignus sit, cui testimonium ferant ad ordinationem. Dissuadet autem, ne fiant ordinationes clandestinæ. Cum enim, inquit, pax est in Ecclesia, scilicet cum nunc non est divisus populus cessantibus hæresibus, sed sunt omnes orthodoxæ partis ; omnes unius erunt sententiæ, et oportet in præsentia sanctorum seu fidelium ordinationes fieri in ecclesia. Sanctos autem fideles appellavit, ex sancto hoc Paulo assumens. Ille enim sic fideles in suis Epistolis appellat. Hæc itaque de iis, qui in urbibus habitant, videtur dicere. De iis autem, qui sunt in regione, seu in vicis, dicit, quod quoniam multi etiam inviti communicabant hæreticis ; eorum autem multi fidelium animis communicabant sive conveniebant et assentiebantur : Si quis eorum sit ordinandus in clerum, eum non alias ordinandum, quam cum approbatione clericorum, quos constat esse orthodoxos, præsente etiam episcopo, et alloquente populum, ut superius dictum est. Hæc autem dicit fieri, ne intercedat aliqua cir-

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι ἐν κλήρῳ δίδωσι τύπον, καὶ φησιν ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι παρὰ παντὸς ἱερατείου αἱρεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ προκρίνεσθαι συμφώνως, οὕτω δὲ προκριθέντα, τότε δοκιμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὅτε κἀκείνῳ δόξει ὁ ἄνθρωπος ἐπιτήδειος εἰς χειροτονίαν, τότε χειροτονεῖσθαι συναινέσει τοῦ ἱερατείου, παρόντος καὶ τοῦ λαοῦ. Διατί δ' εἶπε, χειροτονεῖν αὐτὸν συναινέσει τοῦ ἱερατείου; Ἐπεὶ γὰρ ἐξελέγη παρὰ τοῦ ἱερατείου, ἡ ἐπὶ χειροτονίᾳ συναίνεσις δοκεῖ μὴ ἀναγκαία εἶναι. Ἀλλ' εἰκὸς καιρόν τινα μετὰ τὴν ἐκλογὴν παρελθεῖν, καὶ ἐν τῷ μέσῳ γνῶναί τι τοὺς προκρίνοντας τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κωλύον αὐτῷ τὴν χειροτονίαν. Διὰ τοῦτο οὖν συναινεῖν αὐτοὺς κεχειροτονημένου αὐτοῦ εἶπε, καὶ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τότε προσφωνεῖν τῷ λαῷ, ἐρωτῶντα εἰ μαρτυρεῖ αὐτὸν πρὸς χειροτονίαν ἄξιον. Λαθραίας δὲ χειροτονίας γίνεσθαι ἀποτρέπει. Ἐπεὶ γάρ, φησὶν, εἰρήνη ἐστὶ παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἤγουν ἐπεὶ νῦν οὐ μεμέρισται ὁ λαὸς παυθείς τῶν αἱρέσεων, ἀλλὰ πάντες τῆς ὀρθοδόξου μοίρας εἰσὶ, πάντες μιᾶς ἔσονται γνώμης, καὶ δεῖ παρουσίᾳ τῶν ἁγίων ἤτοι τῶν πιστῶν τὰς χειροτονίας γίνεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας. Ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς ἐκάλεσεν, ἐκ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τοῦτο παραλαβών· οὕτω γὰρ κἀκεῖνος ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ τοὺς πιστοὺς ὀνομάζει. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν πόλεσιν ὄντων ἔοικε λέγειν. Περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ ἐνορίᾳ, ἤτοι τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, φησὶν, ὅτι ἐπεὶ πολλοὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκοινώνουν καὶ ἄκοντες, τῶν τοιούτων δὲ πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐκοινώνουν ταῖς γνώμαις, ἤγουν συγκατίβαινον καὶ συνῄνουν· Εἴ τις ἐκ τούτων μέλλει τις χειροτονεῖσθαι εἰς τὸν κλῆρον, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ δοκιμασίας τῶν ὁμολογουμένως ὀρθοδόξων κληρικῶν, παρόντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ προσφωνοῦντος τῷ λαῷ, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. Ταῦτα δὲ λέγει γίνεσθαι, ἵνα μὴ μέσον γένηταί τις περιδρομὴ, ἤγουν

ἁπάτη καὶ συναρπαγῇ, καὶ χειροτονηθῇ τις μὴ ὑγιῶς ἔχων περὶ τὴν πίστιν.

A cumventio, seu fraus et abreptio, et ordinetur aliquis qui non recte sentit de fide.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανεμάσθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος ἐκ τούτων ἐσθίέτω ἢ πινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.

CANON VII.

Quæ in sacrificii rationem offeruntur, post ea quæ in mysteriorum usum consumuntur, clerici dividant, et nec catechumenus ex iis comedat vel bibat, sed solum clerici, et qui cum eis sunt fideles fratres.

ΒΑΛΣ. Εἴ τινα περιττεύουσι τῶν εἰς θυσίαν προσαγομένων παρὰ τῶν πιστῶν, μετὰ τὰ δαπανώμενα εἰς τὰ θεῖα μυστήρια, τοῖς κληρικοῖς δεῖν ταῦτα, φησὶ, διανέμεσθαι, ὥστε παρ' αὐτοῖς ἐσθίεσθαι καὶ πίνεσθαι, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν λαϊκῶν· τοῖς δὲ κατηχουμένοις μηδὲν ἐξ αὐτῶν δίδοσθαι. Ἐπεὶ γὰρ προσήχθησαν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐξ αὐτῶν μερίδες ἐλήφθησαν εἰς τὰ θεῖα δῶρα, κἀκεῖνα ἡγιάσθησαν, B πῶς ἐκ τούτων τοῖς ἀτελεστέροις δοθήσονται δαπανηθησόμενα; Τὰ δὲ εἰς θυσίαν προσαγόμενα ἄρτος καὶ οἶνός εἰσιν· ἕτερον γάρ τι προσάγεσθαι εἰς θυσιαστήριον οὐκ ἐφείται. Ἀνάγνωθι τὸν γ' ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου τὸν λεγομένης ς' κανόνα κη'.

BALS. Si qua eorum quæ a fidelibus ad sacrificium offeruntur, superabundant, post ea quæ in divina mysteria consumuntur, clericis, inquit, oportet ea dividere, ut ab ipsis comedantur ac bibantur, et etiam a fidelibus laicis; catechumenis **173** autem nihil de eis detur. Quia enim altari oblata sunt, et ad divina dona ex illis partes quædam sumptæ atque sanctificatæ fuere; quomodo iis qui sunt imperfectiores dabuntur consumenda? Quæ autem ad sacrificium offeruntur, sunt panis et vinum; nihil enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege III canon. Apost. et synod. in Trullo, quæ dicitur sexta, canon. XXVIII.

ΚΑΝΩΝ Η'.

Ἐπειδὴ Ἱέραξ τόνδε, ὡσανεὶ ἐπὶ πορνείᾳ διαβαλλόμενον, οὐκ ὀφείλειν λέγει ἐν τῷ κλήρῳ εἶναι, ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διϊσχυρίζετο τηνικαῦτα, μηδένα κατηγορον ἐν μέσῳ ἐληλυθέναι κατ' αὐτοῦ, ἐξεταζέσθω καὶ οὗτος· καὶ εἰ μέν κατήγορός τις ἀναφύεται πίστεως ἄξιος, καὶ τὸ ἔγκλημα ἀποδείκνυται, φερομένων ἀξιοπίστων μαρτύρων, τῆς Ἐκκλησίας ἐκβαλλέσθω· εἰ δὲ τοῦ κλήρου ἄξιός ἐστι, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ μαρτυρεῖται, μενέτω ἐν τούτῳ.

CANON VIII.

Quoniam Hierax dicit quemdam non debere esse in clero, ut qui sit fornicationis delatus; Apollo autem episcopus tunc affirmavit nullum accusatorem adversus eum in medium processisse, hic quoque examinetur: et si aliquis quidem accusator fide dignus exoritur, et crimen probatur productis fide dignis testibus, Ecclesia ejiciatur; sin autem dignus est clero, et de ejus continentia testimonium feratur, in eo maneat.

ΒΑΛΣ. Ἐχειροτονήθη τις κληρικὸς, εἶτα διεβλήθη ὡς πορνεύσας. Ἔλεγεν οὖν Ἱέραξ τις, μὴ δεῖν αὐτὸν ἐν κλήρῳ εἶναι· ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν διϊσχυρίζετο, ἤτοι ἐνίστατο, μὴ κατηγορηθῆναι αὐτὸν παρά τινος. Ἔφη οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετασθήτω ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἰ μὲν εὑρίσκεταί τις κατήγορος πίστεως ἄξιος ἦγουν δεκτὸς εἰς κατηγορίαν (οὐ γὰρ παντὶ ἐφεῖται κατηγορεῖν ἱερωμένων, κατὰ τὸν ς' κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ τὸν κανόνα κα' τῆς δ' οἰκουμενικῆς συνόδου), ἐκβληθήτω τῆς Ἐκκλησίας μετὰ ἀπόδειξιν· εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀποδείκνυται, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. D

BALS. Quidam ordinatus est clericus, deinde tanquam qui fornicatus esset, accusatus est. Dicebat ergo quidam Hierax, non oportere eum in clero esse; is autem qui eum ordinaverat, affirmabat, seu instabat, eum non esse ab aliquo accusatum. Dicit ergo Theophilus: Homo examinetur, et si invenitur quidem aliquis accusator fide dignus, seu qui sit ad accusandum admittendus (non enim cuivis permittitur accusare eos qui sunt in sacris, ut vult VI can. II syn. œcumenicæ, et XXI, IV universalis syn.), Ecclesia ejiciatur post probationem; sin autem nihil tale probetur, maneat in clero.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

Ὅσην γνώμην πάντος ἱερατείου οἰκονόμον ἀκοδειχθῆναι ἕτερον, ἐφ' ᾧ συντέθειται καὶ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων πρὸς τὸ τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς δέον ἀναλίσκεσθαι.

CANON IX.

Ut totius sacerdotalis ordinis sententia alius renuntietur œconomus, in quo Apollo quoque episcopus consensit, ut bona Ecclesiæ in ea quæ oportet impendantur.

ΒΑΛΣ. Ὁ αὐτὸς γνώμην ἔδωκε κρίσει παντὸς τοῦ ἱερατείου τὸν οἰκονόμον τῆς ἐπισκοπῆς γίνεσθαι, εἰ καὶ ὁ ἐπίσκοπος συγκατατίθεται τῇ κρίσει τοῦ κλήρου· γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον, ἵνα τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς δέον δαπανῶνται φροντίδι ἐκείνου. Τὴν δὲ *εἰς δέον* δαπάνην, τὸ ἐξῆς δηλοῖ κεφάλαιον, ἤτις ἐστὶ, τὰ εἰς χήρας καὶ ξένους καὶ πένητας ἀναλώματα. Ἰδιοποιεῖσθαι γὰρ τὰ τῆς Ἐκκλησίας τινὶ οὐκ ἐφεῖται, ὅτι ἀφι-

BALS. Idem tulit sententiam, totius sacerdotalis ordinis judicio fieri debere episcopatus œconomum, si etiam episcopus assentiatur cleri judicio. Fieri autem œconomum, ut bona Ecclesiæ illius cura in ea quæ oportet impendantur. Quid sit autem in ea quæ oportet impendere sequens docet caput, quod est impendere in viduas, hospites et pauperes. Nemini enim permittitur bona Ecclesiæ in propria

usus transferre; quippe quod oportet Dei ministrum esse ab avaritia alienum; et nec ad usum proprium uti rebus episcopatus episcopo conceditur; nisi ad ea quæ sunt omnino necessaria, et tunc demum quando ei domi desunt facultates; secundum XLI can. sanctorum apostolorum. Quære quæ in eo scripta sunt, et XXIV can. syn. Antiochenæ.

A λάργυρον δεῖ εἶναι τὸν λειτουργὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ εἰς οἰκείαν χρῆσιν τοῖς τῆς ἐπισκοπῆς πράγμασι κεχρῆσθαι τῷ ἐπισκόπῳ συγκεχώρηται, εἰ μὴ εἰς τὰ πάνυ ἀναγκαῖα, καὶ τότε ὅτε οἴκοθεν οὐκ εὐπορεῖ τούτων ὁ ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν μα' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ζήτει τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα, καὶ τὸν κθ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

CANON X.

Viduæ et pauperes et peregrinantes hospites omni quiete fruantur, et nemo ea quæ sunt Ecclesiæ, ut sua usurpet.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

Χῆραι καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες ξένοι πάσης ἀναπαύσεως ἀπολαυέτωσαν, καὶ μήτις τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἰδιοποιείσθω.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΦΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τῶν λεγομένων Καθαρῶν.

174 EJUSDEM NARRATIO DE IIS QUI DICUNTUR CATHARI.

Declaravit mihi tua pietas, quod quidam horum B *qui se Catharos nominant, volunt ad Ecclesiam accedere. Quoniam ergo magna synodus, quæ Nicææ habita est a sanctis Patribus nostris, statuit, ut ordinentur qui accedunt, velis juxta hanc formam eos qui ad Ecclesiam accedere volunt ordinare, si quidem vita eorum recta est, et nihil eis adversatur.*

Δεδήλωκέ μοι ἡ σὴ εὐλάβεια, ὡς τινὲς τῶν ὀνομαζόντων ἑαυτοὺς Καθαροὺς, προσελθεῖν βούλονται τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ γενομένη ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων ἡμῶν, ὥρισεν, ὥστε χειροτονεῖσθαι τοὺς προσερχομένους, θέλησον κατὰ τὸν τύπον τοῦτον τοὺς ἐθέλοντας προσέρχεσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ χειροτονεῖν, εἴτε ὁ βίος αὐτῶν ὀρθῶς ἐστι καὶ μηδὲν τούτοις ἀντίκειται.

BALS. De Novatianis interrogatus est (hi enim sunt qui etiam Cathari dicuntur), et responsum est, quod si ad Dei Ecclesiam accedunt, quia magna et prima Nicæna synodus statuit, ut ii ordinentur, fac tu quoque secundum hanc formam sive secundum istum canonem, et ordina eos qui acceduni; nisi aliquod impedimentum ex vita eorum adversetur. De Novatianis autem canon est octavus primæ synodi.

ΒΑΛΣ. Περὶ Ναυατιανῶν ἠρωτήθη (οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Καθαροὶ), καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι εἰ προσέρχονται τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπεὶ ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ, ἧγουν ἡ πρώτη, ὥρισε χειροτονεῖσθαι αὐτοὺς, ποίει καὶ σὺ κατὰ τὸν τύπον, ἤτοι κατὰ τὸν κανόνα τοῦτον, καὶ χειροτόνει τοὺς προσερχομένους, C εἰ μή τι κώλυμα ἀπὸ τοῦ βίου αὐτῶν αὐτοῖς ἐναντιοῦται. Ὁ δὲ περὶ τῶν Ναυατιανῶν κανὼν ἔγδοός ἐστι τῆς πρώτης συνόδου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΑΘΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

EJUSDEM

AGATHONI EPISCOPO.

Maximus asseruit se Ecclesiæ leges ignorantem illicito matrimonio conjunctum esse, et quia hoc eum male habet quod non recte ei ex ordine agat, affirmavit, qui contra leges fecit per ignorantiam, se ab illicita vitæ societate ex consensu abstenturum, illa etiam hoc volente. Si ergo probaveris, quod hoc ex consensu faciant, et non fallant, quia est tempus decennale; si consideres eos debere versari cum catechumenis, nunc eos sic dispensa. Sin autem vides quod decipere velit, et acerbitate adhuc in eo opus sit; fac id quod Deus tibi suggesserit; id semper sequens D

Ἀγαθῶν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας νόμους Μάξιμος, διισχυρίσατο παρανόμως συμβιώσει συνῆφθαι· καὶ ἐπειδὴ θορυβεῖ αὐτὸν τὸ ἀσύντακτον εἶναι, διεβεβαιώσατο, ἐπειδὴ ἀγνοίᾳ τὸ παράνομον ἔδρασεν, ἐκ συμφώνου ἀπέχεσθαι τῆς παρανόμου συμβιώσεως, κἀκείνης ἀπαιτούσης τοῦτο. Ἐὰν δὲ τοίνυν δοκιμάσῃς, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν ἐκ συμφώνου καὶ μὴ ἀπατῶσιν, ἐπειδὴ δεκαετής ἐστιν ὁ χρόνος, εἰ σκοπεῖς μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς συνάγεσθαι, ἕως οὕτω διοίκησον. Εἰ δὲ συνορᾷς, ὅτι ἀπατῆσαι βούλεται, καὶ δεῖται τὰ

κατ' αὐτοὺς ἐπιστύψεως, ὅπερ ὁ Θεὸς ὑποβάλῃ A *σοι, τοῦτο ποίησον, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος. Ἐπὶ γὰρ τῶν τόπων τυγχάνων τὰς γνώμας αὐτῶν μᾶλλον εἰδέναι δύνασαι.*

ΒΑΛΣ. Μάξιμός τις, ὡς παρανόμῳ γάμῳ συναφθεὶς γυναικὶ, ἀφωρίσθη καὶ τῆς συνάξεως τῆς μετὰ τῶν πιστῶν εἴργετο. Ὁ δὲ ἔλεγεν, ὅτι ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησε τὸ παράνομον, καὶ ἕτοιμός ἐστιν ἀποστῆναι τοῦ γάμου, τοῦτο καὶ τῆς γυναικὸς βουλομένης· καὶ ἐζήτει ἀφιστάμενος δεχθῆναι. Πρὸς ταῦτα οὖν ἔφη ὁ Θεόφιλος, ὡς ἂν ἐξετάσας εὑρήσεις, ὅτι ἐκ συμφώνου, ἀντὶ τοῦ ἐκ κοινῆς βουλῆς, ἀφίστανται τοῦ γάμου, καὶ οὐκ ἀπατῶσι, δεκαετίαν συνοικήσαντες ἀλλήλοις, δυσχερὲς ἴσως ἂν λογίζοιτο αὐτοῖς ἡ διάζευξις, καὶ μήποτε ἀπατῶσιν. Εἰ σκοπεῖς, ἀντὶ τοῦ εἰ κρίνεις μετὰ τῶν κατηχουμένων αὐτοὺς ἑστασθαι B τέως, ἦγουν πρὸς τὸ παρὸν, οὕτως αὐτὸν οἰκονόμησον. Εἰ δὲ νοεῖς, φησὶν, ὅτι κατὰ ἀπάτην λέγουσι ταῦτα, καὶ ὅτι ἔτι δέονται στύψεως, ἤτοι αὐστηροτέρων ἐπιτιμίων, ποίησον ὅπερ ἂν ὁ Θεὸς ὑποβάλῃ σοι, ἀντὶ τοῦ ἐνηχήσῃ τῷ λογισμῷ σου, ὅπερ ὁ Θεὸς ἐνθυμήσει σε, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὁδηγούμενος, ἤτοι πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν ἢ τὸ κατεπεῖγον.

quod in usu est vimque obtinet. Nam cum iis sis in locis, eorum mentes melius nosse potes.

BALS. Maximus quidam, ut illicito matrimonio mulieri conjunctus segregatus fuerat, et a congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is vero dicebat se per ignorantiam fecisse contra leges, et paratum esse ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente; et petebat, ut ab ea abscedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quod si inquirens inveneris eos ex consensu, hoc est, communi consilio, a matrimonio absistere, et non fallere, cum decem annis simul cohabitarint, difficilis forsan iis existimari posset a se invicem disjunctio, et ne fallant. Si consideras, hoc est, si judicas eos stare debere cum catechumenis, nunc, id est in præsentia, sic eos dispensa. Quod si intelexeris, inquit, quod per fraudem hæc dicunt, et quod adhuc acerbitate indigent, seu acerbioribus pœnis, fac quod Deus tibi suggesserit, hoc est, tuæ menti inspiraverit, quod in animum immiserit Deus, semper id quod est in usu et quod vires obtinet sequens, id est, quod magis est ratum ac validum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΗΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ.

175 EJUSDEM MENÆ EPISCOPO.

Νόμιμον πρᾶγμα πεποιήκασιν οἱ πρεσβύτεροι C *ἐν Γεμίνῳ τῇ κώμῃ, εἰ ἀληθεύει ἡ κομίζουσα τὸ γράμμα Εὐσταθοῦς. Φάσκει γὰρ, ὅτι Κυράδιον ἀδικοῦσαν καὶ μὴ βουλομένην ἀναστῆλαι τὴν ἀδικίαν, ἐχώρισαν τῆς συνάξεως. Ἐπειδὴ τοίνυν εὗρον, ὡς τὸ ἑαυτῆς κακὸν θεραπεύουσα βούλεται συναχθῆναι, θέλησον παρασκευάσαι αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, καὶ πεῖσαι μετανοῆσαι, ἵν' οὕτως, εἰ συνίδῃς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται τῆς συνιξέως ὀρεγομένη, ἐπιτρέψῃς αὐτὴν μετὰ τῶν λαῶν συνάγεσθαι.*

ΒΑΛΣ. Γυναῖκά τινα Κυράδιον λεγομένην καὶ ἀδικοῦσαν οἱ ἐν Γεμίνῳ πρεσβύτεροι ἀφώρισαν τῆς Ἐκκλησίας, μὴ ἀπεχομένην τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ, διὰ τὸν ἀφορισμὸν, ὑπισχνεῖτο θεραπεῦσαι τὴν ἀδικίαν, καὶ ἤθελε δεχθῆναι. Γράφει οὖν ὁ Θεόφιλος πρὸς τὸν τῆς D χώρας ἐπίσκοπον, ὅτι Παρασκεύασον αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, ἦγουν ἀποδοῦναι ἃ ἀδίκως ἐκτήσατο, καὶ μετανοῆσαι, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ τῆς ἀδικίας μεταμεληθῆναι, καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ ἁμάρτημα. Καὶ ταῦτα ποιησάσης αὐτῆς, εἰ συνίδῃς, τουτέστι, γνῷς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται, ἦγουν συνειδήσει ἀγαθῇ μὴ ἀνεχομένῃ κεχωρίσθαι τῆς τῶν πιστῶν συνάξεως, διὰ τὸν Θεὸν καὶ μὴ δι' αἰσχύνην ἀνθρώπων, τότε ἐπίτρεψον αὐτῇ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν λαῶν σύναξιν καὶ σύστασιν ἐν τοῖς ὕμνοις.

Rem justam fecerant presbyteri in Gemino pago, si verum dicit, quæ defert litteras Eustathii. Dicit enim, quod Cyradium facientem injuriam, nec ab ea desistere volentem, a communione separaverunt. Quia ergo inveni, quod suo malo curam adhibens vult communicare, fac ea ita se comparet, ut injuriam primum deponat, et pœnitentiam agere in animum inducat, ut si sic intelexeris, quod accedit, communionem desiderans, permittas ei ut cum populis communicet.

BALS. Mulierem quamdam, quæ Cyradium appellabatur, et injuriam ante faciebat, qui erant in Gemino presbyteri ab Ecclesia separaverant, cum ab injuria non abstineret. Illa vero propter segregationem pollicebatur se injuriæ remedium allaturam, et ad communionem admitti volebat. Scribit ergo Theophilus ad episcopum regionis: Fac ut ea primum deponat injuriam, hoc est, reddat ea quæ injuste acquisivit, et pœnitentiam agat, id est, se injuriam fecisse ægre ferat, et Deum oret ut sibi peccata condonentur. Et cum hæc fecerit, si intelexeris, hoc est, si cognoveris, quod lege Dei accedit, seu bona conscientia, quæ non fert se a fidelium communione esse separatam, propter Deum, et non propter hominum pudorem, tunc ei permittes cum fidelibus populis communicare et in hymnis consistere.

BEATI NOSTRI PATRIS CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI.

EPISTOLA CANONICA IN HYMNIS

—

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΝΟΝΙΚΗ ΕΝ ΤΟΙΣ ΥΜΝΟΙΣ.

—

Cyrillus ad Domnum.

Unaquæque res nostra, quando ordine canonico recta procedit, nullum quidem in nobis tumultum ingenerat, et a nonnullorum maledicentia liberat, vel potius eorum qui sapiunt laudem nobis conciliat. Quis enim non obviis, ut aiunt, ulnis excipiat de aliquibus prolatam sententiam, quæ nec huc nec illuc inclinetur? Vel quomodo non sit ab omni reprehensione alienum, vel potius magnopere laudandum, si recte et juste judicetur?

Et hæc quidem nunc scribo ad pietatem tuam, quæ in litteris ad me et religiosissimum fratrem nostrum et coepiscopum Proclum missis, episcopum quidem nominet, imprimis pium ac religiosum Petrum : cum ipse lamentetur, seque ab Ecclesia sibi attributa præter rationem ejectum esse dicat. Erat autem consentaneum ut vel sacerdotii nomen cum re haberet, vel, si non erat dignus ut altari præesset, nec ipsa quidem episcopatus vocatione dignus haberetur. Sed id fortasse quod dico, durum esse et charitatis expers videbitur. Res autem revera non ita se habet. Nos enim senis utique misereri putamus, si solum ei nomen reliquerimus ; sed multo melius erat aliud quoque considerare. Dicit enim se suam quidem posse causam probare, at defensionis tempus sibi non esse datum, nec auditionem canonicam sibi fuisse concessam. Sin autem tale quid factum esset, ipsa actorum productio eum convicisset reum impositorum ipsi criminum, nec esset quod se injuria affectum quereretur; vel certe absolutum eum declarans, rursus concederet ut præesset Ecclesiæ quæ illi subjecta fuit. Cum autem nihil factum sit ejusmodi, de re quidem alta voce queritur, et intolerabilem injuriam se dicit accepisse, et inique ejectum esse, adjiciens rem omnem familiarem suam ademptam sibi fuisse.

Tua itaque sanctitas, considerans et quod divinis canonibus sancitum est, et quod Ecclesiæ convenit, iisque qui sunt in sacro ministerio initiati, et nostrarum præterea litterarum rationem ducens, sistat senis lacrymas ; et si velit quidem cum iis judicio contendere qui crimina in eum intendunt, apud sanctitatem tuam pro more litiget, una scilicet assistentibus qui tibi subsunt episcopis, nisi forte aliquos recusat ut suspectos. Nullum enim religiosis-

Κύριλλος πρὸς Δόμνον.

Ἕκαστα τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ὅταν εὐθὺ φέρηται κανονικῆς εὐταξίας, οὐδένα μὲν ἡμῖν ἐντίκτει θόρυβον, ἀπαλλάττει δὲ καὶ τῆς παρά τινων δυσφημίας, μᾶλλον δὲ καὶ τὰς παρὰ τῶν εὖ φρονούντων εὐφημίας ἡμῖν προξενεῖ. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο ψῆφον ἀπροσκλινῆ, εἴπερ ἂν γίνοιτο παρά τινων; Ἢ πῶς τὸ κρίνειν ὀρθῶς καὶ ἐννόμως οὐκ ἀνεπίπληκτον ἔσται, μᾶλλον δὲ παντὸς ἐπαίνου μεστόν;

Καὶ ταῦτα γράφω νυνὶ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, ἐν τοῖς ἑαυτῆς γράμμασι τοῖς σταλεῖσι πρὸς ἐμέ τε καὶ τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Πρόκλον, ἐπίσκοπον μὲν ὀνομαζούσης τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοφιλέστατον Πέτρον· αὐτοῦ δὲ κλαίοντος, καὶ τῆς ἐκνεμηθείσης αὐτῷ Ἐκκλησίας παραλόγως κεκινῆσθαι λέγοντος. Ἦν δ' ἀκόλουθον ἢ τὸ τῆς ἱερωσύνης ὄνομα μετὰ τοῦ πράγματος ἔχειν αὐτὸν, ἤγουν εἴπερ μὴ ἦν ἄξιος τοῦ προεστάναι θείου θυσιαστηρίου, μηδ' αὐτῇ τιμᾶσθαι τῇ κλήσει τῆς ἐπισκοπῆς. Ἀλλ' ἴσως δόξειεν ἂν τῇ σῇ θεοφιλείᾳ σκληρὸς εἶναί τις καὶ ἀφιλάλληλος ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτως κατὰ τὸ ἀληθές. Ἐλεῆσαι γὰρ τάχα που νομίζομεν τὸν πρεσβύτην μόνην αὐτῷ τὴν κλῆσιν ἀφέντες· μακρῷ δὲ ἦν ἄμεινον ἐνοῆσαι καὶ τὸ ἕτερον. Φάσκει γὰρ οὐ δύνασθαι μὲν συστῆναι τῇ οἰκείᾳ ὑπολήψει· οὐ λαβεῖν δὲ καιρὸν ἀπολογίας, οὔτε μὴν ἀκρόασιν αὐτῷ προτεθῆναι κανονικήν. Εἰ δ' ἐγεγόνει τι τοιοῦτον, αὐτὴ τῶν ὑπομνημάτων ἡ σύστασις διήλεγξεν ἂν αὐτὸν ἢ ἁλόντα τοῖς αἰτιάμασιν, ἢ ἔνοχον ἀποπεφασμένον καὶ οὐδὲν ἔχοντα λοιπὸν εἰπεῖν ὡς ἠδικημένον, ἤγουν ἐλεύθερον ἀποφήνασα, πάλιν ἐᾶσαι τὸ προεστάναι τῆς Ἐκκλησίας, ἣ καὶ ὑπὸ χεῖρα γέγονε τὴν αὐτοῦ. Οὐδενὸς δὲ πεπραγμένου τοιούτου, καταβοᾷ του πράγματος, καὶ ἀδικίαν ἄφορητον ὑποστῆναί φησι, καὶ ἀθέσμως ἐκβεβλῆσθαι, προσεπάγων ὅτι καὶ ἁρπάγη πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ χρήματα.

Ἡ σὴ τοιγαροῦν ὁσιότης, ἐννοοῦσα καὶ τὸ τοῖς θείοις κανόσι δοκοῦν, καὶ τὸ πρέπον τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς τεταγμένοις εἰς ἱερὰν λειτουργίαν· ἔτι τε πρὸς τούτοις, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν δυσωπηθεῖσα γράμματα, στησάτω τοῦ πρεσβύτου τὸ δάκρυον. Καὶ εἰ μὲν ἔλοιτο δικάσασθαι πρὸς τοὺς ἐπάγοντας αὐτῷ τὰς αἰτίας, δικαζέσθω κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ τῆς θεοσεβείας· συμπαρόντων δηλονότι τῶν ὑπὸ τὴν αὐτῆς χεῖρα θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων· ἐκτὸς εἰ μὴ παραιτοῖτό

τινας ὡς ὑπόπτους. Οὐδένα μὲν γὰρ τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων ἐχθρὰ φρονεῖν ἀδελφῷ πιστεύομεν. Ἵνα δὲ μὴ πρόφασις αὕτη γένηται, τὴν ἐσομένην ἐπ' αὐτῷ κρίσιν παραλύουσα, πρὸς τὸ μὴ ἐν δίκῃ πεποιῆσθαι δοκεῖν, οὐδέν ἐστι τὸ λυποῦν ἀπεῖναι τοῦ συνεδρίου τῶν ἐν ὑποψίᾳ τινάς.

A simorum episcoporum in fratrem inimico esse animo credimus. Ne autem hic prætextus futurum de eo judicium dissolvat, ut non jure factum esse videatur, non grave est a consessu abesse eorum qui suspecti sunt aliquos.

ΒΑΛΣ. Τὸ προοίμιον τῆς ἐπιστολῆς τοιαύτης ἐστὶν ἐννοίας. Φησὶν ὁ ἅγιος· Ὅτι τὰ καθ' ἡμᾶς πράγματα, τὰ ἐκκλησιαστικὰ δηλονότι, ἢ ἁπλῶς τὰ ἀνθρώπινα, ὅταν κατ' εὐθύτητα κανονικὴν διεξάγωνται, οὔτε θόρυβον ἡμῖν ἐπάγουσιν, οὔτε δυσφημίαν παρά τινων· ἀλλὰ μᾶλλον ἐπαίνους ἡμῖν προξενεῖ. Ἡ γὰρ ἀπροσκλινὴς κρίσις ἢ ἀῤῥεπὴς, ἡ εὐθυτάτη, πᾶσίν ἐστιν ἀποδεκτέα· καὶ οὐ μόνον ἀνεπίπληκτόν ἐστιν, ἤγουν ἀκαταιτίατον, οὐκ ἐπιπλήξεως ἄξιον, τὸ κρίνειν ὀρθῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπαινούμενον. Οὕτω δὲ προοιμιασάμενος φησὶν ὅτι Ταῦτα γράφω, ὅτι σὺ ἐπίστειλας ἡμῖν τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον ἐπίσκοπον ὀνομάσας· καὶ ταῦτα αὐτοῦ κλαίοντος, καὶ λέγοντος κεκινῆσθαι τῆς νεμηθείσης αὐτῷ ἐκκλησίας, ἤγουν ἐκβεβλῆσθαι τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐπισκοπῆς. Ἦν δὲ ἀκόλουθον ἢ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκόπου ἔχειν αὐτὸν καὶ τὸ πρᾶγμα, ἤγουν τὴν ἐπισκοπὴν καὶ τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἐπισκόπου· ἢ εἰ μὴ ἦν ἄξιος προΐστασθαι θυσιαστηρίου, μηδὲ ἐπίσκοπον λέγεσθαι. Ἀλλ' ἴσως τοῦτο τὸ λεγόμενον ἂν σοι δόξῃ σκληρὸν, κἀγὼ ὁ λέγων αὐτὸ ἀφιλάλληλος· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο. Ἐλεῆσαι τάχα που νομίζομεν τὸν πρεσβύτην. Εἰσάγει δὲ ἐνταῦθα τὸν λόγον πληθυντικῶς, ὥσπερ καὶ περὶ αὐτοῦ λέγων ἃ λέγει, ἵνα ἀνεπαχθέστερος οὕτως εἴη ὁ λόγος, καὶ μὴ εἰς καταδρομὴν μόνου ἐκείνου δοκῇ γίνεσθαι. Καὶ ὡς ἐλεούντων ἡμῶν αὐτὸν, φησὶ, μόνη αὐτῷ κατελείφθη ἡ κλῆσις τοῦ ἐπισκόπου. Πολλῷ δὲ ἦν κρεῖσσον ἐννοῆσαι καὶ τὸ ἕτερον. Ποῖον τοῦτο; Οὐ δοθῆναι αὐτῷ καιρὸν ἀπολογίας, καὶ ἀκρόασιν προστεθῆναι κανονικὴν, ἤγουν δικαστήριον συνοδικόν. Λέγει γὰρ δύνασθαι συστῆναι τῇ οἰκείᾳ ὑπολήψει, ἀντὶ τοῦ ἀναίτιον ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι. Εἰ δὲ ἐγένετο ταῦτα, αὐτὰ τὰ ὑπομνήματα, τὰ ἐπὶ τῇ ἐξετάσει γενόμενα, ἤλεγξαν ἂν αὐτὸν, ἢ κεκρατημένον, καὶ ἔνοχον τοῖς αἰτιάμασι, καὶ μὴ δυνάμενον λέγειν ὅτι ἠδίκηται, ἢ ἐὰν ἀνεύθυνος ἐφάνη, πάλιν ἐδίδοτο αὐτῷ ἡ προστασία τῆς Ἐκκλησίας. Ὅτι δὲ οὐκ ἐγένετο τοιοῦτόν τι καταβοᾷ ὡς ἀδικηθεὶς καὶ παρανόμως ἐκβληθεὶς, λέγων ὅτι καὶ ἥρπαγησαν ὅσα εἶχε χρήματα. Σὺ τοίνυν, τῷ Δόμνῳ γράφει ὁ ἅγιος, εἰδὼς καὶ τοὺς θείους κανόνας καὶ τὸ πρέπον τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς λειτουργοῖς τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τὸ δικαιοπραγεῖν, δυσωπηθεὶς δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν γραφὴν, στῆσον τοῦ πρεσβύτου τὸ δάκρυον, καὶ εἰ θελήσει συνδικασθῆναι τοῖς κατηγόροις αὐτοῦ, δικασθήτω παρά σοι καὶ τοῖς ὑπό σε ἐπισκόποις· εἰ δέ τινας ὑπόπτους ἔχει τῶν ἐπισκόπων, ὡς μὴ καλῶς διακειμένους πρὸς αὐτὸν, καὶ παραιτεῖται αὐτοὺς ἐκεῖνοι μὴ παρίστωσαν εἰς τὸ δικαστήριον. Ἡμεῖς μὲν γὰρ, φησὶν, οὐδένα τῶν ἐπισκόπων ἐχθραν ἔχειν πιστεύομεν κατὰ ἀδελφοῦ, οὐδὲ διὰ τοῦτο κωλύομεν αὐτοὺς συνδικάσαι ἡμῖν· ἵνα δὲ μὴ τοῦτο ἀφορμὴ γένηται τοῦ μὴ δικασθῆναι αὐτ'ν, ἐκεῖνοι ἀπίτωσαν συνεδρίου.

BALS. Proœmium epistolæ hunc habet sensum. Dicit sanctus: Res nostræ, scilicet ecclesiasticæ, vel simpliciter humanæ, quando canonica rectitudine procedunt, nec nobis tumultum ingenerant, nec aliquorum maledicta, sed laudes nobis potius conciliant. Judicium enim, quod nec huc nec illuc inclinat nec propendet, sed est rectissimum, est ab omnibus suscipiendum; et non **176** solum non est a vituperatione et accusatione alienum, reprehensione indignum, recte judicare; sed etiam laudandum. Hoc usus proœmio dicit: Hæc scribo, quia tu ad nos misisti, religiosissimum presbyterum episcopum nominans: cum ipse interim defleat, et dicat se a possessa sibi ecclesia ejectum esse, seu a sibi dato episcopatu expulsum. Erat autem consentaneum, ut vel nomen haberet episcopi, et rem, seu episcopatum et episcopi munus: vel si non erat dignus qui altari præesset, nec episcopus quidem diceretur. Sed fortasse id, quod dictum est, tibi videatur durum, et ego quoque, qui id dico, immisericors: sed non ita est. Nos enim senis utique nos misereri putamus. Orationem autem pluraliter enuntiat, tanquam de se ipso quoque dicens quæ dicit, ut sic minus esset molesta oratio, et non ad ejus solius insectationem facta esse videretur. Et nobis ipsius veluti miserantibus, inquit, sola ipsi episcopi appellatio relicta est. Multo autem erat melius aliud quoque considerare. Quale illud? Non fuisse ei datum tempus defensionis, nec fuisse propositam defensionem canonicam, seu synodale judicium. Dicit enim se posse causam suam probare, id est se innocentem ostendere. Sin autem hæc facta essent, ipsa acta, quæ in examinatione facta sunt, ipsum vel esse evictum et criminibus obnoxium, nec posse se injuria affectum esse dicere ostenderent; vel si innocens apparuisset, ei concessum esset, ut rursus præsset Ecclesiæ. Quia autem nihil tale factum est, se injuria affectum esse vociferatur, et præter leges ejectum, dicens quascunque etiam habebat pecunias ablatas. Tu ergo, scribit sanctus ad Domnum, qui scis et divinos canones, et quod convenit Ecclesiæ et Dei ministris, nempe juste agere, nostrarum etiam litterarum rationem ducens, reprime senis lacrymas, et si velit cum suis accusatoribus judicio contendere, apud te et qui tibi subsunt episcopos litiget: sin autem episcoporum aliquos suspectos habeat, ut non bene in ipsum affectos, et eos recuset, illi in judicio non adsint. Nos enim, inquit, nullum episcopum inimicitias habere adversus fratrem credimus, nec propterea vetamus ne illi nobiscum una judicent: sed ne hoc sit occasio, quominus ipse in judicio causans non agat, illi a consessu recedant.

Pecuniam autem quæ per injuriam ipsi erepta est, duplici nomine ei reddi æquum est. Primum quidem quod nec tale quid omnino fieri oportebat : **177** et quod valde male habet magnaque tristitia afficit sanctissimos episcopos qui sunt ubique terrarum, quod sumptuum qui illis eveniunt dispensationis ratio ab eis exigatur, sive ex ecclesiasticis redditibus, sive ex fructu aliunde percepto. Unusquisque enim nostrum dabit suorum malorum rationem omnium judici. Vasa enim pretiosa et possessiones immobiles oportet servari Ecclesiis ; episcopis autem qui tunc temporis divinum sacerdotium administrant, incidentium sumptuum dispensationem secure credi.

A Τὰ δὲ ἀδίκως ληφθέντα παρ' αὐτοῦ χρήματα, ἀναδοθῆναι δίκαιον κατὰ δύο τρόπους. Πρῶτον μὲν ὅτι οὐδὲ ἐχρῆν ὅλως γενέσθαι τι τοιοῦτον· καὶ ὅτι λυπεῖ σφόδρα καὶ εἰς ἰσχάτην ἀκηδίαν καταφέρει τοὺς ἁπανταχόσε γῆς ὄντας θεοσεβεστάτους τὸ ἀπαιτεῖσθαι λόγους τῆς οἰκονομίας τῶν παραπιπτόντων αὐτοῖς ἀναλωμάτων, εἴτε ἐκ προσόδων ἐκκλησιαστικῶν, εἴτ' οὖν καὶ ἀπὸ τῆς τινων καρποφορίας. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῶν ἰδίων κακῶν δώσει λόγον τῷ πάντων κριτῇ. Κειμήλια μὲν γὰρ καὶ κτήσεις ἀκινήτους ταῖς Ἐκκλησίαις σώζεσθαι χρή· θαρσεῖσθαι δὲ τοὺς κατὰ καιρὸν τὴν θείαν διέπουσιν ἱερωσύνην τῶν παραπιπτόντων ἀναλωμάτων τὴν οἰκονομίαν.

BALS. Res autem, inquit, quæ ablatæ sunt, duabus ei de causis reddendæ sunt, una quidem, quod omnino iniquum est ullam earum factam ablationem ; altera vero, quod omnes episcopos male habet, et molestia afficit, quod ab eis ratio administrationis eorum sumptuum quæ incidunt sive obveniunt exigatur, undecunque pecuniæ obveniant, sive ex ecclesiasticis redditibus, sive ex fructu alicunde percepto, quibusdam scilicet oblationibus. Nam unusquisque nostrorum, inquit, episcoporum, rationem administrationis rerum suæ Ecclesiæ, pro suis temporibus, hoc est, pro tempore quo fuit episcopus, Deo reddet. Vasa enim pretiosa ecclesiarum, seu sacra, et reliqua Deo consecrata, et possessiones immobiles, non sunt alienabilia, et ecclesiis servantur ; ecclesiasticorum autem reddituum administrationem secure credi audacterque committi debere illis, qui statis temporibus sunt episcopi.

B ΒΑΛΣ. Ἃ δὲ, φησὶν, ἁρπρέθη πράγματα, δίκαιόν ἐστιν ἀποδοθῆναι αὐτῷ κατὰ δύο τρόπους· ἕνα μὲν, ὅτι καὶ τὸ ὅλως γενέσθαι τὴν ἁφαίρεσιν αὐτῶν ἄδικόν ἐστιν· ἕτερον δὲ, ὅτι πάντας τοὺς ἐπισκόπους σφόδρα λυπεῖ, καὶ ἀκηδίαν ἐμβάλλει, τὸ λογοπραγεῖσθαι αὐτοὺς ἐπὶ τῇ οἰκονομίᾳ τῶν παραπιπτόντων ἤτοι συμβαινόντων ἀναλωμάτων, ὅθεν ἂν τὰ χρήματα περιέλθωσιν, εἴτε ἐκ προσόδων ἐκκλησιαστικῶν, εἴτε καρποφορίας, ἤτοι προσαγωγῶν τινων. Ἕκαστος γὰρ, φησὶ, τῶν ἐπισκόπων ἡμῶν τῷ Θεῷ δώσει λόγον περὶ τῆς διοικήσεως τῶν πραγμάτων τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν ἰδίων καιρῶν, τουτέστιν ὑπὲρ τοῦ καιροῦ καθ' ὃν ἦν ἐπίσκοπος. Τὰ μὲν γὰρ κειμήλια τῶν ἐκκλησιῶν ἤτοι τὰ ἱερὰ καὶ τὰ λοιπὰ ἀναθήματα καὶ τὰς ἀκινήτους κτήσεις C ἀνεκποιήτους ἐνδέχεται εἶναι, καὶ φυλάττεσθαι ταῖς ἐκκλησιαις· τὴν δὲ οἰκονομίαν τῶν ἐξόδων τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις θαρσεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ μετὰ θάρσους ἐμπιστεύεσθαι, τοῖς κατὰ καιροὺς ἐπισκόποις.

Renuntiationis autem libellos non sua voluntate, sed veluti vi ac metu, et aliquorum minis se tradidisse dicit. Jam vero alia quoque res est, quæ ecclesiasticæ consuetudini non placet, offerre sacerdotes aliquos renuntiationis libellos. Nam si sunt digni qui sacra mysteria obeant, in iis maneant ; sin autem indigni, nec per renuntiationem quidem exeant, sed potius propter gesta condemnati, de quibus quisquam conquestus fuerit uti a recto ordine aberrantibus. Saluta fraternitatem quæ apud te est; quæ est apud nos, te in Domino salutat.

Τοὺς δὲ τῆς παραιτήσεως λιβέλλους οὐ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀνάγκης καὶ φόβου καὶ τῆς τινων ἀπειλῆς ἐπιδοῦναί φησι. Καὶ ἕτερον δὲ πράγμά ἐστιν οὔτε τοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἀρέσκον θεσμοῖς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεων προσάγειν τινὰς τῶν ἱερουργῶν. Εἰ γάρ εἰσιν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἑστωσαν ἐν τούτῳ· εἰ δ' ἀνάξιοι, μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ἐξίτωσαν, κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασιν, ὧν ἄν τις πολλὴν ποιήσαιτο τὴν καταδοξὴν, ὡς ἔξω τρεχόντων πάσης ἀκολουθίας. Πρόσειπε τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σὲ ἡ σὺν ἡμῖν ἐν Κυρίῳ πρ D σαγορεύει.

BALS. Allata quoque erat episcopi renuntiatio, de quo scripsit hic magnus Pater. De eo ergo dicit : Episcopus ait se non sponte renuntiationis scriptum dedisse, sed necessitate propter metum et quorumdam minas. Deinde subjungit, quod etiamsi aliquni eum sua sponte renuntiasse putemus, est tamen irritum, ut quod ecclesiasticis legibus non placeat, ut scilicet sacerdotes suis Ecclesiis renuntient. Si sint enim digni, inquit, qui sacra mysteria obeant, in iis maneant, et non admittantur ut renuntiantes : sin autem indigni nec per renuntiationem exeant, nec recedant ut renuntiantes, sed ut rebus ipsis condemnati : de quibus multam quis exclamationem fecerit,

ΒΑΛΣ. Καὶ παραίτησις ἐφέρετο τοῦ ἐπισκόπου, περὶ οὗ ἔγραψεν ὁ μέγας οὗτος Πατήρ. Λέγει οὖν καὶ περὶ τούτου ὅτι φησὶν ὁ ἐπίσκοπος ὡς οὐχ ἑκουσίως τὸ τῆς παραιτήσεως ἔγραφον δέδωκεν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης διὰ φόβου καὶ ἀπειλάς τινων. Εἶτα ἐπάγει ὅτι καὶ ἄλλως δὲ, κἂν δοκῶμεν ὡς ἑκὼν παρῃτήσατο, καὶ τοῦτο ἀνίσχυρον ἐστὶν, ὡς μὴ τοῖς θεσμοῖς τῆς Ἐκκλησίας ἀρέσκον, τὸ παραιτεῖσθαι τοὺς ἱερουργοὺς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν. Ἄξιοι μὲν γὰρ, φησὶν, ὄντες τοῦ ἱερουργεῖν, ἑστωσαν ἐν τούτῳ, καὶ μὴ παραλειχέσθωσαν ὡς παραιτούμενοι· ἀνάξιοι δὲ ὄντες μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ἐξίτωσαν, μηδ' ὑποχωραίτωσαν ὡς παραιτούμενοι, ἀλλ' ὡς κατεγνωσμένοι ἐπὶ

πράγμασιν, ὧν ἂν τις πολλὴν ποιήσαιτο καταβοήν, τοὐτέστιν ἀξίων καταβοᾶσθαι, ὡς μὴ τηραύστων ἀκρίβειαν καὶ ἀκολουθίαν ἐκκλησιαστικήν· ἢ τὸ ὧν πολλήν τις ποήσαιτο καταβοήν, περὶ τῶν παραιτουμένων μᾶλλον εἰρῆσθαι νοηθήσεται.

A hoc est, quæ dignæ sunt de quibus exclametur, ut quæ ecclesiasticam accurationem et consequentiam non servent : vel illud : De quibus multam quis exclamationem fecerit ; de iis qui renuntiant potius dici intelligetur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΤΟΙΣ ΚΑΤΑ ΛΙΒΥΗΝ ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΠΟΛΙΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΙΣ.

178 EJUSDEM

EPISCOPIS QUI SUNT IN LIBYA ET PENTAPOLI.

Παντὸς τοῦ χρησίμου καὶ ἀναγκαίου πρὸς οἰκοδομὴν τῶν λαῶν, τελοῦντος δὲ καὶ εἰς ὑπόληψιν τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν, φροντίδα ποιεῖσθαι χρή. Γέγραπται γὰρ, ὅτι « Εὐλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. » Μοναστηρίων τοίνυν Πατέρες τῶν κατὰ τὴν Θηβαίων ἐπαρχίαν, ἄνδρες εὐλαβεῖς καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχοντες πολιτείαν, ἐλθόντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐρωτώμενοι παρ' ἐμοῦ τὴν κατάστασιν τῶν αὐτόσε μοναστηρίων, ἐδίδασκον, ὅτι σκανδαλίζονται πολλοὶ διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν.

Ἀπόκ. Κεκανόνισται (καθὼς ἄνωθεν εἴρηται) μὴ γίνεσθαι τελείαν ἱεροτελεστίαν δι' ὅλης τῆς τεσσαρακονθημέρου νηστείας, ἄνευ μόνων τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν, καὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Εὐαγγελισμοῦ. Διὸ κατὰ μὲν τὰς ἡμέρας ταύτας, ὅτε καὶ μυστικὴ τετελειωμένη θυσία τελεῖται, γενήσονται χειροτονίαι κατὰ τὸ πάντη ἀκριμάτιστον· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς νηστίμοις ἡμέραις, ὅτε τελεία ἱεροτελεστία οὐ γίνεται, οὐδὲ χειροτονία τινὸς τῶν τοῦ βήματος, πολλῷ δὲ πλέον ἐπισκοπικὴ τελεσθήσεται. Καὶ ἡ χειροτονία γὰρ πανηγύρεώς ἐστι καιρὸς, καὶ δοξολογίας Θεοῦ, τοῖς ἀξίοις χαριζομένη πνευματικὰ ἀξιώματα.

Ἐρώτ. νζ'. Τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις παρά τινων προσφερόμενα οἱαδήτινα πράγματα, ἢ καὶ τρωκτὰ, παρὰ τίνος δεχθήσονται καὶ ἐξουσιασθήσονται; Καὶ τίνα, καὶ ποῖά εἰσι τὰ ἐτησίως διδόμενα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἀρχιερεῦσι κανονικά;

Ἀπόκ. Τὰ μὲν τῷ Θεῷ προσαγόμενα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ σκεύη καὶ ἔπιπλα, ἀδέσποτά εἰσι, κἂν διὰ τῶν ἐπισκόπων προσφέρωνται τῷ Θεῷ· τὰ δὲ τρωκτὰ καὶ ποτὰ συνήθως ἐν μνήμαις ἁγίων καὶ ὑπὲρ μνη-

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[o] *ad baptismum.* [p] *et Annuntiationis.* [q] *qui extreme puniuntur.* [r] *nam et ordinatio, publici conventus est occasio, et celebrationis Dei.* [s] *quonam accipientur et retinebuntur?* [t] *in nullius dominio sunt.*

μοσύνων κατοτχομένων εἰσκομιζόμενα τῷ ναῷ, καὶ τὰ ὑπὲρ ψυχικῶν διαδόσεων ταῖς ἐκκλησίαις παρά τινων προσφερόμενα, τοῖς ἐπισκόποις δίδοσθαι κεκανόνισται, καὶ παρὰ τούτων πρός τε τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς ξενιζομένους καὶ ἄλλως πενητεύοντας ἀδελφοὺς διαμερίζεσθαι, κατὰ τὴν τούτων διάκρισιν. Φησὶ γὰρ ὁ γ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ταῦτα ῥητῶς· Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἑτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χίδρων, τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω ἕτερόν τι προσάγεσθαι εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ μόνον ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς· ἡ ἄλλη δὲ πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβύτεροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίσουσι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς. Καὶ ὁ ζ' καὶ ὁ η' κανὼν τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου ταῦτα παρακελεύεται· Εἴ τις καρποφορίας ἐθέλει λαμβάνειν, ἢ διδόναι ἔξω τῆς ἐκκλησίας, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τοῦ ἐγχειρισμένου τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ μετὰ γνώμης αὐτοῦ ἐθέλει πράττειν, ἀνάθεμα ἔστω. Καὶ ὁ οβ' ἀποστολικὸς κανὼν ταῦτά φησιν· Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς, ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω. Καὶ ὁ ογ' κανὼν λέγει· Σκεῦος χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην, μηδεὶς εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω· παράνομον γάρ. Εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ. Ὁ δὲ ι' κανὼν τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης οἰκουμενικῆς ἁγίας συνόδου, τοὺς μὲν κοινοποιοῦντας τὰ τοῦ βήματος ἱερὰ καθαιρέσει καθυποβάλλει· τοὺς δὲ τὰ ἔξωθεν τοῦ βήματος ὄντα ἱερὰ σκεύη εἰς ἀνίερον χρῆσιν μεταποιοῦντας, ἀφορίζει· τοὺς δὲ ἁρπάζοντας, ὡς ἱεροσύλους κατακρίνει. Ὁ δὲ μέγας Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Δόμνον ἐπιστολῇ ταῦτά φησιν· Ἕκαστος ἡμῶν τῶν ἰδίων καιρῶν δώσει λόγους τῷ πάντων Κριτῇ. Κειμήλιον μὲν γὰρ, καὶ κτήσεις ἀκινήτους ἀνεκποίητα ταῖς ἐκκλησίαις σώζεσθαι χρὴ, θαρσεῖσθαι δὲ τοῖς κατὰ καιρὸν τὴν θείαν διέπουσιν ἱερωσύνην, τῶν παραπιπτόντων ἀναλωμάτων τὴν οἰκονομίαν. Ζήτει καὶ βιβλίου νδ' τίτλον γ', κεφάλαιον β'. Χάριν δὲ τῆς ὀφειλούσης δίδοσθαι ποσότητος ὑπὲρ κανονικοῦ παρὰ κοινολαϊτῶν, οἱ κανόνες μὲν οὐδέν τι διορίζονται, πρόσταγμα δὲ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως ἐκείνου κυρίου Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ ὑποτυποῖ πολλά τινα δίδοσθαι τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν ἐν ταῖς ἐνορίαις αὐτῶν προσκαθημένων λαϊκῶν. Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν πραγμάτων ἀνωμαλία καὶ ἔνδεια τὴν τούτων ἐκάλυψεν ὑποτύπωσιν (πολλοστημόριον γάρ τις αὐτῶν οὐ δίδωσι πρὸς ἐπίσκοπον), ἀρκούμεθα τῇ συνηθείᾳ καὶ προαιρέσει τῶν διδόντων.

A sanctorum memoriis, et pro mortuorum commemorationibus inferuntur in templum, et quæ pro animalibus trajectionibus ecclesiis [a] ab aliquibus offeruntur, episcopis dari canonice statutum est, et ab his distribui in clericos peregrinos hospitio exceptos, et alioquin inopia pressos fratres, prout ipsi judicaverint. Ait enim tertius canon sanctorum apostolorum hæc expressim: Si quis episcopus, vel presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel, vel lac, vel pro vino siceram [v], vel confecta, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina, præter ordinationem, deponatur: præterquam nova legumina, tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre, quam oleum ad luminare, et B incensum, tempore sanctæ oblationis. Omnis autem alius fructus domum mittatur, ut sint primitiæ episcopo, et presbyteris. Clarum autem est, episcopum et presbyteros diaconis, et reliquis clericis distributuros. Et 7 et 8 canon Gangrenæ synodi hæc præcipit: Si quis vult fructus ecclesiæ oblatos accipere, vel dare extra ecclesiam, præter episcopi sententiam, vel ejus, cui cura eorum tradita est, et non cum ejus sententia ea velit agere, sit anathema. Et 72 apostolicus canon hæc ait: Si quis clericus, vel laicus, a sancta ecclesia ceram vel oleum auferat, segregetur. Et 73 canon ait: Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum, nemo amplius in suum usum convertat: C hoc enim fit præter jus, et contra leges. Si quis autem deprehensus fuerit, mulietur. Canon autem decimus œcumenicæ sanctæ synodi, congregatæ in templo Sanctorum Apostolorum, eos quidem, qui altaris sacra contaminant, depositioni subjicit: eos autem, qui extra altare exsistentia sacra vasa in profanum usum convertunt, excommunicat: eos vero, qui diripiunt, ut sacrilegos condemnat. Porro magnus Cyrillus in epistola ad Domnum scripta, hæc ait: Unusquisque nostrum propriorum temporum rationes reddet Judici omnium. Vasorum enim thesauros, et possessiones immobiles, inalienabiles ecclesiis conservari oportet: iis autem, qui per tempus divino funguntur sacerdotio, administrationem sumptuum erogandorum D fiducia præditam esse [x]. Quære et libri 54, tit. 3. cap. 2. De quantitate autem, quæ pro canonario danda est a plebeiis [y], canones quidem nihil definiunt: verum jussio inclyti imperatoris illius, domini Isaacii Comneni, formam designat multorum quorumdam, quæ episcopis dantur a laicis, qui sedes in eorum diœcesibus stabilierunt [z]. Quoniam autem rerum irregularitas et indulgentia [a] horum occultavit descriptionem (multesimam enim eorum partem episcopo dat nemo), contenti sumus consuetudine, et dantium liberalitate.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *quæ nomine distributionum spiritalium ecclesiis.* [v] *siceram factitiam, vel gallinas.* [x] *erogandorum cum fiducia committi.* [y] *quæ canonici nomine præstanda est a laicis.* [z] *qui habens in eorum territoriis domicilia.* [a] *et inopiæ.*

Interr. 58. Orthodoxus quidam ab Agarenis captus, et per vim orthodoxam fidem ejuratus, ac circumcisus, absque intermissione fere immunditiem defiet, et clam cum orthodoxis convenit, invocatque salutem. Quia autem vult sacramentorum fieri particeps, quærimus, quid sit faciendum.

Resp. Certantium sunt coronæ, et Dominus ac Deus noster Jesus Christus: Si quis me confitebitur, inquit, coram hominibus, et ego confitebor eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Immundum ergo vas, ad susceptionem unguenti, qua mentis alienatione admittetur? Quamobrem consolationem quidem episcopicam, et aliud spiritale colloquium ille sic pœnitens, et bona mutatione mutari volens, promerebitur; sed sanctis sacramentis dignus non habebitur. Debet enim impietatis sordes abluere, et ita admitti: et post præstitutum tempus sanctæ etiam communionis fiet particeps.

Interr. 59. Vicanorum turbæ eum, qui ipsis videtur esse dignus episcopali, vel sacerdotali dignitate, mihi exhibent; petuntque ut sine repulsa renuntietur ordineturque pontifex, aut sacerdos, vel diaconus. Quæro igitur, an acclamationes populi sequi compellar [b].

Resp. Olim aliquando ordinationes episcoporum, et reliquorum sacris initiatorum ordinibus fiebant per electionem multitudinis, eorumque, qui simul imperabant. Decimus tertius autem canon Laodicenæ synodi, et 3 canon sanctæ et œcumenicæ 7 synodi, hujusmodi ordinationes ab ecclesiastico rejecit statu. Ille enim ait, turbis non esse permittendum eorum, qui sunt in sacerdotio constituendi, electionem facere. Hic autem pronuntiat: Omnem electionem, quæ fit a magistratibus, episcopi, vel presbyteri, vel diaconi, irritam manere: ex canone dicente, Si quis episcopus sæcularibus magistratibus usus, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur, et segregetur, et omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui est promovendus ad episcopatum, ab episcopis eligi, quemadmodum a sanctis Patribus Nicææ decretum est, in canone qui dicit: Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus, qui sunt in provincia, constitui: si autem hoc difficile fuerit, vel propter urgentem necessitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omnino eodem convenientes, iis quoque qui absunt, simul suffragium ferentibus, et assentientibus per litteras, tunc facere electionem. Eorum autem, quæ a se fiunt, confirmationem dare unicuique metropolitano.

Interr. 60. Liberi ex secundis nuptiis procreati, et qui ex ancillis, ac concubinis, sacerdotio digni judicabuntur, annon?

Resp. Secundarum nuptiarum liberi nulla ratione

A Ἐρώτ. νη'. Ὀρθόδοξός τις αἰχμαλωτισθεὶς παρὰ Ἀγαρηνῶν, καὶ κατὰ βίαν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐξομοσάμενος, καὶ περιτμηθείς, διόλου σχεδὸν τὴν ἀκαθαρσίαν ἀποκλαίεται, καὶ μετὰ τῶν ὀρθοδόξων λαθραίως συνέρχεται, καὶ τὴν σωτηρίαν ἀνακαλεῖται. Ἐπεὶ δὲ ἐθέλει καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν, ζητοῦμεν τὸ ποιητέον μαθεῖν.

Ἀπόκ. Τῶν ἀγωνιζομένων εἰσὶν οἱ στέφανοι, καὶ ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Εἴ τίς με ὁμολογήσει, φησὶν, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κἀγὼ ὁμολογήσω αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Ἀκάθαρτον γοῦν ἀγγεῖον πρὸς ὑποδοχὴν μύρου πῶς παραφρονοῦντος δεχθήσεται; Διὸ παρηγορίας μὲν ἐπισκοπικῆς καὶ ἄλλης πνευματικῆς ὁμιλίας, ὁ οὕτω μετανοῶν, καὶ τὴν καλὴν θέλων B ἀλλοιωθῆναι ἀλλοίωσιν, ἀξιωθήσεται· τῶν δὲ ἁγίων μυστηρίων οὐκ ἀξιωθήσεται. Πρότερον γὰρ ὀφείλει τῆς ἀσεβείας τὴν βεβήλωσιν ἀπονίψασθαι, καὶ οὕτως δεχθῆναι· καὶ μετὰ τὸν νενομισμένον καιρὸν καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως γενήσεται μέτοχος.

Ἐρώτ. νθ'. Πλήθη χωριτικὰ τὸν δοκοῦντα τούτοις ἄξιον εἶναι πρὸς ἀξίωμα ἐπισκοπικὸν ἢ ἱερατικὸν παριστῶσί μοι· καὶ ζητοῦσι κατὰ τὸ ἀπαίτητον ἐπικηρυχθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι ἀρχιερέα, ἢ διάκονον. Ζητῶ τοίνυν μαθεῖν εἰ ταῖς φωναῖς τῶν ὄχλων ἀναγκαζόμεθα κατακολουθεῖν.

Ἀπ. Πάλαι ποτὲ αἱ χειροτονίαι τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν λοιπῶν ἱερωμένων δι' ἐπιλογῆς τοῦ ὄχλου καὶ τῶν παραδυναστευόντων ἐγίνοντο· ὁ δὲ ιγ' κανὼν τῆς C ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ὁ γ' κανὼν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ζ' συνόδου, τὰς τοιαύτας χειροτονίας ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀπεξένωσαν καταστάσεως. Ὁ μὲν γάρ φησι περὶ τοῦ μὴ ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱερατεῖον· ὁ δὲ ταῦτα διέξεισι, Πᾶσαν ψῆφον γινομένην παρὰ τῶν ἀρχόντων, ἐπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου, ἄκυρον μένειν, κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα. Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι· καθὼς καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται, ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι. Ἐπίσκοπον προσήκει μά- D λιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τοῦτο, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. Τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.

Ἐρώτ. ξ'. Οἱ τοῦ δευτέρου γάμου παῖδες, καὶ οἱ ἀπὸ δουλίδων καὶ παλλακῶν τεχθέντες, ἀξιωθήσονται ἱερωσύνης, ἢ οὔ;

Ἀπόκ. Οἱ τοῦ δευτέρου γάμου παῖδες ἐξ οὐδενὸς λό-

VARIÆ LECTIONES.

[b] *an voces populares sequi cogamur.*

γου κωλύονται ἱερᾶσθαι. Ὁ γὰρ ἐπὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου γεγονὼς τόμος συνοδικὸς τῷ πρώτῳ γάμῳ τὸν δεύτερον ἐπὶ πᾶσιν ἐξίσωσε. Διὸ καὶ ὑπεξούσιοι κληρονόμοι τοῦ πατρός εἰσιν. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπὸ δουλίδων τεχθέντες, καὶ ἐλευθερίας ἀξιωθέντες, ὡσαύτως καὶ οἱ ἐκ παλλακῶν γεννηθέντες, οὐ κωλυθήσονται ἱερωθῆναι. Αἱ γὰρ μητέρες αὐτῶν ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑπέπεσον, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἥμαρτον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐπιτιμίοις ὑπόκεινται. Κατὰ γοῦν τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας, καὶ αὐτοὶ τιμῆς ἱερατικῆς κατὰ κανόνας ἀξιωθήσονται.

A vetantur sacris ordinibus initiari. Synodica enim decisio, facta tempore imperatoris domini Constantini Porphyrogennetæ, primis nuptiis secundas in omnibus exæquavit. Ideoque et sui hæredes sunt patri. Sed et qui ex ancillis nati, et donati libertate, parique modo, qui ex concubinis geniti, non vetantur sacrari. Matres enim eorum pœnis scortantium succiderunt [e], ipsi autem nihil deliquerunt: quamobrem nec pœnis subjiciuntur. Ut reliqui igitur homines, qui nihil peccarunt, honorem sacerdotalem secundum canones consequentur et ipsi.

Ἐρώτ. ξα'. Ἀναγνώστης παρὰ ἡγουμένου ἐπιτραπεὶς διέπειν κτήματα μοναστηριακὰ, θέλει προκαθῆσθαι τῶν ἐκεῖσε ὄντων ἱερέων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν, καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀγιστείαις μετὰ τὸν ἡγούμενον μνημονεύεσθαι. Ἐρωτῶ τοίνυν μαθεῖν εἰ καλῶς περὶ τούτου φιλονεικεῖ.

Interr. 61. Lector potestate a priore [d] accepta, administrandi possessiones monasteriales, vult præcedere sacerdotes, et alios clericos illic exsistentes, et in sanctis sacrificiis post præfectum seu priorem [e], commemorationem sui fieri. Quæro an recte de eo contendat.

Ἀπόκ. Τάξις συνέχει τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια. Διὸ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, τῆς κενοδοξίας ἀναστέλλων τὴν ματαιότητα, Ὅταν κληθῇς εἰς γάμον ὑπό τινος, ἔφησεν, εἰς πρωτοκλισίας τόπους μὴ ἀνακλιθῇς, ἀλλ' εἰς ἔσχατον τόπον ἀνάπεσον· ἵνα ἀκούσῃς παρὰ τοῦ κεκληκότος σε· Φίλε, προσανάβηθι. Καὶ οὕτως ἔσται σοι δόξα πολλή. Ὁ γοῦν ζητῶν ἀναγνώστης πρὸ τῶν ἱερέων καθῆσθαι, καὶ μετὰ τὸν ἡγούμενον μνημονεύεσθαι, τοῖς Κυριακοῖς ἐναντιοφρονεῖ παραγγέλμασιν. Εἰ δὲ κατὰ τὴν διήγησίν σου ὁ ἀναγνώστης εἰς χώραν ἐπιδημεῖ, καθηγουμένου τόπον ἀναπληρῶν, ἀκινδύνως μᾶλλον δὲ ἀξίως φιλονεικεῖ πρὸ τῶν ἱερέων καθῆσθαι, καὶ μνημονεύεσθαι, ὡς τόπον ἐπέχων τοῦ ἐπιτρέψαντος αὐτῷ τὸ λειτούργημα. Καὶ παρίσταται τοῦτο ἀπὸ τοῦ ζ' κανόνος τῆς ἐν Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συστάσης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ς' συνόδου ἐν μέρει ταῦτα διεξιόντος. Μεμαθήκαμεν ἔν τισι τῶν Ἐκκλησιῶν διακόνους τινὰς αὐθαδείᾳ καὶ αὐτονομίᾳ κεχρημένους, τολμᾷν πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθέζεσθαι, ... ἐκτὸς εἰ μὴ τὸ πρόσωπον ἐπέχων τοῦ οἰκείου πατριάρχου, ἢ μητροπολίτου, ἐν ἑτέρᾳ πόλει παραγίνηται, ἐπί τινι κεφαλαίῳ. Τότε γὰρ, ὡς τὸν ἐκείνου τόπον ἀναπληρῶν, τιμηθήσεται.

Resp. Ordo cœlestia et terrestria continet. Ideoque Dominus noster Jesus Christus inanis gloriæ vanitatem reprimens, Cum vocatus fueris, inquit, ad nuptias ab aliquo, ne discumbas ad primi accubitus tapetes, sed recumbe in ultimo loco: ut audias ab eo qui te invitavit: Amice, ascende superius. Et ita erit tibi gloria multa. Lector igitur volens ante sacerdotes sedere, et post præfectum [f] commemorari, Dominicis adversatur præceptis. Quod si, quemadmodum narras, lector in regione peregrinatur, præfecti locum [g] implens, sine periculo, vel potius merito, contendit ante sacerdotes sedere et commemorari, veluti locum obtinens ejus, qui mandavit ei munus. Idque ostenditur e canone septimo sanctæ et œcumenicæ sextæ synodi, congregatæ in Trullo magni palatii, hæc in parte persequentis: In nonnullis Ecclesiis diacones officia ecclesiastica habere didicimus: et ex hoc nonnullos eorum, arrogantia et licentia fretos, ante presbyteros sedere: statuimus, ut diaconus, etiamsi in dignitate, id est, in quovis sit officio ecclesiastica, ante presbyterum ne sedeat: præterquam, sit proprii patriarchæ, vel metropolitani vicem gerens, adsit in alia civitate super aliquo capite. Tunc enim, ut locum illius implens, honorabitur.

Ἐρώτ. ξβ'. Ἀγροικώτερος ἱερεὺς ἐὰν τρίτου γάμου ἱερολογίαν ποιήσῃ, τὴν τριτογαμίαν εἰδὼς, κολασθείη, ἢ ὡς χωρίτης, συγγνώμης ἀξιωθήσεται;

Interr. 62. Agrestior sacerdos si tertii matrimonii sacram benedictionem sciens fecerit, punietur, an, ut rusticus, veniam merebitur?

Ἀπόκ. Ὁ μὲν φάκτον ἀγνοήσας, οἷος ἂν καὶ ἔστιν, ἀξιοῦται κατὰ νόμους συγγνώμης· ὁ δὲ νόμον ἀγνοήσας, οὐ συγγινώσκεται. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς Νεαρᾶς νομοθεσίας τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου ὁ τρίτος γάμος πῇ μὲν συγγνωστέος ἐστὶ, πῇ δὲ ἀσύγγνωστος (οἱ γὰρ ἔχοντες παῖδας ἐκ πρώτου ἢ δευτέρου γά-

Resp. Qui factum ignorat qualiscunque sit, legibus excusatur: qui autem legem ignorat, veniam non consequitur. Quoniam autem Novella constitutione inclyti imperatoris, domini Constantini Porphyrogennetæ, tertiæ nuptiæ partim sunt venia dignæ, partim minime (nam qui ex primo, vel secundo matrimonio habent liberos, et qui quadragesimum

VARIÆ LECTIONES.

[e] *obnoxia fuerunt.* [d] *ab abbate.* [e] *post abbatem.* [f] *abbatem.* [g] *abbatis vices gerens.*

ætatis annum excesserunt, tertias contrahere non possunt) : dicimus sacerdotem, qui hujusmodi vetitarum nuptiarum benedictionem fecerit, deponendum esse : ejus enim crassa est legis ignorantia. Rustici autem si subtilitatem legis ignorent, interdum excusantur, non tamen, si omnibus manifesta jura.

A μου, καὶ οἱ τεσσαρακοστὸν χρόνον τῆς ἡλικίας αὐτῶν ὑπεραναβάντες, τρίτον συναλλάττειν οὐ δύνανται)· φαμὲν ὅτι ὁ τοιούτου κεκωλυμένου τρίτου γάμου ἱερολογίαν πεποιηκὼς ἱερεὺς, καθαιρετέος ἐστίν· παχύτητα γὰρ νόμου ἠγνόησεν. Οἱ δὲ χωρῖται, λεπτότητα νόμου ἠγνοηκότες, ἐνίοτε συγγινώσκονται, οὐ μὴν τὰ πᾶσι δῆλα νόμιμα.

Interr. 63. Mulier quædam a proprio patre coacta legitime conjungi viro, et videns obligatoriis scriptis conjugium a patre munitum, indicavit, quod recte factum erat, cuidam amatorie erga ipsam affecto. Hic autem, ut perdite amans, nihil cunctatus, cum nonnullis rei ignaris familiaribus suis nocte quadam in mulieris domicilium irrupit, eamque volentem rapuit, abduxitque domum suam, intra fines alius territorii sitam. Quæro, an qui talem raptum moliti sunt, possint per sacram benedictionem canonice conjungi : maxime, cum puellæ parentes illud modo fieri velint.

Ἐρώτ. ξγ'. Γυνή τις ἀναγκαζομένη παρὰ τοῦ οἰκείου πατρὸς νομίμως συζευχθῆναι ἀνδρὶ, καὶ βλέπουσα δι' ἐγγράφων δεσμωτικῶν τὴν συζυγίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀσφαλιζομένην, μήνυμα ἔθετο πρός τινα διακείμενον ἐρωτικῶς πρὸς αὐτὴν τοῦ γινομένου καλοῦ. Ὁ δὲ, μηδὲν μελλήσας, ὡς ἐρωτομανῶν, μετά τινων ἀπαιδεύτων συνήθων αὐτῷ ἐν ἑσπέρᾳ μιᾷ τὴν τῆς γυναικὸς κατοικίαν κατέλαβε· καὶ ταύτην ἥρπασε θέλουσαν, καὶ ἀπήγαγεν εἰς τὴν κατοικίαν αὐτοῦ, διακειμένην εἰς ἑτέρου χωρίου περιοχήν. Ἐρωτῶ οὖν μαθεῖν εἰ δύνανται διὰ ἱερολογίας κανονικῶς συναφθῆναι οἱ οὕτω τὴν τοιαύτην ἁρπαγὴν συσκευάσαντες. Καὶ οἱ γονεῖς γὰρ τῆς γυναικὸς θέλουσιν ἀρτίως τοῦτο γενέσθαι.

Resp. Tertium caput 58 tit. lib. 60 Basilicon, hæc ait nominatim. Ne nubat rapta raptori. Sed et si tali conjugio parentes ejus consentiant, exsilio circumscribuntur. Et 27 canon sanctæ et œcumenicæ quartæ synodi hæc inquit : Eos, qui nomine conjugii mulieres rapiunt, vel opem ferunt ac consentiunt iis, qui rapiunt; statuit synodus, si sint quidem clerici, proprio gradu excidere : sin autem laici, anathematizari. Quamobrem et nos hæc legitime canoniceque constituta sequentes, dicimus : si res, ut interrogatione tua proposuisti, ita se habet; neque nuptias futuras inter raptam et raptorem, et si pater illius rem approbet : neque raptus pœnas effugituros, qui ejus fuerint conscii, sed etiam ultimo affectos iri supplicio.

Ἀπόκ. Τὸ γ' κεφάλαιον τοῦ νη' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ταῦτά φησι ῥητῶς· Μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάσαντι αὐτήν· ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσουσι τῷ τοιούτῳ συνοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς, περιορίζονται. Καὶ ὁ κζ' κανὼν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς δ' συνόδου ταῦτα φησι· Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρομένους τοῖς ἁρπάζουσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, ἐκπίπτειν τοῦ βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀναθεματίζεσθαι. Διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς οὕτω διατεταγμένοις νομίμως τε καὶ κανονικῶς ἀκολουθήσαντες, λέγομεν ὡς εἰ οὕτως ἔχουσι τὰ τοῦ πράγματος καθὼς ἡ ἐρώτησις περιέστησεν, οὔτε γάμος γενήσεται μεταξὺ τῆς ἁρπαγείσης καὶ τοῦ ἁρπάσαντος, κἂν ὁ πατὴρ ταύτης ἁρπάζηται τὸ γινόμενον, οὔτε τὰ τῆς ἁρπαγῆς ἐπιτίμια διαδράσουσιν οἱ ταύτης συνίστορες, ἀλλὰ καὶ ἐσχάτως τιμωρηθήσονται.

Interr. 64. Mulier quædam gravi morbo laborans, nocte mali afflictionem ulta, seipsam in mortem projecit, et mortis hausit poculum. Vir ejus, cum lector tunc esset, hodieque sit, quæsit, an ob eam rem sacerdotalem dignitatem consequi non possit.

Ἐρώτ. ξ'. Γυνή τις ἀῤῥωστίᾳ περιπεσοῦσα δεινῇ, ἐν ὥρᾳ νυκτερινῇ, τοῦ νοσήματος ἀμυνομένη δῆθεν τὴν κάκωσιν, ἑαυτὴν εἰς θάνατον ἔῤῥιψε, καὶ τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον ἔπιεν. Ἐρωτᾷ οὖν ὁ ταύτης ἀνὴρ, ἀναγνώστης ὢν καὶ τότε καὶ σήμερον, εἰ ἐντεῦθεν κωλύεται τυχεῖν ἱερατικοῦ ἀξιώματος.

Resp. Si, quemadmodum narras, ita se res habet, lector sine impedimento sacrabitur. Ut enim diligentem pigritia non lædit negligentis, ex divinorum canonum sententia : sic lectori præjudicium non faciet uxoris ejus peccatum. Unusquisque enim propriis catenis (ut vulgo fertur) coercetur [b].

Ἀπόκ. Εἰ κατὰ τὴν διήγησίν σου συνέπεσον τὰ τοῦ πράγματος, ἀπαρεμποδίστως ὁ ἀναγνώστης ἱερωθήσεται. Ὡς γὰρ οὐ βλάπτει τὸν σπουδαῖον ἡ ῥᾳθυμία τοῦ ἀμελοῦς, κατὰ τὴν τῶν θείων νόμων περίληψιν, οὐδὲ τὸν ἀναγνώστην προκριματίσει τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τὸ ὀλίσθημα. Ἕκαστος γὰρ ταῖς οἰκείαις σειραῖς, κατὰ τὸν εἰπόντα, συσφίγγεται.

OFFICIUM ET DEFINITIO EPISCOPI.

Ex libro de jure, qui est Basilii, Constantini et Leonis, titulo v, *cap.* i.

Episcopus est inspector et curator omnium ad

ΤΟ ΚΑΘΗΚΟΝ ΚΑΙ ΟΡΟΣ ΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ.

Ἀπὸ τοῦ νομίμου βιβλίου Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, ἀπὸ τοῦ ε' τίτλου, κεφ. α'.

Ἐπίσκοπός ἐστιν ἐπιτηρητὴς καὶ ἐπιμελητὴς

VARIÆ LECTIONES.

[b] *constringitur.*

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΒΑΛΣΑΜΩΝ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΜΕΛΕΤΑΙ ΗΤΟΙ ΑΠΟΚΡΙΣΕΙΣ

—

THEODORI BALSAMONIS

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI

MEDITATA SIVE RESPONSA.

—

Τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας Θεοδώρου μελέτη ἤγουν ἀπόκρισις, χάριν τῶν πατριαρχικῶν προνομίων.

Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου ἐνώπιόν μου, πανιερώτατε, καὶ ἐδέχθη, καὶ ἀπεδέχθη, καὶ ᾠκειώθη μοι. Οὐ γὰρ ἄσεμνα ῥάκη περιεβέβλητο, καὶ τῆς σῆς πλουτοδότιδος σοφίας ἀνάξια· σεμνὰ δὲ μᾶλλον, καὶ εὐπρεπῆ, καὶ οἷα χεῖλη στημονίζουσιν ἱερατικὰ, λαλοῦντα δικαιοσύνην, καὶ ζητοῦντα ἀλήθειαν. Δέξαι τοίνυν ὃ δι' αὐτοῦ λαβεῖν ἐζήτησας ἐξ ἡμῶν φιλικῆς ἀποκρίσεως τάλαντον. Ἠξίωσάς με διαλαβέσθαι γραφῇ, πόθεν καὶ πῶς ἡ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν οὐσιώθη πεντὰς, καὶ ποίων προνομίων ἠξίωται, καὶ εἰ ἔστι τις μέσον τούτων διαφορὰ, καθώς τινες λέγουσι. Γράφομεν τοίνυν τῇ ἱερότητί σου, ὅτι πρὸ πάντων πατριαρχῶν τῆς θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας παρὰ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου κεχειροτόνηται ὁ ἐξ Ἀντιοχέων Εὔοδος· καὶ μετ' ὀλίγον ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ θεοκήρυκος, τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ὁ ἅγιος Μάρκος προβέβληται· τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, ὁ ἅγιος Ἰάκωβος· καὶ τῆς Θρᾴκης, ὁ ἅγιος Ἀνδρέας. Μετὰ δὲ χρόνους ὡσεὶ τριακοσίους ὁ μέγας ἐν Πατράσιν, ὁ ἅγιος Σιλβέστρος παρὰ τοῦ ἁγίου Ἰσαποστόλου μεγάλου Κωνσταντίνου, ἄρτι πρώτως ὀρθοδοξήσαντος, πάπας τοῦ θρόνου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ὠνόμασται, καθὼς ἡ φιλόθεος ἱστορία, καὶ αἱ λοιπαὶ ἐκκλησιαστικαὶ ἱστορίαι διαλαμβάνουσιν. Ὁ δὲ μέγας θρόνος τῆς Κωνσταντινουπόλεως, τὸ περιδόητον τοῦτο καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, Πειρινθίοις ὑποκείμενος (Πείρινθος δέ ἐστιν ἡ δυτικὴ Ἡράκλεια) ἐτέλει ὑπὸ ἐπίσκοπον. Οὔπω γὰρ μεγαλόπολις ἡ Κωνσταντινούπολις ὠνομάζετο, ἀλλὰ πολίχνιον, καὶ Βυζάντιον. Μετενεχθέντων δὲ τῶν σκήπτρων τῆς βασιλείας ἀπὸ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἐν αὐτῇ, κατὰ θείαν καὶ ἀπόῤῥητον Πρόνοιαν, ὡς ἐξ ἀγριελαίου εἰς καλλιέλαιον, ὁ τότε ἀρχιερατεύων τῆς Ἐκκλησίας τοῦ τοιούτου θρόνου ἅγιος Μητροφάνης, ἐξ ἐπισκόπου μετωνομάσθη ἀρχιεπίσκοπος. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡ πρώτη ἁγία οἰκουμενικὴ σύνοδος μνημονεύσασα καὶ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως,

Sanctissimi patriarchæ Antiocheni Theodori meditatum, sive responsum de patriarcharum privilegiis.

Venit in conspectum meum petitio tua, vir sanctissime, et admissa receptaque, per mihi placuit. Quippe non inhonestis erat indumentis amicta, nec indignis liberali sapientia tua : sed honestis potius et decentibus, qualia texere sacerdotalia labra solent, quæ justitiam proferunt, et veritatem quærunt. Quapropter accipe, quod per eam voluisti a nobis consequi, responsionis amicæ talentum. Petisti, ut scripto complectar, unde, et quomodo sanctissimorum patriarcharum numerus quinarius exstiterit ; quæ privilegia consecuti sint ; et an sit inter eos discrimen aliquod, uti quidam perhibent. Scribimus ergo sanctitati tuæ, cæteros ante patriarchas omnes, a sancto Petro apostolo fuisse ordinatum magnæ illius Antiochiæ antistitem, Erodum Antiochenum ; et paulo post, ab eodem præcone divino, episcopum Alexandrinæ præfectum Ecclesiæ, sanctum Marcum ; Hierosolymitanæ, sanctum Jacobum ; Thracensi, sanctum Andream. Post annos vero quasi trecentos, magnus inter Patres, et sanctus vir Silvester, a sancto et apostolis pari, magno illo Constantino, qui rectam doctrinam recens amplexus fuerat, solii priscæ Romæ papa fuit appellatus ; quemadmodum historia religiosa, cum cæteris historiis ecclesiasticis, tradit. Magnus autem thronus ille Constantinopolis, re pariter ac nomine famosus, Perinthiis subjectus (est autem Perinthus, occidentalis Heraclea) episcopo parebat. Necdum enim urbs magna, vel Constantinopolis appellabatur ; sed oppidum et Byzantium. Cum autem imperii sceptra ex veteri Roma, divina et ineffabili Providentia, tanquam ex oleastro in olivam, huc translata fuissent ; qui tunc pontificia cum auctoritate throno hujus ecclesiæ præerat, sanctus ille Metrophanes, ex episcopo, nomine mutato, vocatus fuit archiepiscopus. Etenim idcirco prima sancta synodus universalis,

mentione throni Constantinopolitani facta, Romæ veteris illi honoraria jura tribuit, propterea quod esset(ut ipsius verbis utar) Roma nova : quemadmodum hæc secundo et tertio synodi ejusdem canone declarantur. Ut autem bonus ordo, res omnium pulcherrima, in Ecclesiarum quoque capitibus perinde, servetur, atque cœlestibus in ordinibus, divina et universalis sancta synodus, in Trullo majoris palatii coacta, quæ quinta et sexta dicitur, hæc disertis verbis decrevit.

Renovantes ea, quæ a centum quinquaginta sanctis Patribus, in custodita divinitus et imperatoria urbe congressis, et a sexcentis ac triginta, qui Chalcedone convenerunt, sancita sunt : decernimus, ut thronus Constantinopolis æqualibus honorariis fruatur juribus quibus veteris Romæ thronus; utque parem cum illo ecclesiasticis in rebus amplitudinem obtineat, et ab illo secundus sit : post quam, magnæ urbis Alexandrinæ thronus numeretur : deinde, Antiochenus : et post hunc, urbis Hierosolymitanæ thronus. Propterea secundum id, quod hoc canone continetur, ex eo tempore huc usque, sanctissimorum istorum quinque soliorum magnos pontifices per orbem universum hoc modo veneramur. Etenim justa papæ veteris Romæ ab Ecclesiis abscissio, minime ordinem canonicum abolevit. Præterea primus adversus secundum sese non effert, neque secundus adversus tertium : sed cum instar quinque sensuum capitis unius (qui tot esse numero dicuntur, nec dividuntur tamen in partes) apud populum Christianum habeantur, dignitate nihilominus pares sunt in omnibus; et cum capita sanctarum per universum orbem Ecclesiarum Dei jure dicantur, locum in eis discrimen ab hominibus statutum habere non potest : neque de sententia quorumdam non magni momenti res afferentium, papæ Romano propterea fit injuria, quod ipse propter litteram R (57), si litterarum collocationem respiciamus, tertius in ordine sit ; et eadem ratione Constantinopolitanus per C litteram honoretur, ac priorem locum consequatur. Nec offensioni aperta fenestra fuit inter Alexandrinum et Antiochenum, propter A litteram, velut eorum quolibet locum sibi priorem vindicante : sed quemadmodum quinarius ille sensuum, architecti et conditoris Dei formationi respondet, nec aspectus (verbi gratia) odoratum, nec auditus tactum vel gustatum hostiliter eam ob causam invadit, quod eorum nomina forte tali serie a nobis proferantur : ita nec sanctissimorum patriarcharum aliquis, cui per divinos canones primus attributus est locus, adversus secundum, et proximum ad hoc, arroganter semet effert.

Quia vero nonnulli dicunt, non esse permissum Alexandrino vel Antiocheno, verbi gratia, ut cum lampade vel face patriarchali faciat iter ad urbem imperatoriam, vel in aliam diœcesin ; exceptis illis provinciis, quæ per canones eis attributæ

A δέδωκεν αὐτῇ τὰ πρεσβεῖα τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, διὰ τὸ εἶναι ταύτην (φησὶ) νέαν Ῥώμην, καθὼς δηλοῦται τὰ περὶ τούτου ἀπὸ τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου κανόνος τῆς αὐτῆς συνόδου. Ἵνα δὲ τὸ κάλλιστον χρῆμα τῆς εὐταξίας καὶ εἰς τὰς κεφαλὰς φυλάττηται τῶν Ἐκκλησιῶν, ὥσπερ καὶ εἰς τὰ οὐράνια τάγματα, ὥρισεν ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου παλατίου συστᾶσα θεία καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος, ἡ καὶ πενθέκτη λεγομένη, ταῦτα ῥητῶς.

Ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ τῶν ρ' ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων νενομοθετημένα· ὁρίζομεν, ὥστε τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως B *θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα· μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας μεγαλοπόλεως ἀριθμείσθω θρόνος· εἶτα ὁ τῆς τῶν Ἀντιοχέων· καὶ μετὰ τοῦτον, ὁ τῆς τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως.* Διὸ καὶ κατὰ τὴν τούτου περίληψιν, ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν οἱ τῶν τοιούτων πέντε ἁγιωτάτων θρόνων μεγάλοι ἀρχιερεῖς οὕτω κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην σεβάζονται. Τοῦ γὰρ πάπα τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἡ δικαία ἐκ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκκοπὴ, τὴν κανονικὴν εὐταξίαν οὐκ ἐλυμήνατο. Παρὰ τοῦτο δὲ, τοῦ δευτέρου ὁ πρῶτος οὐ καταπαίρεται, οὐδὲ τοῦ τρίτου ὁ δεύτερος· ἀλλ' ὡς αἰσθήσεις πέντε μιᾶς κεφαλῆς ἀριθμούμεναι καὶ μὴ μεριζόμεναι, παρὰ τῷ χριστωνύμῳ λαῷ λογιζόμενοι, ἰσοτιμίαν ἐν ἅπασιν ἔχουσι, καὶ κάραι τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἁγίων Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ δικαίως καλούμενοι, διαφορὰν ἀνθρωπίνην οὐ πάσχουσιν· οὐδὲ κατὰ σμικρολόγους, ὁ πάπας Ῥώμης ὑβριοπαθεῖ, ὅτι αὐτὸς μὲν διὰ τοῦ Ρ στοιχείου τρίτος τῇ θέσει τῶν γραμμάτων κατεστοιχείωται, ὁ δὲ Κωνσταντινουπόλεως διὰ τοῦ Κ τιμᾶται καὶ πρωτιερεύεται. Οὐδὲ σκανδάλου πάροδος γέγονε μέσον τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ τοῦ Ἀντιοχείας, χάριν τοῦ ἄλφα στοιχείου, ὡς ἑκάστου αὐτῶν ἰδιουμένου τὸν πρότερον· ἀλλ' ὥσπερ ἡ πεντὰς τῶν αἰσθήσεων στοιχεῖ τῇ διαπλάσει τοῦ ἀρχιτέκτονος καὶ πλάστου Θεοῦ, καὶ οὐ κατατρέχει τυχὸν ἡ ὅρασις τῆς ὀσφρήσεως, οὐδὲ ἡ ἀκοὴ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς γεύσεως, ὅτι παρ' ἡμῖν οὕτω πως ὀνομάζονται· οὕτως οὐδέ τις τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν ἐκ τῶν θείων κανόνων τόπον κληρωσάμενος πρότερον, τοῦ δευτέρου καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν ὡς ὑπερφέρων ἁλαζονεύεται.

Ἐπεὶ δέ τινες λέγουσιν, ὡς οὐκ ἐφεῖται τῷ Ἀλεξανδρείας ἢ τῷ Ἀντιοχείας τυχὸν, μετὰ λαμπάδος πατριαρχικῆς τὰς ὁδοιπορίας ποιεῖν εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, ἢ εἰς ἑτέραν διοίκησιν, παρὰ τὰς ἀπονεμηθείσας ἀπὸ τῶν κανόνων αὐτοῖς. Ἡ γὰρ

VARIÆ LECTIONES.

(57) Quæ prima est in vocabulo *Romæ*.

λαμπὰς τοῦ διδασκαλικοῦ, φασὶν, ἐστὶν ἀξιώματος. Παρ' ἐνορίαν δὲ διδάσκειν οὐκ ἐφίεται ἀρχιερεῖ, κατὰ τὸν κ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου. Καὶ εἰς ἐπισύστασιν δῆθεν τοῦ λόγου αὐτῶν, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς ἀποχρῶνται ῥήμασι, καὶ λέγουσι· Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Ἀκουσάτωσαν, ὡς οἱ βασιλεῖς καὶ οἱ πατριάρχαι μεγαλύνονται μὲν καὶ διδασκαλικοῖς ἀξιώμασι, διὰ τὴν τοῦ ἁγίου χρίσματος δύναμιν· ἐντεῦθεν γὰρ οἱ πιστοὶ δεσπόται καὶ αὐτοκράτορες κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ χριστωνύμῳ λαῷ, ἢ θυμιῶσιν ὡς ἱερεῖς, καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι. Κατὰ τοῦτο δὲ μόνον λαμπάσι ζωννυομέναις ἀργυροῖς καὶ διαχρύσοις (οἷον εἰπεῖν) στεφανώμασιν οὐκ ἀποσεμνύνονται, ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ τὸν οὐράνιον γίγαντα τὸ κέντρον καταφωτίζουσι τῆς ὀρθοδοξίας τοῖς ἀμαρύγμασι καὶ ἡ ἔξοδος αὐτῶν ἀπ' ἄκρου λάμπει τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτῶν ἕως ἄκρου φθάνει τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς τῆς θέρμης αὐτῶν ἀποκρύπτεται. Εἰ γὰρ μόνον διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας ἀξίωμα τῶν τοιούτων λαμπάδων ἐπενοήθη τὸ σεμνολόγημα, ἡ κατὰ καιροὺς τέως αὐτοκρατόρισσα ἐκ τοῦ προνομίου τούτου δικαίως ἂν ἀφῆκεν ἀφώτιστος. Γυναῖκας γὰρ σιγᾷν καὶ μὴ διδάσκειν νενομοθέτηται. Ἀλλὰ μὴν καὶ ταύτας ὁρῶμεν οὕτω δοξαζομένας κατὰ τοὺς βασιλεῖς. Καὶ οἱ ἐγχώριοι δὲ πάντες ἀρχιερεῖς παρομοίως τὰς ἀρχιερατικὰς καὶ ἀλλοίας προόδους ἐπενόουν ἄν· καὶ εἶδεν ἄν τις τυχὸν τὸν τοῦ Ἀθύρα ἐπίσκοπον, καὶ τὸν πολλῷ τούτου μικροπρεπέστερον, πεζῇ μὲν καὶ βάδην τὰς προόδους τῆς οἰκείας ἐνορίας περιερχόμενον, λαμπάδι δὲ πατριαρχικῇ κυδαινόμενον, ὅτι καὶ αὐτοὶ διδασκαλικὸν ἀξίωμα περιβέβληνται. Οὗ τί ἂν τις φαίη καινοπρεπέστερον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἀηδέστερον; Εἰ δὲ τοῦτο οὐδέποτέ τις εἶδε γινόμενον εἴς τινα τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶν ἀρχιεπισκόπων, πολλῷ δὲ πλέον τῶν ἐπισκόπων, ἄνευ μόνων τῶν αὐτοκεφάλων ἀρχιεπισκόπων, τοῦ Βουλγαρίας φημὶ, καὶ τοῦ Κύπρου, καί τινων ὀλίγων μητροπολιτῶν λαβόντων ἀπὸ φιλοτιμίας βασιλικῆς ἰδικῆς τοῦτο τὸ δίκαιον· ἆραγε, μόνοις τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς πατριάρχαις ὑπὸ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, καὶ τῆς ἀρχαιοπαραδότου συνηθείας, καὶ εὐταξίας, ἐπιφιλοτιμηθῆναι τοῦτο τὸ δίκαιον διὰ τὰς ῥηθείσας αἰτίας.

A sunt. Quippe fas, inquiunt, ad officium doctoris spectat. Extra provinciam vero docere, non permissum est pontifici; secundum canonem XX habitæ in Trullo sanctæ atque universalis sextæ synodi. Et ad confirmandam scilicet hanc rationem suam, evangelicis quoque verbis uti nituntur: Luceat lux vestra coram hominibus. Audiant hi, tam ad amplitudinem imperatoriam, quam patriarchalem, officia docendi pertinere, propter unctionis sacræ vim atque potestatem. Hinc enim usuvenit, ut fideles principes et imperatores catechetico more cum populo Christiano colloquantur, aut suffitum faciant more sacerdotum, et cum cera duplici obsignent. Verum hac sola de causa fasibus, quæ argenteis et aureis (ut ita dixerim) corollis cinctæ sunt, non utuntur in pompis: sed etiam, quod instar cœlestis illius gigantis (58), hoc centrum orthodoxæ doctrinæ radiis collustrent: quodque luceat, eorum egressio ab extremo cœlo, et occursus ipsorum ad alteram cœli tendat extremitatem: cum interim nemo sit, qui ab eorum calore se possit abdere. Nam si duntaxat propter dignitatem officii docendi, facum ejusmodi speciosus ritus excogitatus esset: cujusque temporis imperatrix expers hujusce privilegii foret, ac fasibus non abs re careret. Quippe sancitum est, ut taceant mulieres, ac minime doceant. Attamen his quoque videmus eodem cum imperatoribus ritu faces præferri. Regionum præterea pontifices universi, consimiliter tum pontificales, tum alias in publicum processiones instituerent: ac videret aliquis episcopum Athyrensem, verbi gratia, vel etiam longe quampiam hoc inferiorem, peditem illum quidem in provincia sua prodeuntem in publicum, et hac illac itantem; sed faculæ tamen patriarchalis honore tumentem, quando hi etiam episcopi officio docendi fruuntur. Quo sane quid dici possit insolentius? vel rectius ut loquar, quid injucundius? At si nunquam quisquam hoc fieri vidit in aliquo vel metropolitano, vel archiepiscopo, tantum abest ut in episcopos cadat, exceptis quibusdam archiepiscopis, qui caput ipsi suorum sunt; Bulgariæ, inquam, et Cypri, et paucis quibusdam metropolitanis; qui ex imperatoria speciali munificentia jus hoc obtinuerunt: sequitur, solis imperatoribus et patriarchis per gratiam Spiritus sancti, et acceptam antiquitus consuetudinem atque ordinem, jus hoc propter indicatas causas esse concessum.

Ὅτι δὲ τῶν μὲν αὐτοκρατόρων ἡ ἀρωγὴ πρὸς φωτισμὸν καὶ σύστασιν ἐπεκτείνεται ψυχῆς τε καὶ σώματος, τὸ δὲ μεγαλεῖον τῶν πατριαρχῶν εἰς μόνην ψυχικὴν ἐστενοχώρηται λυσιτέλειαν (ὀλίγη γὰρ τούτοις ἐστὶ φροντὶς εὐπαθείας σωματικῆς), ὡσαύτως καὶ ἡ περὶ τοὺς ὑπηκόους τῆς βασιλίσσης κηδεμονία καὶ μέριμνα πρὸς μόνην σωματικὴν εὐζωΐαν ἐξήπλωται (πάσης γὰρ ψυχικῆς βοηθείας αἱ γυναῖκες ἐστέρηνται), αἱ λαμπάδες μὲν τῶν βασιλέων διττοῖς

Quia vero imperatorum auxilium ad illuminationem et stabilimentum sese tam animi, quam corporis porrigit; amplitudine patriarcharum ad animi duntaxat utilitatem constricta (perexiguam quippe curam gerunt hi de rebus ad corporum commoda spectantibus), et consimiliter imperatricis cura et sollicitudo de subditis, duntaxat ad vitæ corporalis prosperitatem extenditur (nullum enim animarum a mulierculis exspectandum auxi-

NOTÆ.

(58) Solis videlicet.

lium) : ideireo faces imperatorum geminis aureis cinguntur corollis, cum quæ patriarcharum et imperatricis sunt, uno quasi sepimento circumdentur. Sed dicet quispiam : Sit ita, sane. Concessum esto, lucernas patriarchales accendi per ignem tot traditionum, veri speciem habentium. Sed unde profectum est, quod eisdem ex argento vis quædam accedat? Sufficiebat, duntaxat ecclesiarum capitibus per lampadas majestatis aliquid accedere, atque interim eos, qui vagantur in exsilio, et pauperes sunt, eam ob causam non vexari. Respondemus, piissimos imperatores, et sanctissimorum patriarcharum quinarium, esse similes agricolis, consistentibus in area frumenti largitrice, ac ventilabro unctionis vitiositatem ceu paleas exterminare, et virtutem ceu grana colligere : vel similes esse normis recta circuli superficiem librantibus et centrum per justitiæ radios collustrantibus : vel maritimi navigii malis ac velis, dum imperatoriis consiliis, et præceptis spiritualibus cymbam mundi hujus incolumem servant. Quo fit, ut cum exiguis magna comparantes religiosissimi imperatores, atque inter sanctos Patres, eximii quique necessario statuerint, ista ratione comitandos esse magnos pontifices, parique modo tam opulentum, quam pauperem habendum : ut rectæ quidem doctrinæ sectatores, dum magnam illam et augustam pompam solis imperatoribus et patriarchis exhiberi vident, convenientem gratiarum actionem instar grati suffitus, offerant Domino, qui intra centrum mundanæ pulchritudinis defensores ejus glorificat; atque flexo genu petant a Domino, quo tropæis imperatoriis universa sub sole tellus collustretur, et patriarchicis precibus terrenæ res irradientur : at vero diversæ sententiæ sectatores, qui potentia sua nituntur, et suis se jactant opibus (simulacra namque gentium sunt aurum et argentum) ad id, quod cernitur, cæcutiant : et excusorum opera vana atque inutilia existiment, mundanæque opinionis munera. Et hæc quidem de lampadibus patriarchicis. Quoniam vero haculus, et saccus, et cruces plurimæ, plenaque tunica figuris gamma litteram repræsentantibus, patriarchalem sanctitatem solam nobilitant, ac nonnulli volunt, quosdam ex patriarchis nonnunquam aliquibus horum non exornari : age, de his etiam breviter disseramus. Inclina aurem tuam, sanctissime, et me audi. Non enim in parabolis aperiam os meum, sed quæstiones ab origine proferam, quas divorum Patrum gratia me docuit.

Sanctissimos quinque patriarchas (adhuc enim ut hedera quercui, sic ipse concordiæ papæ Romani quasi mordicus inhæreo, et ob separationem illius animo laceror, atque quotidie conversionem ipsius egregiam exspecto) pro solo capite corporis omnium Ecclesiarum Dei agnoscimus, quemadmodum

διαχρύσοις περιζωννύονται στεφανώμασι· τῶν δὲ πατριαρχῶν καὶ τῆς βασιλίσσης ἑνὶ κατακυκλοῦνται θριγγώματι. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· Ἔστω· δεδόσθω, τὰς πατριαρχικὰς λαμπάδας ἀνάπτεσθαι πυρὶ τοσούτων εὐλογοφανῶν παραδόσεων. Τὸ ταύτας ἐξ ἀργύρου περιζωννύεσθαι δύναμιν, πόθεν περιεζώσατο δύναμιν; Ἥρκει διὰ μόνων τῶν λαμπάδων τὰς κεφαλὰς τῶν ἐκκλησιῶν μεγαλύνεσθαι, καὶ τέως τοὺς ὑπερορίους πλανωμένους καὶ πενητεύοντας, χάριν τούτου μὴ σκύλλεσθαι. Φαμὲν οὖν, ὡς οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς, καὶ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν ἡ πεντάς, ἐοίκασι γεωργοῖς μέσον ἑστηκόσι σιτοβόλιδος ἅλωνος, καὶ τῷ πτύῳ τοῦ χρίσματος τὴν κακίαν ὡς ἄχυρον ἐκφυλίζουσι, καὶ τὴν ἀρετὴν ὡς κόκκον συνάγουσιν· ἢ διαβήταις ζυγοστατοῦσιν ἰθυτενῶς τοῦ κύκλου τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὸ κέντρον καταπυρσεύουσι τῆς δικαιοσύνης τοῖς ἀμαρύγμασιν· ἢ νηὸς ποντοπορούσης ἱστοῖς καὶ πετάσμασιν, ἐν προμηθείαις βασιλικαῖς, καὶ παραγγελίαις πνευματικαῖς τὸ κοσμικὸν ἀκάτιον σώζουσι. Τῷ τοι καὶ μικροὶ τὰ μεγάλα σταθμώμενοι τῶν βασιλέων οἱ εὐσεβέστατοι, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων οἱ προὔχοντες, διωρίσαντο ἐξ ἀνάγκης οὕτω δορυφορεῖσθαι τοὺς μεγάλους ἀρχιερεῖς, καὶ εἶναι ἐπιτοαυτὸ πλούσιόν τε καὶ πένητα· ὡς ἂν οἱ μὲν ὀρθόδοξοι βλέποντες τὸ μέγα τοῦτο καὶ σεβάσμιον σεμνολόγημα παρὰ βασιλεῦσι καὶ πατριάρχαις μόνοις πολιτευόμενον, εὐχαριστίαν ἀνάλογον ὡς θυμίαμα δεκτὸν τῷ Κυρίῳ προσφέρωσι, τῷ μέσον τοῦ κέντρου τῆς κοσμικῆς ὡραιότητος τοὺς διαφέντορας τούτου δοξάζοντι· καὶ γονυκλιτῶσι πρὸς Κύριον, τροπαίοις βασιλικοῖς τὴν ὑφήλιον καταλάμπεσθαι, καὶ εὐχαῖς πατριαρχικαῖς ἀκτινοβολεῖσθαι τὰ ἐπιχθόνια· οἱ δὲ πεποιθότες ἐπὶ τῇ δυνάμει αὐτῶν ἑτερόδοξοι, καὶ καυχώμενοι ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῶν (τὰ γὰρ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν χρυσίον εἰσὶ καὶ ἀργύριον), πρὸς τὸ ὁρώμενον ἀβλεπτήσωσι, καὶ νομίσωσιν ἔργα χαλκοτύπων εἶναι μάταια καὶ ἀνόνητα, καὶ κοσμικοῦ δοξαρίου χαρίσματα. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν πατριαρχικῶν λαμπάδων. Ἐπεὶ δὲ καὶ ῥάβδος, καὶ σάκκος, καὶ πολυσταύριον, καὶ διὰ γραμμάτων [76] στιχάριον, τὴν πατριαρχικὴν καὶ μόνην δοξάζουσιν ἁγιότητα, θέλουσι δέ τινές τισιν ἐξ αὐτῶν τινας τῶν πατριαρχῶν ἐνίοτε μὴ κατατοικίλλεσθαι, φέρε καὶ περὶ τούτων βραχέα φιλοσοφήσωμεν. Κλῖνον τὸ οὖς σου, πανιερώτατε, καὶ ἄκουσόν μου. Οὐ γὰρ ἐν παραβολαῖς ἀνοίξω τὸ στόμα μου, ἀλλὰ φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, ὅσα μὴ θείων Πατέρων χάρις ἐδίδαξε.

Τοὺς ἁγιωτάτους πατριάρχας πέντε (καὶ ἔτι γὰρ ὡς κισσὸς δρυός, τῆς ὁμονοίας τοῦ πάπα Ῥώμης ἐξέχομαι, καὶ τῷ χωρισμῷ τούτου τὴν καρδίαν σπαράττομαι, καὶ τὴν καλὴν ἐπιστροφὴν καθεκάστην καραδοκῶ) μίαν οἴδαμεν κεφαλὴν τοῦ σώματος πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καθὼς καὶ ἄνωθεν

VARIÆ LECTIONES.

[76] γαμμάτων.

εἰρηται· καὶ πιστεύοντες τελειωθῆναι τούτους τῆς ἁγιωσύνης τῷ χρίσματι, Χριστοὺς Κυρίου, καὶ ἁγιωτάτους κατονομάζομεν, καὶ στηλογραφοῦντες μετὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, καὶ ἀγετικῶς ἀσπαζόμενοι, πληροφορούμεθα διὰ τούτων ἡμῖν τὰς θύρας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀποκλείεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι, καὶ διὰ τῶν χειλέων αὐτῶν τὸν Θεὸν ἀποστοματίζειν τὰ μέλλοντα. Οὐ γὰρ σὰρξ καὶ αἷμα, ἀλλ' ὁ οὐράνιος Πατὴρ καὶ Θεὸς ἡμῶν, ὁ εἰπών· Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ οἱ δοῦλοί μου προφητεύσουσιν, ἀποκαλύπτει τούτοις τὰ ὄντα καὶ τὰ σόμενα. Οὕτω γὰρ καὶ Σαοὺλ ἐν προφήταις, καὶ Καϊάφας ἄκων προεφητεύσατο, εἰπών· Συμφέρει ἕνα ἀπολέσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους παντός. Ὁ μὲν γὰρ τῷ χρίσματι τῆς βασιλείας ὑπεθερμαίνετο, ὁ δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης τῇ χάριτι. Ἦν γάρ, φησὶν, ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. Διὸ καὶ ὡς τόπον ἐπέχοντες τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, δικαίως ἀποσεμνύνουσι τὰ ἑκούσια πάθη αὐτοῦ, καὶ τὰ διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐπενεχθέντα τούτῳ παρὰ τῶν ἀχαρίστων Ἰουδαίων ἐφύβριστα πρὸ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς ἀναστάσεως. Ποῖα δὲ ταῦτά εἰσιν, ἀκουσάτω ἡ ἱερότης σου. Κἂν γὰρ κόπος ἐνώπιόν μού ἐστιν ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνῶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ περὶ αὐτὸ, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ παναγίου Πνεύματος ἡ ἐν πατριάρχαις προτυπωθεῖσα, ἐν προφήταις προκηρυχθεῖσα, ἐν ἀποστόλοις θεμελιωθεῖσα, ἐν μάρτυσι τελειωθεῖσα, καὶ ἐν ἱεράρχαις κατακοσμηθεῖσα, δώσει λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου.

Τὰ τῶν πατριαρχῶν τῶν ἁγίων ἐπιμάνικα, τὰς χειροπέδας τοῦ Κυρίου δοξάζουσιν, ἃς ἐκὼν ὑπέστη διὰ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, κατὰ μαστιγίαν πρὸς Καϊάφαν ἀγόμενος. Τὰ ἐπιτραχήλια, τὸ φραγέλλιον τὸ ἑλκύσαν τὴν ζωὴν πρὸς τὸν θάνατον. Τὰ μετὰ ποταμίων στιχάρια, τοὺς κρουνοὺς τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ὕδατος, τοὺς ἐκ τῆς θείας πλευρᾶς ἀποστάξαντας. Τῶν γονατίων τὰ ἐπιβλήματα, τοῦ λεντίου τὸ ἐγχειρίδιον, δι' οὗ τοὺς πόδας ὁ Κύριος τῶν ἀποστόλων ἀπέσμηξεν. Οἱ σάκκοι, τὴν χλαῖναν τῆς ὕβρεως. Τὰ ὠμοφόρια, τὴν ἐκ τοῦ ᾅδου πρὸς οὐρανὸν τοῦ πρωτοπλάστου μετάβασιν. Τὰ διὰ πολυσταυρίων φαινόλια, τοῦ τιμίου σταυροῦ τὴν παγκόσμιον δόξαν καὶ δύναμιν. Τὰ ἐν τούτοις τριγώνια, τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον, Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν τὰ διεστῶτα συνάψαντα. Καὶ αἱ ῥάβδοι τὸν κάλαμον, τὸν τὴν σωτηρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων καλλιγραφήσαντα. Καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. Ἀπὸ γοῦν τῶν οὕτω δεδοξασμένων ἀγακλεῶς, καὶ εἰς τύπον καταστάντων τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ποῖός τις τολμητίας καὶ θρασυκάρδιος ἀφλήταί τι δίκαιον ἱερατικὸν ὁπωσδήποτε; Πάντως οὐδείς. Ἀκούσει γὰρ ἐκ τοῦ θεοπάτορος· Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας τὸν Χριστόν σου, καὶ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ ἐβεβήλωσας. Ὥσπερ τοίνυν οὐκ ἔξεστι τῶν ἁπάντων τινὶ λέγειν περὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ἄλλως μὲν ἐν τῷδε τῆς οἰκουμένης τῷ κλίματι παρουσιάζειν καὶ μεγαλύνεσθαι, ἄλλως δ' ἐν ἐκείνῳ δοξάζεσθαι, ἵνα

A dum et supra dictum fuit : et quia credimus eos per unctionem sanctitatis perfici, unctos Domini, et sanctissimos appellamus, ac referentes eos in numerum sanctorum et divinitus afflatorum Patrum nostrorum, et amanter ipsos amplectentes, certi sumus, fores regni cœlestis per eos nobis tum occludi, tum aperiri, et per ipsorum labra Deum velut ore proprio futura proferre. Non enim caro et sanguis, sed cœlestis ille Pater ac Deus noster (qui dixit: In diebus illis effundam de Spiritu meo, et servi mei vaticinabuntur), revelat eis tam præsentia, quam futura. Sic enim et Saul inter prophetas, et Caiaphas invitus oraculum hoc protulit : Expedit unum perire pro populo et pro hac universa natione. Nam ille per unctionem B regiam incalescebat, hic per gratiam pontificatus. Erat enim, inquit, ejus anni pontifex maximus. Propterea nostri patriarchæ, tanquam obtinentes locum Christi Deique nostri, non abs re voluntarios ipsius cruciatus, et probra salutis nostræ causa ei ante crucem et resurrectionem ab ingratis Judæis illata, cum gravitate repræsentant. Quæ autem illa sint, audiat tua sanctitas. Nam tametsi videam me laborem subiturum, donec ingrediar in sanctuarium Dei, quæque in eo sunt, et circa ipsum, intelligam : nihilominus sancti Spiritus gratia in patriarchis præfigurata, in prophetis ante denuntiata, in apostolis fundata, in martyribus absoluta, in hierarchis decorata, subministrabit orationem C in apertione oris mei.

Sanctorum patriarcharum epimanica, Domini manicas celebrant, quas volens sustinuit ob salutem nostram, cum instar verberonis ad Caiaphan duceretur. Collaria, lorum illud, quod vitam ad mortem traxit. Tunicæ fluvios habentes, sanguinis et aquæ rivos, qui ex divino latere destillarunt. Genuum amictus, ejus lintei documentum, quo pedes apostolorum Dominus extersit. Sacci, pallium illud contumeliæ atque opprobrii. Humeralia, primitivi transitum ab inferis ad cœlum. Multis insignitæ crucibus penulæ, venerandæ crucis universalem gloriam atque potestatem. Quæ sunt in his triangula, lapidem illum angularem D Christum Deum nostrum, qui disjuncta conjunxit. Baculi, arundinem illam, quæ salutem generis humani egregie depinxit. Testis in cœlo fidelis. Patriarchis ergo tam præclare nobilitatis, et in simulacrum veri Christi ac Dei nostri constitutis, quis adeo temerarius et audax fuerit, ut jus aliquod sacerdotale quocunque modo adimat? omnino nullus. Audiet enim a Christi patre Davide : Tu autem repulisti et annihilasti unctum tuum, et sanctificationem ejus profanasti. Quemadmodum ergo nemini dicere licet de uno Christo Deoque nostro, quod aliter in hoc orbis tractu sit præsens et magnificetur, aliter in illo glorificetur ; ne vesaniæ extremæ rerum se faciat, et ad impietatem exorbitet : sic etiam nemo patriarchalem sacram

amplitudinem dividi debere dixerit, uti vel majora vel minora habeat privilegia. Quapropter etiam statutum est, ut in quavis ecclesia Dei, sive ad Euphratem, sive ad Tigrim, sive ad ipsum pertingat Oceanum, conjunctim eorum nomina referantur. Acceperunt enim, uti scriptum legimus, regiones gentium; et eorum throni sunt instar lunæ perfectæ, ac solis instar coram me sunt.

Sed dicet aliquis: Cum divini et sacri canones velut arvipendio quodam patriarchis quatuor orbis partes distribuerint, qui fit, ut ipse semel statuta transgrediens, velis eas instar unius haberi provinciæ, quæque divisa recte sunt, male confundere? Ad hanc objectionem respondemus, posse pariter et hæc vim suam obtinere, quemadmodum a sanctis Patribus sancita sint, et tamen identitatem unionis non confundi. Opifex ille hujus universi Deus, qui hominem suam ad imaginem finxit, et regem terrestrium constituit, qui cœlitus regeretur, prædicatur ille quidem cum propter reliquam figmenti hujus eximiam compagem; tum quod ex immortali partim, partim mortali mistura, vas illud apte fluxerit: quod sane eum loco circumscribatur, ratione crassitiei carnalis, mente tamen ea spectat, quæ vel apud Gades exsistunt. Neque minus ei majestatis ex eo tribuitur, quod hominum vitam per quinque sensus regi voluerit, quorum quilibet vim sibi peculiarem vindicaret, cum interim societatem mutuam non abnegent. Licet enim aspectus, verbi gratia, munus sibi divinitus injunctum etiam pro sua parte duntaxat obeat, ceu debitum quoddam persolvens, in quo minime cognatis a sensibus impeditur, nequaquam tamen ab horum societate avellitur, sed vult eos dignitatis suæ participes esse, mutuasque conferre operas instar fidarum ancillarum, ad curandum id corpus, cui sensus hi dati sunt. Præterea meretur admirationem, quod quemlibet horum geminaverit; ut tametsi perire contigerit unum, tamen reliquus illius etiam vicem impleat, nec adversus eum insolescant sensus adhuc integri, sed potius ei condoleant, ne ludibrio paterfamilias ipsorum habeatur. Quippe si contigerit alterutram aurem inutilem reddi, non amplius homo, creatum longe pulcherrimum, perfectus et incolumis, et qualem Deus condidit, esse dicitur; sed instar abortus habetur, cum a reliquis quatuor sensibus, licet incolumes sint, auxilii nihil habeat. Quemadmodum ergo quolibet sensu munus suum implente, cæterorum usum non inficiamur, nec damnamus eos tanquam fœdos et inutiles, propterea quod gemina ratione non sint efficaces, quemadmodum erant conditi, sed potius eis favemus (quippe si unus ex eis, uti dictum est, in universum defecerit; totum corpus inutile redditur, et ab hominibus haud aliter habetur atque si non exsisteret), sic etiam quinarius patriarcharum recte atque ordine sese geret. Nam quilibet horum administrationem sibi

C Ἡ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀκατάληπτος συγκατάβασις, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἐχέγγυον, μεγαλύνεται μὲν καὶ ἐξ ἄλλων μυστηρίων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τῆς γαμικῆς ἱερολογίας δοξάζεται. Τῆς γὰρ ἁμαρτητικῆς συναφείας διαδοθείσης εἰς ἅπαν τῶν ἀνθρώπων τὸ φύραμα, μετὰ τὸν φθόνον τοῦ δράκοντος, καὶ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ τὴν παράβασιν, καὶ τοῦ κακοῦ πρὸς ἕτερα κακὰ προχωρήσαντος μείζονα, ἐμέλησε τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τῆς ἡμῶν παλιγγενεσίας καὶ ἀναπλάσεως. Γεγονὼς τοίνυν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, δι' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ πᾶσαν ἄλλην πληρώσας οἰκονομίαν, ἵνα ἡμεῖς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα λάβωμεν, καὶ τὸν ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας γάμον ηὐλόγησε, καὶ τὸ ὕδωρ τῆς
D ἀπογνώσεως εἰς οἶνον ἀληθοῦς θεογνωσίας μετέβαλεν· ἐντεῦθεν πληροφορῶν τὸ ἀνθρώπινον, ὡς οὐκέτι γυναῖκες ἐν λύπαις τέκνα γεννήσουσιν, οὐδὲ ἐκ γαμικῆς συναφείας τικτόμενοι, κατὰ τὸ πρότερον εἶποιεν, Ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου· ἀλλὰ τηρήσαντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καθὼς ὁ προπάτωρ αὐτὸς ἐτήρησε πρὸ τῆς παραβάσεως, τῆς αὐτῆς τιμῆς καὶ δόξης ἀξιωθήσονται, οἵας πρὸ τῆς παρακοῆς οἱ προπάτορες.

Τίμιος γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, σωτηρίαν φιλοτιμούμενος. Τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῶν θεογράφων πλακῶν λεγουσῶν· Οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρκός σου ἀποκαλύψαι αἰσχύνην αὐτοῦ· καὶ τοῦ προπάτορος ἀποκρινομένου ἐτέρωθεν. Νῦν καὶ μᾶλλον ἡ γυνή μου ὀστοῦν ἐκ τῶν

ὀστῶν μοῦ ἐστι καὶ σαρξ ἐξ τῆς σαρκός μου· οὐ τολμῶ τοὺς ὁμοζύγους εἰπεῖν ἄλλης καὶ ἄλλης εἶναι σαρκὸς, κἂν ἐν δυσὶν ὑποστάσεσιν αὐτοὺς θεωρῶ· ἵνα μὴ δικαίως κατακριθῶ κατὰ τοὺς ἀθετοῦντας ἐγγράφους καὶ ἀγράφους παραδόσεις, τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὸ ἐχέγγυον. Διαγινώσκω δὲ μᾶλλον μίαν σάρκα τούτους λογίζεσθαι, καὶ τοῖς αὐτοῖς στενοχωρεῖσθαι τὸν ἄνδρα νομικοῖς καὶ κανονικοῖς παραγγέλμασιν, ὅσον τέως εἰς συνάφειαν γαμικὴν, οἷς καὶ ἡ τούτου στενοχωρεῖται ὁμόζυγος· ὥσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν. Καὶ διὰ τοῦτο μὴ δύνασθαι τὸν Δημήτριον εἰς γυναῖκα τὴν Θεοδώραν λαβεῖν, λογιζομένην δισεξαδέλφην αὐτοῦ, διὰ τὴν μετὰ τῆς Μαρίας γαμικὴν τούτου συνάφειαν. Ἀποδέχομαι δὲ καὶ τοὺς κωλύοντας τὸ τοιοῦτον γαμικὸν τοῦ Δημητρίου συνάλλαγμα διὰ τοὺς νόμους τοὺς λέγοντας, ἐν τοῖς γάμοις οὐ μόνον τὸ ἐφειμένον, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐπρεπὲς ζητητέον· κατανοῶν ἀπρεπέστατον εἶναι, τὸν μέχρι τοῦ νῦν γαμβρὸν παρὰ τῆς δισεξαδέλφης λεγόμενον, ὁμόζυγον αὐτῆς ὀνομάζεσθαι. Ὅτι δὲ χρώμενοί ῥήμασί τινες τοῦ κατὰ τὴν λ' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, τῆς ιβ' ἐπινεμήσεως, συνοδικοῦ σημειώματος, τοῦ μὲν ἁγιωτάτου κυροῦ Θεοδοσίου πατριαρχεύοντος, ἡμῶν δὲ τοῦ χαρτοφύλακος ἐνεργούντων ὀφίκιον, καὶ περὶ τὸ τέλος ταῦτα διεξιοῦσιν. *Ἐπεὶ γὰρ ἡ μετὰ Ἰωάννου τελεσθεῖσα μνηστεία ὡς ἀνυπόστατος λέλυται, διὰ τὴν τῆς Εἰρήνης ἀνηβότητα, καλῶς ἡ Εἰρήνη δευτέρῳ ἐξαδέλφῳ αὐτοῦ κατὰ νόμον γάμου συζευχθήσεται. Οὔτε γὰρ συγγενικὸν πρόσωπον τὴν Εἰρήνην λογίζεται, ὁ Θεόδωρος, οὔτε τοῖς ἐξ ἀγχιστείας δεσμοῖς καὶ ὅροις συσφίγγεται, διὰ τὸ ὑπερβῆναι τὸν ἐξ ἀγχιστείας ἕκτον βαθμόν.*

Θέλουσιν ἡμᾶς σιωπᾷν, ἄρτι τἀναντία διαγινώσκοντας· πρῶτον μὲν λέγομεν, ὡς ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ στόμα πατριαρχικὸν λογιζόμενος, ἐκεῖνα λέγει καὶ γράφει, ὅσα νεφελώσει καὶ ὀδατώσει τῆς κεφαλῆς ἡ ἀκρώρεια. Οὐκοῦν οὐδὲ αἰτιατέους ἢ ἐπαινετέους λογιεῖταί τις ἡμᾶς καλλιγραφήσαντας ἴσως τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν, ἢ τοὐναντίον κακογραφήσαντας. Κατὰ γὰρ τὸν Βαρούχ ὑπεγραμματεύσαμεν ὅσα θρηνῶν Ἱερεμίας ἐθρήνησε· καὶ κατὰ τὸν Ἀαρὼν ἐλαλήσαμεν, ὅτα λαλῶν ἐλάλησε Μωσῆς. Ὅπερ δὲ καὶ τότε τὴν μικρόνοιαν ἡμῶν ἐθεράπευσε χάριν τοῦ τοιούτου ζητήματος, ἐγράφη παρ' ἡμῶν ἐν τῷ β' κεφαλαίῳ, τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ νομοκανόνου. Εἴπομεν γὰρ τὸ τοιοῦτον κεφάλαιον ἑρμηνεύοντες, ὡς καὶ βασιλικὸν ἐκώλυσε πρόσταγμα τὸ ζητούμενον συνοικέσιον, κἂν καταστρωθῆναι οὐκ ἔφθασε, καὶ ἡ Ἐκκλησία τὴν τούτου ποίησιν οὐκ ἀνέχεται. Εἶτά φαμεν, ὡς σημειωμάτων προκομιζομένων ταλαυγενῶν, καὶ διὰ[a] γραμμάτων ὁμοίων ἐκκλησιαστικῶν, διυλιζόντων καὶ αὐτὸν τὸν φαυλότατον κώνωπα τοῦ τοιούτου ζητήματος, καὶ ἀποκαλούντων τοῦτο παρανομώτατον,

A os ex ossibus meis, et caro ex carne mea : equidem dicere non audeo, conjuges alterius et alterius esse carnis, licet eos in duabus personis video : ne merito condemner illorum more, qui scriptas et non scriptas traditiones reprobant, quæ sanctarum Ecclesiarum et salutis nostræ pignus sunt. Imo potius statuo, pro una carne ducendos, et iisdem constringi maritum legalibus et canonicis præceptis, quantum scilicet copulationem matrimonialem attinet, quibus et conjux ejus includitur : idemque vice versa locum habere. Atque hac de causa non posse Demetrium in uxorem ducere Theodoram, quæ pro sobrina ejus habetur, propter matrimonialem ipsius cum Maria conjunctionem. Assentior etiam iis, qui matrimonialem ejusmodi contractum B Demetrii prohibent legum ratione (66) quarum verba sunt : In nuptiis non solum quid permissum sit, sed etiam quid honestum, considerandum est : dum animadverto, inhonestissimum esse, ut qui hactenus a sobrina vocatus fuerit affinis, postea conjux ejus appelletur. Et quia nonnulli utentes verbis scripti synodalis, publicati die xxx mensis Julii, indictione duodecima, cum esset patriarcha sanctissimus ille dominus Theodosius, et nos officio chartularii fungeremur, quo in scripto circa finem hæc verba leguntur : *Cum enim celebrata cum Joanne sponsalia, ceu minime constantia, solvantur, propter ætatem Irenæ impuberem : recte Irena sobrino* C *ipsius lege matrimoniali copulabitur. Quippe nec pro persona cognata Theodorus Irenam ducit, nec affinitatis vinculis atque legibus constringitur propterea quod sextum ex affinitate gradum excedat.*

His ergo verbis utentes, tacere nos volunt, qui jam contraria statuimus : primum respondemus, cujusque temporis chartularium, qui os patriarchæ esse ducitur, ea tum dicere, tum scribere, quæ capitis ipsi vertex instar nubis et aquæ suppeditat. Ideoque nec culpandos, nec laudandos nos putabit quispiam, qui vel recte præsentem causam, vel e contrario male litteris complexi simus. Nam more Baruchi, scribæ munere functi notavimus quæcunque lamentando Hieremias lamentatus est : et Aaronis more prolocuti sumus, quæcunque loquendo D locutus est Moses. Quod autem intellectus nostri tenuitati tunc remedio fuit in hac quæstione, perscriptum a nobis est in capite secundo tituli XIII Nomocanoni. Quippe caput illud interpretantes diximus, etiam edicto imperatorio prohibitum esse matrimonium, quo de agitur, licet in acta relatum non fuerit, et Ecclesia promulgationem ejus non sustineat. Deinde subjicimus, quod cum notationes priscæ proferuntur, et consimilia scripta ecclesiastica, pravissimum et ipsa culicem quæstionis ha-

VARIÆ LECTIONES.

[a] διαγραμμάτων.

NOTÆ.

(66) *Semper.* D. *De reg. jur.* Et l. 42. D. *De rit. nupt.*

jus percolantia, et iniquissimam hanc appellantia; nemo sane, qui ad evidentem rationem non conniveat, illa quidem velut abolita damnabit, præsertim cum nec sublata sint disertis verbis a præsenti synodali scripto; quæ autem hoc continentur, canonis et legalibus doctrinis exæquabit. Itaque respiciens in auctorem et consummatorem fidei nostræ, Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum, rursus alio: quod cum magnus ille Paulus dicat, *Mulier corporis sui potestatem non habet, sed maritus: ac similiter maritus potestatem corporis sui non habet, sed uxor:* itidemque cum sacri canones et tomi cum vidua matrimonio copulatum pro digamo habentes, ad gradum aliquem ecclesiasticum pervenire non sinant: ac ne defuncti quidem sacerdotis conjugem ad secundas transire nuptias permittant, idque omnino propter identitatem corporum ipsorum, quemadmodum manifesto liquet ex XXXI et XXXII capite tituli primi libri III Basilicorum, et XLIV canone sancti Basilii, cujus in fine dicitur, Nos diaconæ corpus, veluti quæ consecrata fuerit, non amplius in usu carnali esse permittimus: equidem judico canonicum et legitimum esse, ut auctoritate prohibeatur ecclesiastica, quominus unus et idem duabus sobrinis copuletur, ac vice versa: sique clam ejusmodi quid factum fuerit, de industria dirimatur, et interveniente pœna corrigatur.

A οὐδεὶς μὴ σκαρδαμύττων πρὸς τὴν ἐνάργειαν, ἐκείνων μὲν καταφηφιεῖται σχολήν, καὶ ταῦτα μηδὲ ἀναιρεθέντων ῥητῶς ὑπὸ τοῦ παρόντος συνοδικοῦ σημειώματος· τὰ δὲ ἐν τούτῳ περιεχόμενα, κανονικοῖς καὶ νομίμοις ἐξισώσει διδάγμασιν. Ἀφορῶν οὖν εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, λέγω καὶ αὖθις· ὡς ἐπεὶ ὁ μέγας Παῦλός φησιν· *Ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή.* Οἱ δὲ θεῖοι καὶ ἱεροὶ κανόνες καὶ τόμοι τὸν μετὰ χήρας γαμικῶς συναφθέντα λογιζόμενοι δίγαμον, εἰς ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν οὐκ εὐδοκοῦσιν ἐλθεῖν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν τοῦ τελευτήσαντος B ἱερέως ὁμόζυγον δευτερογαμῆσαι παραχωροῦσι, πάντως διὰ τὴν ταυτότητα τῶν σωμάτων αὐτῶν, καθὼς τὰ περὶ τούτου παρίσταται ἐκ τοῦ λα' καὶ λβ' κεφαλαίου, τοῦ πρώτου τίτλου, τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ τοῦ μθ' κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, λέγοντος περὶ τὸ τέλος· Ἡμεῖς οὖν τῆς διακόνου τὸ σῶμα, ὡς καθιερωμένης, οὐκέτι ἐπιτρέπομεν ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ· διαγινώσκω κανονικὸν εἶναι καὶ νόμιμον, τὸ μετὰ αὐθεντίας ἐκκλησιαστικῆς κωλύεσθαι τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ διαδεξαδέλφαις συνάπτεσθαι, καὶ τὸ ἀνάπαλιν· καὶ εἰ λάθοι γενέσθαι τοιοῦτόν τι, σπουδαίως διασπᾶσθαι, καὶ μετ' ἐπιτιμίου διορθοῦσθαι.

EJUSDEM

Epistola de incensis, quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur.

Tu quidem, charissime fili, gloriosissime judex, et præfecte judiciorum, cum Davide psallens: Interroga patrem tuum, ac dicet tibi; seniores te, ac renuntiabunt tibi; recte cognoscere cupivisti ex nobis, qua de causa dari populo soleant a cujusque temporis sanctissimis patriarchis incensa, post habitam catechesin. Ego vero faces afflictionis hauriens in exsilio, cunctabar hactenus in respondendo. Sed quoniam cuivis petenti, et semper quidem, tam lingua, quam manu dare debere didici, hæc ad interrogationem ex tempore respondeo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

C *Ἐπιστολὴ, χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ πατριάρχου, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως.*

Σὺ μὲν, τριπόθητον τέκνον, μεγαλοδοξότατε κριτὰ, καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων, ψάλλων μετὰ τοῦ θεοπάτορος, Ἐρώτησον τὸν πατέρα σου, καὶ ἐρεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου καὶ ἀπαγγελοῦσί σοι· καλῶς ἐζήτησας μαθεῖν ἐξ ἡμῶν, τίνος χάριν δίδονται τῷ λαῷ παρὰ τῶν κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτων πατριαρχῶν μετὰ τὴν κατήχησιν θυμιάματα. Ἐγὼ δὲ πίνων τρυγίαν θλίψεως ὑπερόριον, ὤκνουν πρὸς τὴν ἀπόκρισιν. Ἐπεὶ δὲ παντὶ τῷ αἰτοῦντι, καὶ πάντοτε, καὶ γλώττῃ καὶ χειρὶ ὀφείλειν δίδοναι μεμάθηκα, σχεδιάζω σοι ταῦτα πρὸς τὴν ἐρώτησιν.

Celsissimam sacrorum imperatorum circumspectionem, et patriarcharum amplitudinem, inter alia reddebant olim augustiorem etiam annuæ rogæ, ac baiorum largitiones. Quippe sedebant annis singulis cujusque temporis patriarchæ ac imperatores, et per hæc subditos ad benevolentiam invitabant. Novit hoc patrum conscriptorum amplissimus ordo, ac fortassis etiam nonnulli, qui hac ætate nostra vivunt. Non enim ante tempora Euclidis prodita sunt gerris, nec somniantium vetularum fabellæ sunt: sed usque ad imperium domini Constantini Ducæ duravit augustus ille mos tam in ipsius Dei, quam imperatorum regia, et omnino bonum hoc ad nos quoque propagatum fuit, a majoribus ad nepotes, a generatione ad

D Τὴν ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων περιωπὴν, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσέμνουν καὶ ἐτήσιοι ῥόγαι ποτὲ, καὶ βαΐων φιλοτιμήματα. Ἐκάθηντο γὰρ ἐτησίως οἱ κατὰ καιροὺς πατριάρχαι καὶ βασιλεῖς, καὶ μετεκαλοῦντο τοὺς ὑπηκόους διὰ τούτων πρὸς εὔνοιαν. Οἶδε ταῦτα τῆς συγκλήτου βουλῆς τὸ ὑπέρτατον, ἴσως δὲ καί τινες τῶν τῆς καθ' ἡμᾶς γενεᾶς. Οὐδὲ γὰρ πρὸ Εὐκλείδου μεμυθολόγηνται, οὐδὲ γραϊδίων ἐστὶν ὀνειροπολούντων λογύδρια· ἀλλὰ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ Δούκα κυροῦ Κωνσταντίνου καὶ ταύτην εἶχον τὴν σεμνοπρέπειαν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν βασιλέων ἀνάκτορα, καὶ πάντως γέγονεν ἂν τὸ καλὸν πρὸς ἡμᾶς διαδόσιμον ἐκ προγόνων εἰς παῖδας, καὶ ἐκ φυλῆς εἰς φυλὴν πτερυσσόμενον. Εἰ δ', ὅπερ οὐ

πάπεισμα, καὶ τοῦτο λήθης βυθῷ κατακέχωσται, καὶ Κασταλίας ὕδωρ εὐχάριστον τῶν τότε κρατούντων οὐ κηρύττει τὴν πρόνοιαν, ἀλλὰ μεμβράναι βίβλων ἱστορικῶν, καὶ συγγραφαὶ τακτικῶν ἀνακτορικῶν κεκράξονται κατὰ Στέντορα. Καὶ σὺ δὲ παντὸς συντάγματος λογικοῦ τελῶν ὑφηγητὴς νουνεχέστατος, κἂν τούτῳ τῷ σπουδαίῳ προβλήματι πλεονεκτήσεις πολλούς, καί μοι συλλαλήσεις τῷ γέροντι. Ἀλλὰ καὶ τοῦ βασιλέως κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου τὰ θεσπεσιώτατα διατάγματα, τὰ τελεσφορήσαντα τὰ ὀφφίκια τοῦ ἐπὶ τῶν κρίσεων, καὶ τοῦ νομοφύλακος, καὶ διοριζόμενα τούτους ἐτησίως μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν ἀποφέρεσθαι χάριν ῥόγας ἀνὰ χρυσίου τοσήνδε ποσότητα, καὶ τὰ συνήθη βαΐα, οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ πέραν θαλάσσης, ἵνα τις εἴπῃ, Τίς ταῦτα μετακομίσει μοι; Παρὰ δὲ τῇ χειρί σου, καὶ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ τῷ στόματί σού εἰσι. Καὶ πάντως γνωμολογήσεις ἐκ τούτων τοῦ πράγματος τὴν ἀλήθειαν. Τῶν γοῦν βασιλέων καὶ τῶν πατριαρχῶν μεγαλυνομένων, ὡς εἴρηται, διὰ τῶν βαΐων καὶ τῶν ῥογῶν, ἔδει πέως τοὺς πατριάρχας τοὺς τὴν ἀρχαίαν μέχρι τοῦ νῦν συντηροῦντας συνήθειαν, καὶ χρυσίνους παραμετροῦντας τοῖς κληρικοῖς, διδόναι καὶ βαΐα, καθὼς προτετύπωται. Ἐπεὶ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως οὐ φαίνεταί ποτε τοῦτο γινόμενον, ἀλλ' ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν κατηχήσεων ἀντὶ ῥογῶν καὶ βαΐων μόνα διδόασι τῷ λαῷ θυμιάματα· σκοπητέον πρὸ πάντων, τὸ σημαινόμενον τῶν βαΐων, καὶ ζητητέον τὴν αἰτίαν, δι' ἣν θυμιάματα μὲν δίδονται κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως, καὶ κατὰ τὴν μεγάλην τετράδα κηρία καὶ θυμιάματα· κηρία δὲ καὶ σταυρὸς κατὰ τῆς βαϊφόρου [84] τὴν Κυριώνυμον.

A generationem transiens. Sin, quod equidem non arbitror, hoc etiam oblivionis gurges absorbuit, et gratiosa isthæc aqua Castaliæ providentiam superioris memoriæ principum non prædicat : saltem membranæ librorum historicorum, et ordinationum aulicarum monumenta Stentoris in morem hæc proclamabunt. Tu quoque, qui cujusvis eruditi scripti acutissimus es interpres, etiam in hac non levis momenti quæstione compluribus eris superior, ac me senem in dicendo juvabis. Quinetiam imperatoris, domini Constantini Monomachi edicta sacratissima, quibus ordinata sunt officia præfecti Judiciorum, et nomophylacis, et quæ statuunt, eos debere singulos in annos, præter alia, consequi ratione rogæ, quemlibet auri talem ac talem quantitatem, una cum consuetis baiis; non in cœlo B sunt, nec trans mare, uti dicere quis debeat, Quisnam hæc afferet mihi? Sed sunt in manu tua, et in corde tuo, et in ore tuo. Atque omnino rei veritatem ex his mentis acumine colliges. Cum autem imperatores et patriarchæ magnificentiam ceu dictum est, suam demonstrent per baia et rogas, sane par erat, ut patriarchæ, qui priscam hactenus consuetudinem conservant, et aureos clericis nummos admetiuntur, etiam ipsis baia darent, quemadmodum indicatum est antea. Sed quoniam hos, nescio qua de causa, non amplius fieri videmus, sed iis diebus, quibus catecheses habentur, loco rogarum et baiorum sola populo dant incensa : considerandum ante omnia, C quodnam vocis baiorum significatum sit, et inquirenda, propter quam incensa dantur in die catechesis, et magna feria quarta, cerei cum incensis; cerei denique cum crucibus ea Dominica, qua baia gestantur.

Οἷα μὲν οὖν ἦσαν τὰ βαΐα ἐκεῖνα, παρὰ βασιλέων διδόμενά ποτε καὶ πατριαρχῶν, πέως ἐγὼ ἀγνοῶ. Οὔτε γὰρ ἀπὸ χειρὸς βασιλικῆς ἢ πατριαρχικῆς βαΐον ἡ χείρ μου μετὰ ῥόγας ἐδέξατο, καὶ ταῦτα πλουτιζομένη καθ' ἑκάστην σχεδὸν ὑπ' αὐτῶν, οὔτε τὴν τούτων ποιότητα παρ' ἑτέρων μεμάθηκα. Κλάδους δὲ φοινίκων καὶ μυρσινῶν βλέπω τοὺς ἀνθρώπους κατέχοντας, καὶ τὴν βαϊφόρον δοξάζοντας. Ποίας δὲ διαλέκτου τὸ βαΐον ἐστὶ, καὶ τίνα σημασίαν ἔχει κατὰ Ῥωμαίους καὶ Ἕλληνας, δηλωθήσεται. D Βαΐον κατὰ Ῥωμαίους οὔτε κλάδος ἐστὶν ἐκ δένδρου κοπτόμενος, οὔτε ῥόδον ἐκ ῥοδωνιᾶς συναγόμενον, οὔτε κρίνον ἐκ κρινωνιᾶς συλλεγόμενον· ἀνθρωπίνη [85] δὲ γνώμη, ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά. Ἐντεῦθεν γὰρ τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν, ὡς τὰ νηπιώδη τῶν παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρένωσιν. Καὶ πραιβαρικάτορας λέγομεν, τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἶριν συνεργοὺς, καὶ προδιδόντας τοὺς πρόσφυγας. Τῆς γοῦν Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ γενομένης ὑποχειρίας τῶν Ῥωμαίων τῷ στέμματι, μετὰ τὸ μοναρχῆσαι τὸν Ἰούλιον Καίσαρα, (οὕτω

Enimvero cujusmodi fuerint illa baia, quæ ab imperatoribus et patriarchis olim dabantur, equidem hactenus ignoro. Nec enim ab imperatoria vel patriarchali manu baium aliquod cum roga manus mea unquam accepit, licet ab eis aliquot tantum non quotidie collocupletetur, nec horum qualitatem ex aliis intellexi. Palmarum tamen, ac myrtorum ramos tenere manu homines video, cum diem celebrant, qua baia gestantur. Et cujusnam linguæ vocabulum sit baium, quamve significationem habeat secundum Romanos et Græcos, indicabitur. Baium lingua Romana neque ramum significat, ex arbore cæsum, neque rosam ex roseto collectam, neque lilium : sed est animi humani ab una sententia in aliam traductio, bona videlicet, vel prava. Nimirum hinc fit, ut puerorum magistros appellemus baiulos, veluti qui puerorum animos infantes ad virilitatem traducent. Et prævaricatores dicimus eos cooperarios, qui variantur instar iridis, et clientes produnt. Itaque cum Judæa et Hierosolyma facta fuisset Romanorum imperio subdita, solo rerum potito Julio

VARIÆ LECTIONES.

[84] σταυροὶ κατὰ τὴν βαϊοφόρον. [85] ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης.

Cæsare; (sic enim factum, ut Dominum Pilatus judicaret, ac Judæam Cæsar Augustus censeret, et Paulus cum damnaretur, diceret : Sisti me Cæsari oportet ;) paterna Judæorum lingua cum Romana commutata fuit. Quippe Judæi cum gentilibus permisti, eorum instituta didicerunt. Cum ergo populi Judaici seniores, et scribarum cœtus vidisset Dominum Deumque nostrum, qui tergis cherubicis insidet, per demissionem asinino vehi pullo, cum nihilominus more regio a præcedentibus et sequentibus stiparetur, ac Hierosolymæ dignitatem amplificaret (quippe Sionis urbem super universa tabernacula Jacobi dilexit) viderent etiam turbas ad terram tunicas suas substernentes, et vias molliores reddentes, pueris ramos gestantibus, ac dicentibus, Hosanna filio regis Davidis! benedictus es qui venis : non dixere cum prophetis, Laudate, pueri Dominum ; neque, Gaude vehementer filia Sionis, prædica gloriam Dei Hierosolyma, quoniam ecce rex tuus venit tibi mitis et servans, et vectus asinino pullo filio subjugalis. Cum enim os habeant, inquit ille, non loquentur : cum oculos, non videbunt : cum aures, non audient : quoniam cordibus eorum velamen legis et ignorationis incumbit.

Nimirum ut peccatores excandescebant, et accendebantur ira, et fremebant dentibus, et contabescebant, cum dicerent : Egredimini, gentes, egredimini, populi, ac videte, quo pacto mundus universus post eum vadat. Ideoque gestationem ramorum non intelligentes, furiosorum more clamabant : Baba; seducti sunt omnes, omnes inutiles facti sunt et defluxerunt. Proh : leges et præcepta Mosaica præter exspectationem baium factæ sunt, hoc est, secundum ipsorum insaniam, redactio ad interitum. Ita jam recte declarata, mea quidem opinione, baiorum voce, dicendum, quo pacto et quamobrem a sanctissimis patriarchis post catechesin incensa dentur, die baiorum gestationis, cruces et cerei, rursus magna feria quarta cerei et incensa, die sancti Paschatis salutationes et tricipitia.

Dicimus ergo, quod cum natio Judæorum ad lucem cæcutiverit, et salutem appellaverit exitium, velut indicatum est (solet enim usuvenire, ut aurugine laborantibus mel sit amarum), nos eis contraria sentientes et facientes, (quippe solem non conniventibus oculis intuemur), cum ramorum gestatione conventus celebremus et insaniam ipsorum velut in triumpho spectandam exhibentes (facti sunt enim spectaculum mortalibus), confiteamur, ac neqnaquam inficiemur, nos quidem esse factos baium fidei ; sed ex umbra ad veritatem, sed ad immortalitatem ex mortalitate : neque nos pudet ramos illos appellare baia. In eadem exsistentes opinione fidelissimi principes, annuis regis baia miscebant, argento puta vel auro exornata. Quippe congratulabantur iis, qui hæc consequebantur, velut orthodoxis erga Deum, et ipsos erga principes benevolis. Quis vero principum quidem

A γὰρ καὶ Πιλάτος τὸν Κύριον ἔκρινε, καὶ τὴν Ἰουδαίαν Καῖσαρ Αὔγουστος ἀπεγράψατο, καὶ Παῦλος κατακρινόμενος ἔφη· Δεῖ με παραστῆναι τῷ Καίσαρι) ἡ πατρῴα τῶν Ἰουδαίων διάλεκτος πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων μετεστοιχείωται. Τοῖς ἔθνεσι γὰρ ἐμίγησαν, καὶ ἔμαθον τὰ τούτων ἐπιτηδεύματα. Ἰδόντες τοίνυν τῶν Ἰουδαίων οἱ δημογέροντες, καὶ τῶν γραμματέων ὁ σύλλογος τὸν ἐπὶ νώτοις χερουβικοῖς καθήμενον Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν, ἐπὶ πώλου μὲν ὄνου κατὰ συγκατάβασιν ἐποχούμενον, βασιλικῶς δὲ παρὰ τῶν προαγόντων καὶ τῶν ἑπομένων στενοχωρούμενον, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ μεγαλύνοντα, ἠγάπησε γὰρ τὴν πόλιν Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακὼβ) καὶ τοὺς ὄχλους μὲν τῇ γῇ τοὺς χιτῶνας στρωννύοντας, καὶ τὰς ὁδοὺς μαλακίζοντας, τοὺς

B παῖδας δὲ κλαδηφοροῦντας καὶ λέγοντας· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως Δαβίδ! εὐλογημένος εἶ ὁ ἐρχόμενος· οὐκ εἶπον μετὰ τῶν προφητῶν· Αἰνεῖτε, παῖδες Κύριον· οὐδὲ, Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιὼν, κήρυττε θύγατερ Θεοῦ Ἱερουσαλήμ, ὅτι ἰδοὺ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραὺς καὶ σώζων, ἐπιβεβηκὼς εἰς πῶλον ὄνου, υἱὸν ὑποζυγίου. Ἔχοντες γὰρ στόμα, φησὶν, οὐ καλέσουσιν· ὀφθαλμοὺς, καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα, καὶ οὐκ ἀκούσουσιν· ὅτι ταῖς καρδίαις αὐτῶν κάλυμμα νόμου καὶ ἀγνωσίας ἐπικεῖται.

Ἠγανάκτησαν δὲ ὡς ἁμαρτωλοὶ, καὶ ὠργίσθησαν, καὶ τοὺς ὀδόντας ἔβρυξαν, καὶ ἐτάκησαν, καὶ εἶπον Ἐξέλθετε ἔθνη, ἐξέλθετε λαοὶ, καὶ ἴδετε, πῶς ὅλος ὁ κόσμος ὑπάγει ὀπίσω αὐτοῦ. Διὸ καὶ τῶν κλάδων μὴ συνιέντες τὸ δορυφόρημα, Βαβαὶ κατὰ μανιομένους ἐβόησαν, βαβαὶ πάντες πεπλάνηνται, πάντες

C ἠχρειώθησαν καὶ ἐξέκλιναν. Βαβαὶ τῶν Μωσαϊκῶν παραγγελιῶν, βαΐον ἀπροσδόκητον γέγονε, τουτέστι κατὰ τὴν τούτων ἀπόνοιαν, μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. Οὕτω καλῶς σαφηνισθείσης, ὡς εἶρται, τῆς τῶν βαΐων φωνῆς, ῥητέον ὅπως καὶ διατί παρὰ τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν μετὰ τὴν κατήχησιν θυμιάματα δίδονται, κατὰ τὴν βαϊοφόρον σταυροὶ καὶ κηρία, καὶ αὖθις κατὰ τὴν μεγάλην τετράδα κηρία καὶ θυμιάματα, καὶ κατὰ τὸ ἅγιον Πάσχα ἀσπασμοὶ καὶ τρικέφαλα.

Φαμὲν τοίνυν, ὡς τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων πρὸς τὸ φῶς ἀβλεπτήσαντος, καὶ τὴν σωτηρίαν πανωλεθρίαν κατονομάσαντος, ὡς διείληπται, (τοῖς γὰρ

D ἱκτεριῶσι τὸ μέλι πικρόν ἐστιν), ἡμεῖς τἀναντία τούτοις φρονοῦντες καὶ πράττοντες (ἀσκαρδαμυκτὶ γὰρ τὸν ἥλιον βλέπομεν) κλαδηφοροῦντες πανηγυρίζομεν, καὶ τὴν ἐκείνων ἀπόνοιαν θριαμβεύοντες, θέατρον γὰρ καὶ ἀνθρώποις γεγόνασιν), ὁμολογοῦμεν καὶ οὐκ ἀρνούμεθα, βαΐον γεγονέναι τῆς πίστεως· ἀλλ' ἐκ σκιᾶς πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν ἀπὸ θνητότητος· καὶ βαΐα τοὺς κλάδους κατονομάζοντες, οὐκ ἐπαισχυνόμεθα. Οὕτω φρονοῦντες καὶ οἱ πιστότατοι βασιλεῖς, ταῖς ἐτησίοις ῥόγαις βαΐα συνεπρυτάνευον, ἐξ ἀργύρου τυχὸν ἢ χρυσοῦ κλαδευόμενα. Συνέχαιρον γὰρ τοῖς λαμβάνουσι ταῦτα ὀρθοδοξοῦσι τὰ πρὸς Θεὸν, καὶ εὐνοουμένοις τὰ πρὸς αὐτούς. Ἐπεὶ δὲ τῶν μὲν βασιλέων αἱ ῥόγαι, καὶ τῶν βαΐων τὰ ἄνθη τὰ ταύταις συνανατέλλοντα,

πρὸ χρόνων ἐσχόλασαν, δι' ἣν αἰτίαν ἄνωθεν εἴπομεν· τῶν δὲ θείων πατριαρχῶν αἱ ῥόγαι δημοσιεύονται, καὶ ἡ συνήθως διδομένη ῥόγα κατὰ τὴν κυρίως ἀπόκρεω, εἰς τὴν ἐτησίως προβαίνουσαν ἐκκλησιαστικὴν ῥόγαν κατὰ τὴν μεγάλην τρίτην μετέπεσε, καθὼς, τὰ παλαιὰ λαλοῦσι ῥογάλια, διδόασιν οἱ πατριάρχαι μετὰ τὴν κατήχησιν τῷ λαῷ ὡς βαΐα τὰ ὑμιάματα· παρεγγυώμενοι δι' αὐτῶν ὡσανεὶ τοῖς λαμβάνουσι, μεταπεσεῖν ἐκ τῆς φαύλης διαγωγῆς, καθώς που καὶ καθηγήθησαν, καὶ δι' ὀλιγοημέρου ἐπιστροφῆς βασιλείαν αἰώνιον ἀνταλλάξασθαι. Εὐτελέσι δὲ θυμιάμασι κατὰ σμικρολόγους καὶ κιβδικὰς οὐκ ἐλαττονοῦσι τὸ μεγαλεῖον τοῦ Πνεύματος· (πῶς γὰρ οἱ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην φιλανθρωπίαις παντοδαπαῖς σαγηνεύοντες, καὶ πᾶσαν πεντηεύουσαν αὐλαχίζοντες ἄρουραν, καὶ πολύχουν εὐεργεσίας θερίζοντες ἄσταχυν;) ἀλλὰ τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν αἰνιττόμενοι, καὶ διδάσκοντες ὥσπερεὶ δι' αὐτῶν τοὺς λαμβάνοντας, ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸ ψυχικὸν κατάστημα τοῦ νηστεύοντος, καὶ τῆς μετανοίας τὸ ὁλοκαύτωμα, καὶ τῆς προσευχῆς τὸ θυμίαμα. Καὶ τότε μὲν οὕτω κατευθύνουσι τῆς νηστείας τὸ στάδιον. Κατὰ δὲ τὴν τῆς βαϊοφόρου χαρμόσυνον κυριώνυμον, ὡς ἀθλοθέται καθίσαντες, (Ἐκάθισε γάρ, φησὶν, ὁ κρίνων δικαιοσύνην,) δεξιοῦνται τοὺς τὸ παγκράτιον τῆς νηστείας νικήσαντας, τιμίων καὶ ἁγίων σταυρῶν ἁγιάσμασι, καὶ κηρίων φωτοβόλων χαρίσμασιν. Οὐδὲ γὰρ θέλουσι σκιαμαχεῖν τοὺς πιστοὺς κατ' ἐκείνους τοὺς νηπιόφρονας, ἀλλ' ὡς ἤδη τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον βλέποντες, τὴν νέαν Σιὼν διὰ πώλου φωτίζοντα, προτρέπονται δι' αὐτῶν τοῖς ἤδη νηστεύουσι νηστείαν Κυριακὴν τεσσαρακονθήμερον, καὶ τῶν παθῶν τὰ νέφη διώξασι, συνανατέλλειν μετὰ τοῦ γίγαντος. Βαΐα μὲν κατέχουσι ταῖς χερσὶ, διὰ τὸ μεταπεσεῖν ἐξ ἐμπαθοῦς καὶ κοινοτέρας ἕως διαγωγῆς πρὸς ὑψηλοτέραν καὶ ἀπαθῆ· κηρία δὲ καὶ σταυροὺς, διὰ τὸ καταβαλεῖν μετὰ τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς τὸ ἀρχέκακον Σατὰν καὶ ἀντίπαλον. Καὶ τί γὰρ ἄλλο δῶρον δοθήσεται τοῖς δι' ἐγκρατείας νικήσασι τὸ μέγα τῆς νηστείας παγκράτιον, τοῦ τριποθήτου θείου σταυροῦ τιμιώτερον, τοῦ μύλας ᾅδου παμφάγου συντρίψαντος, καὶ πύλας ζωῆς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀνοίξαντος; Πάντως οὐδέν· εἰ μή τις εἴποι τὸν δι' αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ἡμῖν σχεδιάσαντα Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν. Ἐπεὶ δὲ καὶ βασιλέα πολλαῖς δορυφορούμενον κυριότησιν, ἀμέσως ἡ κατὰ ῥυπαροῦ καταστήματος οὐκ ἔξεστιν ὑποδέξασθαι, Νῦν μὲν, φησὶν ὁ μέγας ἀρχιερεὺς, τοῖς ἀγχεμάχοις συναριθμήθητε, τοῖς σφενδονήταις συστοιχειώθητε, τοῖς ἀκοντισταῖς συνανάβητε, καὶ τοῖς τροπαιοφόροις συναναλίθητε. Μετὰ δὲ μικρὸν ἀνοιχθήσονται ὑμῖν τὰ ἀνάκτορα, καὶ ἴδητε τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς βασιλεύοντα ἀπερίγραπτον Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν σαρκικῶς χερσὶ δικαίων περιγραφόμενον, καὶ ζωὴν ἀτελεύτητον ἀντὶ βαΐων φιλοτιμούμενον. Καὶ κατὰ μὲν τὴν χαρμόσυνον κυριώνυμον τῆς τῶν βαΐων σεπτῆς πανηγύρεως, κηρία καὶ σταυροὺς λαμβάνοντες οἱ ἰσοι, τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην ἑαυτοῖς προμνηστεύονται, καὶ ὡς ἀστέρες κα-

rogæ baiorumque flores, qui cum rogis exoriebantur, ante multos annos desierunt ex ea causa, quam indicavimus; cum rogæ patriarcharum adhuc in usu publico sint, quæque pro more datur roga die carnis privii, sic immutata sit, ut in anniversariam rogam ecclesiasticam magnæ feriæ tertiæ incidat, quemadmodum antiqua Rogalia loquuntur: idcirco dant patriarchæ populo post catechesin incensa, loco baiorum; velut admonentes illos, qui ea sumunt, ut rationem vivendi pravam relinquant, sicut edocti sint, ac per conversionem paucorum dierum sibi regnum illud æternum comparent. Cæterum per hæc incensa vilis pretii, more parcorum hominum et avorum, majestatem spiritus non deminuunt, (quo enim id pacto facerent ii, qui terrarum orbem universum variis beneficiis irretiunt, et omne arvum sterile sulcant, opimasque beneficentiæ spicas metunt?) sed occultam ejus diei vim indicare volunt, quasique docere per hæc eos, qui ea sumunt, qualis esse debeat animi status in eo, qui jejunium observat, quale holocaustum pœnitentiæ, et precationis incensum. Ac tunc quidem ita jejunii curriculum dirigunt. At vero læta illa die Dominica baiorum gestationis, sedentes pro more distribuentium præmia (nimirum consedit, inquiunt Litteræ sacræ, qui judicat justitiam), victores in certamine jejunii pretiosarum sanctarumque crucium lustrationibus, et cereorum lucentium donis excipiunt. Quippe non cum umbris dimicare fideles volunt, fatuorum more, sed eos veluti jam aspicientes Justitiæ solem, qui novam Sionem per pullum illuminat, per hæc exhortantur, ut absoluto Dominico dierum quadraginta jejunio, et nubibus vitiorum expulsis, una cum hoc gigante (dicto nimirum sole) exoriantur. Et baia quidem manibus propterea tenent, quod traducti sint a vitiosa profanaque fortasse vita, ad sublimiorem et vitiorum expertem: cereos vero cum crucibus, quod cum lumine veritatis auctorem omnis mali et adversarium suum Satanam prostraverint. Et quodnam aliud donum iis, qui per continentiam in illo magno jejunii certamine victores exstiterint, dari pretiosius potuit optatissima sacra truce, quæ omnia devorantis inferni genuinos comminuit, et humano generi vitæ portas operuit? omnino nullum, nisi quis dicere velit Jesum Christum Deum nostrum, qui per crucem nobis salutem acquisivit. Et quoniam regem multorum dominatuum satellitio stipatum sine medio, vel cum statu sordido non licet excipere; Nunc quidem, inquit magnus ille pontifex, inter pedem conferentes numeremini, funditorum ordine consistite, cum sagittariis pergite, cum gestantibus tropæa procumbite. Verum post exiguum temporis intervallum ipsa regia vobis aperietur, ac videbitis cœli terræque Regem, nullis circumscriptum terminis Dominum Deumque nostrum carnaliter justorum manibus circumscribi, vitamque vobis fine carentem baiorum loco largiri. Ac læta quidem illa die Dominica venerabilis baio-

rum festivitatis, dum populi cereos et cruces accipiunt, victoriam adversus mortem sibi certe despondent, et instar siderum illuminant expertem astrorum sphæram desperationis; vel tanquam servi fideles, qui faces gestant, per trivia circumeuntes, adventum sponsi splendidiorem reddunt, deque lepra sectariorum in caligine sedentium quasi triumphant. Post diem vero tertium curator ille humanarum animarum, videlicet ipse patriarcha, quasi rationibus secum expensis, ne quis etiam ipso salutaris passionis præmia tractet indigne (nam ipsum mel quoque sæpius dulcedinem suam in vomitum convertere solet, si aliter quam expediat, sumptum sit), instar custodis vigilacis maturius surgens, incensi dat fidelibus, indicare per hæc volens, et admonere, ne festivo more, sed pugilum ritu deinceps dierum curriculum suscipiant. Licet enim, inquit, absque periculo magnum illud jejunii pelagus a crucis velo sublevati trajecistis, et ad divinum portum sanctorum Christi Deique nostri cruciatum appulistis: tamen instar illius prudentis negotiatoris, inæstimabilem illum unionem consecuti non estis. Adhuc enim prædones ac latrones studiose domino per tenebras insidiantur, et reti quodam homicidii consuto, capiendi ejus occasionem quærunt. Igitur etiam deinceps vigilemus, et cum Judæis excubias agentibus excubemus. Ipsi quidem in tenebris per mare vagabuntur, incassum retia laxantes: nos autem ambulemus in die, ac lucis opera consequemur: ipsi sudes hamis uncinabunt, nos prædam lucrabimur: ipsi unionem in lapide tegent, nos eum in testaceis vasis recondemus. Postquam in hunc modum data sunt incensa, et populus rursum manus suas ad jejunii pelagus prospero cursu direxit, noctemque sanctorum Christi cruciatuum faculis accensis collustravit (nam in die ambulantes, ut eorum more, qui ambulant in tenebris, nocturna faciant itinera fieri nullo modo potest): tum vero sponsus Ecclesiæ rursus exoriens instar matutini aut vespertini Arcturi, die fausto sancti Paschatis Dominico velut alter divinus Moses sinu suo Christi populum excipit, quasique congratulans eis, qui omnem scelerilatem Ægyptiacam exeusserint, et Pharaonem persecutorem mari submerserint: Adeste, inquit, aspicite vos mercatores orthodoxæ doctrinæ, qui citra periculum pelagus jejunii trajecistis, quonam invidiæ fluctus vitæ thesaurum jactaverit: ubinam insomnem illum unionem turbinis æstus abreptum in sepulcro, tanquam in ostreo, cælaverit. Cumque videritis saniem vi fulguris divini commotam, et unionem propria potestate prodeuntem, ac expositum emptoribus citra ullum pretium; accipite eum vobisque peculiarem facite, ac vitæ æternæ thesaurum vobismetipsis acquirite. Fortassis etiam more patris liberum amantis, qui

A ταφωτίζουσι τὴν ἀναστρον σφαῖραν τῆς ἀπογνώσεως, ἢ ὡς δοῦλοι πιστοὶ λαμπαδηφόροι τὰς τριόδους περιερχόμενοι, τοῦ νυμφίου τὴν ἐνδημίαν καταλαμπρύνουσι, καὶ τὴν λώβην τῶν ἐν σκότει καθημένων αἱρεσιωτῶν θριαμβεύουσι. Μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν, ὁ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν κηδεμών, ὁ πατριάρχης φημὶ, καθ' ἑαυτὸν ὥσπερ συλλογισάμενος, μή λάθῃ τις ἀχρειῶσαι τοῦ σωτηρίου πάθους τὰ ἔπαθλα, (καὶ μέλι γὰρ εἴωθε πολλάκις τὴν ἡδύτητα μετάγειν εἰς ἔμετον, εἰ μεταληφθείη παρὰ τὸ χρήσιμον,) ὡς ἄγρυπνος φύλαξ ἀναστὰς ὀρθριαίτερον, δίδωσι τοῖς πιστοῖς θυμιάματα, ὁμιλῶν οἷον διὰ τούτων αὐτοῖς, καὶ ὑποτιθέμενος, μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ ἀγωνιστικῶς τῶν ἐφεξῆς τριῶν ἡμερῶν τὸ στάδιον ἀναδέξασθαι. Κἂν γὰρ ἀκινδύνως, φησὶ, τὸ μέγα τῆς
B νηστείας διεπεραιώθητε πέλαγος τῷ ἱστίῳ τοῦ σταυροῦ κουφιζόμενοι, καὶ παρὰ τῷ θείῳ λιμένι τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν κατηντήσατε, ἀλλὰ τὸν ἀτίμητον οὐκ ἐπλουτήσατε μάργαρον, ὡς ἐκεῖνος ὁ φρόνιμος ἔμπορος. Ἔτι γὰρ ἅρπαγες καὶ λῃσταὶ σπουδαίως ἐρεβοδιφῶσι τὸν Κύριον, καὶ σαγήνην μιαιφονίας συῤῥάψαντες, καιροσκοποῦσι τούτου τὴν ἅλωσιν. Ἐρηγορήσωμεν τοίνυν καὶ ἐφεξῆς, καὶ τοῖς ἀγρυπνοῦσιν Ἰουδαίοις συναγρυπνήσωμεν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἐν σκότει ποντοπορήσουσι, κεναῖς ὠλέναις ἀφάσοντες δίκτυα· ἡμεῖς δ' ἐν ἡμέρᾳ περιπατήσωμεν, καὶ τοῦ φωτὸς τὰ ἔργα
C ληψόμεθα. Αὐτοὶ τοὺς σκόλοπας ἀγκιστρεύσουσιν, ἡμεῖς δὲ τὴν ἄγραν κερδήσωμεν. Αὐτοὶ τὸν μάργαρον ἐν λίθῳ καλύψουσιν, ἡμεῖς δὲ τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις ἀποθησαυρίσωμεν σκεύεσιν. Οὕτω γινομένης καὶ ταύτης τῶν θυμιαμάτων τῆς διαδόσεως, καὶ τοῦ λαοῦ τὰς χεῖρας πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς νηστείας οὐριοδρομήσαντος πέλαγος, καὶ τὴν νύκτα τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ Χριστοῦ λαμπάσι καταπυρσεύσαντος, (τοὺς γὰρ ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦντας νυκτοβατεῖν κατὰ τοὺς ἐσκοτισμένους ἀδύνατον,) ὁ τῆς Ἐκκλησίας νυμφίος ἀνατείλας καὶ πάλιν, καθά τις εἶπῃ, ἠΰς ἀρκτοῦρος καὶ ἀκροκνέφαιος, κατὰ τὴν φαιδρὰν τοῦ ἁγίου Πάσχα ἡμέραν τὴν κυριώνυμον ὡς ἄλλος θεσπέσιος Μωσῆς τὸν τοῦ Χριστοῦ λαὸν ἐγκολπίζεται. Καὶ συγχαίρων οἷον αὐτοῖς, πᾶσαν Αἰγυπτιακὴν ἀποτιναξαμένοις κακότητα καὶ Φαραὼ διώκτην καταποντίσασι· Δεῦτε, φησὶν, ἴδετε τῆς ὀρθοδοξίας οἱ ἔμποροι, οἱ τὸ τῆς
D νηστείας ἀκινδύνως περάσαντες πέλαγος, ποῦ τὸ μέγα κῦμα τοῦ φθόνου τὸν τῆς ζωῆς θησαυρὸν ἀπεκύλισε· ποῦ τὸν ἀκοίμητον μάργαρον εὐροκλύδων τυφωνικὸς ὡς ἐν ὀστρίῳ τῷ τάφῳ κατέκρυψε. Καὶ ἰδόντες τὸ μὲν ἕλυτρον μετασαλευθὲν δυνάμει θείᾳ ἀστραπῆς, τὸν δὲ μάργαρον αὐτεξουσίως ἐξανατείλαντα, καὶ εἰς ἐμπορίαν προκείμενον ἀπραγμάτευτον, λάβετε τοῦτον καὶ ἰδιώσασθαι [a], καὶ ζωὴν αἰώνιον ἑαυτοῖς ἀποθησαυρίσατε. Τάχα δὲ καὶ κατὰ πατέρα φιλόστοργον, νῦν πρώτως ἰδόντα παῖδας ἀμύμονας, ἀπὸ μακρᾶς καὶ κινδυνώδους ἀποδημίας ἀβλαβῶς ἐνδημήσαντας, ἐν φιλήματι ἁγίῳ περιχα-

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἰδιώσασθε.

ρῶς κατασπάζεται, καὶ ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς τῆς εὐλογίας αὐτοῦ, δεξιοῦνται τούτους νομίσμασιν, ὀλίγοις μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον, πολλοῖς δὲ κατὰ τὸ νοούμενον. Ἀφορῶν γὰρ εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, ἀρραβωνίζεται δια τούτων αὐτοῖς καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν.

A jam primum filios videt ex logioqua et periculosa peregrinatione domum illæsos redeuntes, lætabundus eos cum osculo sancto salutat, et apertis thesauris benedictionis suæ, numismatis eos excipit, exiguis quidem illis in speciem; sed magnis ejus ratione, quod intelligitur. Quippe respiciens in auctorem et consummatorem fidei, Jesum arrha data per hæc eis pollicetur futurum, ut

Christum, verum illum Deum nostrum; velut Spiritus sanctus super eos veniat.

Ταῦτα ἡμεῖς ὡς ἀρχιτέκτονες γέροντες γεγράφαμέν σοι, σοφώτατε, καὶ ὑπεδείξαμέν σοι ἀπολογίας θεμέλιον. Σὺ δὲ ὡς ἄλλος Βεσελεὴλ, ἐποικοδομήσεις τὸ ἀληθές. Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς, φησὶ, δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, Ἰησοῦν Χριστὸν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Hæc nos veluti provectiores architecti scripsimus tibi, vir eruditissime, ac fundamentum satisfactionis quasi digito commonstravimus. Tu velut alter Beseleel, verum superstrues. Quippe fundamentum aliud, ut ille inquit, nemo ponere potest præter id, quod positum est, Jesum scilicet Christum, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

B

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

EJUSDEM

Μελέτη, χάριν τῆς εἰς τοὺς θείους ναοὺς τῶν μοναστηρίων γινομένης μετακλήσεως διὰ σημαντηρίων τριῶν.

Meditatum, de convocatione, quæ fit ad sacras monasteriorum ædes, per tria signa.

Βλέπων ἀπειροκάλους τινὰς, καὶ πρὸς μηδὲν εὐκαιροῦντας ἐπωφελὲς, ἀλλ' ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, ματαίαν ἀποκαλοῦντας καὶ σκανδαλοποιὸν τὴν διὰ σημαντηρίων τριῶν εἰς τοὺς ναοὺς γινομένην τῶν μοναζόντων μετάκλησιν, χάριν τῆς τῶν θείων δοξολογιῶν ἀκροάσεως· (Ἤρκει γὰρ, φησὶ, δι' ἑνὸς αὐτοὺς μεταστέλλεσθαι, καὶ μὴ γίνεσθαι κατὰ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μυκτηρισμὸν καὶ χλευασμὸν παρὰ τῶν κυκλούντων ἡμᾶς ἀσεβῶν· κἀντεῦθεν καὶ παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι, μηδὲ θριαμβεύεσθαι τὸ μοναχικὸν, ὡς δῆθεν εἰς μίαν διαλαλιὰν μὴ εὐσυνθετοῦν·) παριστῶ διὰ τῆς παρούσης μου γραφῆς, ὡς οὔτε διὰ τὰς φληναφίας τῶν ἀσεβῶν, οὔτε διὰ τὰς δυσκολίας τῶν μοναστῶν ἐπενοήθη, διὰ σημαντηρίων τριῶν τὰς θείας δοξολογίας ἐπικηρύττεσθαι· ἀλλὰ διὰ λόγον ἀρχαιοπαράδοτον σπουδαιότατον.

Quoniam video quosdam imperitos, et nullam ad rem utilem idoneos, quam ut aliquid novi dicant et audiant stultam ac scandali plenam vocare convocationem monachorum ad sacras ædes, quæ tribus fit signis, celebrationes divinas audiendi causa (Sufficiebat enim, inquiunt, uno duntaxat eos signo congregari, nec præberi causam subsannandi et irridendi sanctas Dei Ecclesias circumdantibus nos impiis, ut parobola fiant inter paganos, nec statum monasticum velut in triumpho spectandum exhiberi, quasi ad unam commonitionem se recte non componat); equidem hoc scripto probabo, nec propter illas impiorum nugas, nec propter monachorum morositates excogitatum esse, ut tribus signis glorificationes divinæ denuntientur: sed propter magni momenti rationem quamdam, ab antiquis sæculis per manus traditam.

C

Τῶν γὰρ ἐπ' Ἐκκλησίας γινομένων ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν δοξολογιῶν, κατὰ τὸ τοῦ προφήτου Δαβὶδ θεσπιῴδημα, τὸ λέγον· Ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ πρωΐ, καὶ μεσημβρίᾳ διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου ὁ Κύριος· ἀπὸ τῶν δύο συντελουμένων Διαθηκῶν, ἀπὸ τῆς Νέας δηλαδὴ καὶ τῆς Παλαιᾶς, κατὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων Πατέρων παράδοσιν, ὡρίσθη πρὸ πάντων δοξάζεσθαι τὸν Θεὸν ἀπὸ τῆς θείας κιννύρας τοῦ θεοπάτορος (Ἀνοίξω γὰρ, φησὶν, ἐν ψαλτηρίῳ τὸ πρόβλημά μου) καὶ μετὰ τὴν τούτου ἀνάπτυξιν, τὸν θεῖον μελισσῶνα τῆς Ἐκκλησίας ἐξαγωνίζεσθαι, διὰ κηρίου διδασκαλιῶν εὐαγγελικῶν, τοῦ κέντρου φωτίζοντος τὴν σκοτόμαιναν· διὰ μέλιτος γραφῶν ἀποστολικῶν, γλυκαίνοντος τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα· καὶ διὰ μαρτυρικῶν ἀφηγήσεων, μεγαλυνουσῶν τὸν ἔνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν. Διὸ καὶ χάριν μὲν τῶν ἓξ ψαλμῶν τοῦ θεοπάτορος, καὶ λοιπῶν, τῶν ἐν τῇ ὀρθρινῇ δοξολογίᾳ πρὸ τοῦ ἁγιοπολίτου ψαλλομένων ἑκάστοτε, καὶ ταῖς ψαλλομένων συνήθως ἐν ταῖς θείαις ἱερουργίαις· καὶ ταῖς ἑσπεριναῖς προσευχαῖς, πρὸ

Quippe cum Dei celebrationes, quæ interdiu et noctu fiunt in Ecclesia, juxta Davidis prophetæ oraculum, cujus verba sunt: Vesperi, et mane, et in meridie narrabo, et renuntiabo, vocemque meam Dominus audiet: cum igitur hæ perficiantur ex duobus Testamentis, Novo scilicet ac Veteri, juxta sanctorum et divinitus afflatorum Patrum traditionem: ante omnia sanctum est ut glorificetur Deus per sacram Davidis citharam, (Aperiam enim, inquit, in psalterio quæstionem meam) et post explicationem ejus, ut sacrum examen Ecclesiæ semet exerceat per evangelicarum doctrinarum favum, stimulo caliginem illuminante; perque mel apostolicorum scriptorum, quod dulcedinem finibus orbis terrarum offert; ac per narrationes denique de martyribus quæ administrationem in carne Christi Deique nostri amplificant. Ideoque propter sex illos Davidis psalmos, et reliquos, qui assidue in glorificatione matutina canuntur ante hagiopolitam; et propter eos, qui pro more canuntur, cum res divina peragitur, et

D

in precibus vespertinis, ante lectiones apostolicas, et evangelicas, atque etiam versibus inclusas, arcessuntur monachi per signum quoddam exiguum, quasique humilius et obscurius. Nam quæ Veteri Testamento veluti per umbras delineantur, figura futurorum erant, et simulacra. Propter divinorum autem Evangeliorum prædicationem, et sacram reliquorum ad conventus publicos pertinentium librorum lectionem, et propter universum simpliciter hagiopolitæ ordinem, magnum signum inventum est. In universam enim terram, et ad fines orbis terrarum utilitas ex eis proveniens penetravit. Quæ cum ita modo quodam Deo grato ac religiose peragantur, oportebat populum Domini etiam de futuro commonefieri judicio, cujus causa in genua procumbimus, ac preces fundimus. Itaque statutum est, debere Christianos per signum aheneum illius ultimi diei admoneri. Scriptum est enim : Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ. Item, Clangent angeli Dei tuba, et mortui resurgent, et retribuetur cuique secundum opera sua. Quod autem in generalibus urbium ecclesiis plebes non convocentur tribus signis, sed uno quodam magno : non ordinis ecclesiastici subversio est. Convocatur enim populus manuariis opificiis deditus, quique ligoni et aratro vacat. Itaque boni consulere debet, si publico intersit cœtui, cum Novi Testamenti lectiones recitantur. Ac nobis quidem, qui per Dei gratiam servamus immotam omnem traditionem ecclesiasticam, hunc ordinem sequi visum est. Latinis vero, male a nobis divisis, et quorum cor obduratum est a Satana, licet in sermonibus oleo sint molliores, alia quædam consuetudo convocandi populum sacras ad ædes est tradita. Nam uno duntaxat utuntur signo, campana scilicet, quæ a campo sic dicitur. Quemadmodum enim campus cujusvis itineri citra, ullum expositus est impedimentum, sic et illius ahenei tintinnabuli sublimis vox, universis accessu facilis patet. Ac pluribus sane signis Latini et Itali propterea non indigent, quod cantionibus hagiopoliticis non utantur, sed sola Davidis cithara.

A τῶν ἀποστολικῶν ἀναγνωσμάτων καὶ εὐαγγελικῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν στιχηρῶν, μεταχαλοῦνται οἱ μοναχοὶ διὰ σημαντηρίου μικροῦ, καὶ οἷον ταπεινοτέρου, καὶ σκοτεινοῦ. Τὰ γὰρ τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ σκιαγραφούμενα, τύπος τῶν μελλόντων ἦσαν, καὶ εἰκονίσματα. Χάριν δὲ τῆς τῶν θεοφθόγγων Εὐαγγελίων ἀνακηρύξεως, καὶ λοιπῶν πανηγυρικῶν βιβλίων ἱερᾶς ἀναγνώσεως, καὶ τῆς ὅλης ἀκολουθίας τοῦ ἁγιοπολίτου ἁπλῶς, τὸ μέγα σημαντήριον εὑρηται. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν καὶ εἰς τὰς οἰκουμένης τὰ πέρατα ἡ ἐκ τούτων διῆλθεν ὠφέλεια. Οὕτω δὲ τούτων τελουμένων θεαρέστως καὶ εὐσεβῶς, ἔδει τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν καὶ περὶ τῆς μελλούσης ὑπομιμνήσκεσθαι κρίσεως, δι' ἣν γονυκλισοῦμεν καὶ προσευχόμεθα. Τετύπωται γοῦν, διὰ σημαντηρίου χαλκοῦ, περὶ B τῆς τελευταίας ἡμέρας ἐκείνης τοὺς χριστωνύμους ὑπομιμνήσκεσθαι. Ἀνέβη γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐν ἀλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. Σαλπίσουσιν οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται, καὶ ἑκάστῳ ἀποδοθήσεται κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Τὸ δὲ κατὰ τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας τῶν πόλεων μὴ μεταχαλκεῖσθαι τὰ πλήθη διὰ σημαντηρίων τριῶν, ἀλλὰ διὰ μεγάλου ἑνὸς, οὐκ ἔστι τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας ἀνατροπή. Λαὸς γὰρ μεταχαλκεῖται χειρώναξ, καὶ περὶ σκαπάνην ἠσχολημένος καὶ ἄροτρον. Ἔστι τοίνυν ἀγαπητὸν ἐκκλησιάσαι τοῦτον κἂν εἰς τῆς Νέας Διαθήκης τὰ ψαλτῳδήματα. Καὶ ἡμῖν μὲν τοῖς φυλάττουσι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν C ἀμετάπτωτον, οὕτω πολιτεύεσθαι δέδοκται. Τοῖς δὲ Λατίνοις μερισθεῖσι κακῶς ἀφ' ἡμῶν, καὶ πεπωρωθεῖσι τὴν καρδίαν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, κἂν τοῖς λόγοις ὑπὲρ ἔλαιον ἁπαλύνωνται, ἄλλη τις παρεδόθη συνήθεια, περὶ τῆς εἰς τοὺς ναοὺς μεταχλήσεως τοῦ λαοῦ. Ἑνὶ γὰρ κέχρηνται σημαντηρίῳ, τῇ καμπάνῃ φημὶ, ἥτις ἐκ τοῦ κάμπου μετονομάζεται. Ὡς γὰρ ὁ κάμπος (φασὶ) βουλομένοις εἰς ὁδοιπορίαν ἀνεμπόδιστος πρόκειται, οὕτω καὶ τῆς χαλκοστόμου κώδωνος ἡ μετέωρος διαλαλιὰ τοῖς πᾶσιν εὐπρόσιτος ἥπλωται. Πολλῶν δὲ σημαντηρίων οὐκ ἔστι χρεία Λατίνοις καὶ Ἰταλοῖς, ὅτι μηδὲ ψαλτῳδημάτων ἁγιοπολιτικῶν, ἀλλὰ μόνης τῆς κιννύρας τοῦ θεοπάτορος.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΤΟΥ ΕΠΙΚΛΗΘΕΝΤΟΣ

ΒΑΛΣΑΜΩΝ

ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΔΙΑΤΑΞΕΩΝ

ΣΥΛΛΟΓΗ.

—

THEODORI DIACONI

COGNOMENTO

BALSAMONIS

ECCLESIASTICARUM CONSTITUTIONUM

COLLECTIO,

Quæ jam pridem a Joan. Leunclavio sub Paratitlorum nomine Latine edita est an. MDXCIII, nunc vero Græce primum in lucem prodit, ex duobus antiquis codicibus inter se collatis, una cum ejusdem Leunclavii versione.

Carolus Annibal Fabrotus J. C. hanc translationem cum Græci codicibus contulit, emendavit, et notas adjecit.

—

ΣΥΝΑΓΩΓΗ

ΤΩΝ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ ΕΝ ΤΩ ΚΩΔΙΚΙ, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΔΙΓΕΣΤΟΙΣ, ΚΑΙ ΝΕΑΡΑΙΣ ΔΙΑΤΑΞΕΣΙ, ΠΕΡΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ, ΚΑΙ ΚΛΗΡΙΚΩΝ, ΚΑΙ ΜΟΝΑΧΩΝ ΚΑΙ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΙΕΡΑΩΝ, ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ ΚΑΙ ΑΙΡΕΤΙΚΩΝ.

—

COLLECTIO

EXPOSITORUM IN CODICE, ET DIGESTIS, ET NOVELLIS CONSTITUTIONIBUS, DE EPISCOPIS, ET CLERICIS, ET MONACHIS, ET REBUS SACRIS, ATQUE ETIAM DE JUDÆIS ET HÆRETICIS (1).

—

LIBER PRIMUS.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΟΥ ΚΩΔΙΚΟΣ. — EX LIBRO I CODICIS.

—

ΤΙΤΛΟΣ Α'.

Περὶ τῆς ἀνωτάτω Τριάδος, καὶ τῆς καθολικῆς πίστεως· καὶ περὶ τοῦ μηδένα τολμᾶν περὶ αὐτῆς ἀμφισβητεῖν.

Α'. *Ἑρμηνεία.* Ὁ μὴ δοξάζων τὴν ἁγίαν Τριάδα

TITULUS I.

De summa Trinitate, et fide catholica : et ut nemo de ea publice contendere audeat.

1. Qui sacrosanctam Trinitatem (2), in una dei-

Annibalis Fabroti notæ.

(1) Theodorum Balsamonem hujus Collectionis auctorem

totidem verbis exstat apud Photium Nomocan. tit. 12, c. 2; quæ autem habetur tit. 4, c. 1, est ex Basilicorum lib. 5, tit. 1, c. 1.

(2) *Qui sacrosanctam Trinitatem.* Hæc epitome

tate. paris potestatis, haud glorificat, ne Christianus quidem dicitur, sed vesanus, hæreticus, et infamis est, et punitur.

II. Hæretici congregationes nullas habeant, nec sacrificia vel mysteria (3) peragant, tametsi per subreptionem rescriptum impetraverint : fides Patrum, qui Nicææ convenerunt, auctoritatem duntaxat habeat ; ac siquidem hæretici congregationes intra oppida habere audeant, oppidis expelluntur.

III. Porphyrii, et aliorum adversus Christianos scripta, itemque Nestorii, atque adeo quæcumque cum Nicæna et Ephesina synodis non consentiunt, a quarum fide deflectere non licet, exuruntur (4). Qui vero libros indicatos habent et legunt, ultimo supplicio afficiuntur : et episcopi clericique Nestoriani ecclesiis ejiciuntur ; laici anathemate feriuntur, orthodoxis eos absque periculo (5) deferentibus. Tenor constitutionis est hujusmodi :

ἐν μιᾷ θεότητι ἰσοδύναμον οὔτε Χριστιανὸς λέγεται, ἀλλ' ἄφρων ἐστὶ, καὶ αἱρετικὸς καὶ ἄτιμος, καὶ τιμωρεῖται.

Β'. Οἱ αἱρετικοὶ μὴ συναγέσθωσαν, μήτε θυσιαστήρια τελείτωσαν, ἢ μυστήρια, καὶ κατὰ συναρπαγὴν ἀντιγραφὴν πορίσωνται· μόνη δὲ χρηματιζέτω ἡ τῶν ἐν Νικαίᾳ πίστις· καὶ τολμῶντες οἱ αἱρετικοὶ συναγωγὰς ἐντὸς πόλεως ἔχειν, ἐκβάλλονται τῶν πόλεων.

Γ'. Τὰ κατὰ τῶν Χριστιανῶν Πορφυρίου καὶ ἄλλων συγγράμματα καιέσθωσαν, καὶ τὰ Νεστορίου, καὶ ὅσα μὴ συμφωνεῖ ταῖς ἐν Νικαίᾳ καὶ Ἐφέσῳ συνόδοις, ὧν οὐκ ἔξεστι παρεξιέναι τὴν πίστιν. Οἱ δὲ τὰ εἰρημένα βιβλία ἔχοντες καὶ ἀναγινώσκοντες ἰσχάτως τιμωροῦνται. Οἱ δὲ Νεστοριανοὶ, ἐπίσκοποι μὲν καὶ κληρικοὶ, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλονται· λαϊκοὶ δὲ, ἀναθεματίζονται, τῶν ὀρθοδόξων αὐτοῖς ἀκινδύνως δημοσιευόντων. Ἔχει δὲ ἡ διάταξις οὕτως·

Annibalis Fabroti notæ.

auctorem esse docent nos libri calamo exarati ; imo et ipse Balsamon se hujus libri parentem prodit ad Nomocanonem Photii tit. 9, cap. 2, ad finem, ut constat ex Paratitlis ad tit. 5, in fine. Nam qui primus eam in Latinum convertit, ejus auctorem ignoravit, forte quod mutilum codicem nactus esset. Sed et Franciscus Pithœus v. c. in Glossario ad Julianum Antecess. in voce *Decani* citat hæc Paratitla nullo nomine addito. Jacob. Cujac. consultissimus laudat etiam alicubi auctorem Paratitli : ut videantur omnes in codices incidisse, qui nullum nomen præferrent ; quod tandem inventum est in perantiquo et optimo cod. ms. Nicolai Peirescii, senatoris Aquisextiensis τοῦ μαχαρίτου, qui initio sic inscribitur : Θεοδώρου Διακόνου, τῆς ἀγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας νομοφύλακος καὶ χαρτοφύλακος καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν, τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος, πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. *Theodori diaconi sanctissimæ Dei Magnæ Ecclesiæ nomophylacis et chartophylacis, et primo Blachernorum, Balsamonis, post aliquot vero annos patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Non recte Joannes Leunclavius hunc librum inscripsit *Paratitla*. Imo paratitla partem operis universi constituunt. Idem tamen quid Paratitlorum nomine Justinianus intellexerit, percepit in Prologo ad hanc Collectionem : et post eum vv. cc. Joannes a Costa, et Julius Pacius : ut jure quis miretur prudentissimum virum Jacobum Cujacium in aliam sententiam ivisse, maxime cum ex fragmento Matthæi monachi (is est Matthæus Blastares) de Justiniani sententia satis perspicue constaret. Quod ut rectius intelligatur, consule sis hæc Paratitla ad unum vel alterum titulum, et ex his cognosces, per indicem, id est, summatim, et κεφαλαιωδῶς in eis referri, quæ suis quæque titulis διὰ πλατέων, et uti fere ab auctoribus concepta sunt, leguntur. Et constat igitur Græcos, juris interpretes aliter accepisse verba hæc Justiniani, de conceptione Digestorum : *Sufficiat per indices tantummodo, et titulorum subtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur : quædam admonitoria ejus facere.* Et de confirmat. Digestorum : *Si qui forsitan, per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, et ea, quæ* Paratitla *nuncupantur componere.* Ipsi enim Paratitla vocant quæcunque ex cæteris titulis ad quemque titulum revocari possunt. Quod quidem Justiniano placuisse videtur, ut studiosi omnia, quæ ad eumdem juris articulum pertinent tanquam in uno conspectu haberent. Denique Paratitla sunt accessiones et supplementa ex aliis titulis desumpta, ita dicta vocabulo ἑλληνικοβαρβάρῳ, quasi extra titulum, quod confirmant Græci lib. LI, Bas. tit. 16, c. 2, ut parapherna dicuntur, quæ extra dotem ad virum deferuntur. Ait autem Justinianus *per titulorum subtilitatem*, id est, λεπτότητα. Commentarios scilicet fieri vetat, probatque tantum explicationes compendio factas. B. Cyprianus testimon. advers. Jud. lib. I, præf. *Sed et legentibus brevitas ejusmodi plurimum prodest, dum non intellectum legentis, et sensum liber longior sparsit, sed subtiliore compendio id quod legitur tenax memoria custodit.*

(3) *Mysteria.* Recte igitur in l. II, cod. eod. libri veteres, inter quos. vet. c. Brodæi et Menagii, Græci et Cod. Theodos, habent : *Nullus hæreticis mysteriorum locus.* Pro quo perperam antea legebatur *ministeriorum.* Veterum codicum scripturam confirmant Basilica, quæ ita vertunt : Μηδεὶς τοῖς αἱρετικοῖς τῶν μυστηρίων τόπος ἀνεῴχθω. Denique sic legitur apud Hincmarum R. *De prædestinat.* cap. 37 ; veterum etiam librorum, et Basilicorum ope leve mendum in eadem lege licebit emendare : nam ubi legitur : *et suis apertis criminibus denotentur*, libri manuscripti sic habent : *et suis apertius crim. denot.* Basilica, καὶ τοῖς ἰδίοις φανερωτέρως ἐγκλήμασι σημειούσθωσαν.

(30) *Sordidis muneribus.* Theodorus Hermopolit. : Οἷον μὴ γίνεσθαι τοὺς κληρικοὺς ἀρτοκόπους ἢ καμψαρίους, ἢ δημοσίων ἀγώνων μαστιγοφόρους. *Ne fiant pistores, capsarii, vel certaminum publicorum mastigophori.* Vide quæ dixi ad Parat. Cujacii ibid.

(31) *Indictionibus* et superindictionibus l. V, cod. eod. Indictiones sunt annonæ vel pensitationes anniversariæ, ἐπικλασμοὶ, Balsam. Glossæ : ἐπικλᾶσαι, indicere. B. Augustinus in Psalm. XLIX : *Quod vectigal nobis indicit, quoniam voluit esse rex noster, et voluit nos esse provinciam suam ? audiamus indictiones ejus, non trepidet pauper sub indictione Dei.* Inde cœperunt anni per indictiones numerari, quas vocant ἐπινεμήσεις, ut scribit Cujacius ad tit. de *indictionibus*. l. X, c. Gl. Lat. Gr. Indictus, ἐπινέμησις. S. Maximus in computo ecclesiastico c. 33 : Isaacus monachus in Comp. cap. 1, Ἰνδικτος ἤτοι ἡ ἐπινέμησις λέγεται. Gregorius Tauriminitanus homiliam scripsit εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδίκτου, ἤτοι τοῦ νέου ἔτους. Superindictiones, quæ præstantur ὑπὲρ τὸν κανόνα, et supra consuetudinariam functionem augmenti nomine.

(32) *Vel transvectionibus.* Translationibus d. l. V. De his translationibus vide l. 1. C. *de collat. donat.* lib. X et lib. 3, infra tit. III.

sed canonem (33) duntaxat conferunt, et coemptiones necessarias (34) agnoscunt. Qui contravenerit, sacrilegii reus fit, et in perpetuum deportatur (35).

VI. Dubia (36), quæ in toto Illyrico emergunt, decidenda non sunt præter sententiam archiepiscopi Constantinopolis, quæ privilegia Romæ (37) veteris habet.

VII. Ad instructionem itinerum atque pontium (38), etiam divinæ domus et ecclesiæ describuntur. Non enim hoc sordidum munus est.

VIII. A propria capitatione Thessalonicensis Ecclesia sublevatur, non etiam aliæ, ipsius nomine.

IX. Decani (39) sive collegiati, non implentes hoc munus, ab aliis muneribus non absolvuntur, puta argentariorum et nummulariorum : dant autem subrogatos, a primate approbatos.

Λ. Navis, quæ ultra duo millia modiorum capit, non excusatur ante embolam et transvectionem

κανόνα συντελοῦσι, καὶ τὰς ἀναγκαίας ἐπιγινώσκουσι συνωνάς · τοῦ ταῦτα παραβαίνοντος sacrilegio ὑποκειμένου, καὶ διηνεκεῖ ἐξορίᾳ παραπεμπομένου.

Ϛ. Τὰς ἀναφυομένας ἀμφισβητήσεις ἐν ὅλῳ τῷ Ἰλλυρικῷ οὐ δεῖ τέμνεσθαι παρὰ γνώμην τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἥτις ἔχει τὰ πρωτόμια τῆς ἀρχαίας Ῥώμης.

Ζ'. Εἰς κατασκευὴν ὁδῶν καὶ γεφυρῶν οἱ θεῖοι οἶκοι καὶ αἱ ἐκκλησίαι διαγράφονται. Οὐ γάρ ἐστι τοῦτο ῥυπαρὰ λειτουργία.

Η'. Τὰς ἰδίας καπιτατιόνας ἡ Θεσσαλονίκης ἐκκλησία κουφίζεται, οὐ μὴν καὶ ἕτεραι ὀνόματι αὐτῆς.

Θ'. Οἱ δεκανοί, ἤγουν οἱ κολλεγιᾶται, μὴ πληροῦντες τὸ λειτούργημα, λειτουργιῶν ἑτέρων οὐκ ἀπολύονται, τυχὸν ἀργυροπρατῶν καὶ τραπεζιτῶν· διδόασι δὲ δοκιμαζομένους ὑπὸ τοῦ πρώτου ὑποκατεστάτους.

Ι'. Πλοῖον ὑπὲρ δισχιλίους μοδίους δεχόμενον οὐκ ἐξκουσατεύεται πρὸ τῆς ἐμβολῆς, καὶ τῆς μετακο-

Annibalis Fabroti notæ.

(33) *Sed canonem.* Canonicam illationem d. l. v; non quamlibet, sed quam adventitiæ necessitatis sarcina repentina poposcerit, ut est in l. v, nec igitur citra necessitatem canonem inferunt. Balsamon et Hermopolites, qui tradunt μόνον διδόναι τοὺς δημοσίους κανόνας, abeunt a sententia constitutionis. Canon est tributum. Antiochus monachus in Pandecte homil. 105 : Ὥσπερ ὁ γεωργὸς ἐὰν μὴ δοῇ πλήρη καὶ καλὸν τὸν κανόνα αὐτοῦ εἰς φυλακὴν ἐμβάλλεται, καὶ χρεμᾶται καὶ δέρεται. S. Athanas. Apol. 2 : Ὡς ἐμοῦ κανόνα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιβάλλοντος. Sozomen. lib. II, c. 21, de re eadem, ὡς φόρον ἐπιτιθεὶς Αἰγυπτίοις. Hinc canonicarii, de quibus vide Glossarium nostrum ad Julian. Antecessorem.

(34) *Coemptiones necessarias.* Coemptio sive συνωνὴ citra necessitatem jussionemque principis possessoribus non indicitur l. II, C. *ut nemini lic. in coempt. specieb. se excus.*, a quo onere nec divinæ domus excusantur, l. I, eod. nov. Tiberii de divinis domib. nec prædia ecclesiarum. Hæc videtur hujus loci esse sententia.

(35) *Et in perpet. dep.* exsilio perpetuæ deportationis uratur d. l. v ; sic etiam legitur in optimo Brodæi codice.

(36) *Dubia.* Si de re quapiam canonica, seu de re quæ ad divinas regulas pertinet dubitatio inciderit in Illyrico, conventui sacerdotali et Illyricæ diœceseos synodo reservat Theodosius. Ita tamen ut ea de re ad episcopum novæ Romæ referatur, quæ Romæ veteris privilegiis fruitur. De sententia legis mihi convenit cum viro longe doctissimo Petro de Marca archiepiscopo Tolosano illustrissimo *De concordia imperii et sacerdotii* lib. IV, c. 2, et *De primatu Lugdunensi* § 40, p. 106 et seq. De legis emendatione videamus. In codice Theodosiano sic habetur : *Præcipimus. Tum si quid dubietatis emerserit.* In Justiniano sic legitur : *Ut si quid dubietatis emerserit*, etc., ut in cod. Menagii. Quæ vera lectio est, et confirmatur verbis Balsamonis in Parat. ad tit. 3, ὥστε ἠνίκα, etc. Itaque post divisum Illyricum in Occidentale et Orientale a Theodosio seniore, cum dubietas quædam emersisset circa quæstiones canonicas, et quæreretur ad quem earum discussio pertineret, constituit Theodosius Junior in d. l. non esse quidquam innovandum circa decidendas quæstiones canonicas, sed vetustatem et canones pristinos ecclesiasticos etiam per omne Illyricum Orientale servandos esse, ut scilicet quæstiones ancipites in synodo Illyricana examinentur : ita tamen ut ea de re certior fiat antistes novæ Romæ, ut nimirum idem jus habeat novæ Romæ antistes ac Romæ veteris, ad quem dubiæ causæ referri solitæ. Avitus Viennensis epistola 36 : *Et quia scitis synodalium legum esse, ut in rebus quæ ad Ecclesiæ statum pertinent, si quid fuerit dubitationis exortum, ad Romanæ Ecclesiæ maximum sacerdotem quasi ad caput nostrum membra sequentia recurramus.* Vide quæ notavi ad Parat. Cod. tit. 2, lib. I, circa finem. Basilicorum auctores sic acceperunt ut dubiæ quæstiones canonicæ ad archiepiscopum Constantinopolitanum referantur ab ipso ejusque synodo definiendæ. In Basilicis deest vox Κωνσταντινουπόλεως. V. Balsamon. ad Nomocan. Photii, tit. 1. c. 5, et tit. 8, c. 1, et tit. 9, c. 1, et Parat. tit. 4, infra in princ. Huc pertinere videtur quod exstat in Synopsi Leonis et Constantini tit. 3, § 9.

(37) *Quæ privilegia Romæ.* Theophanes de Theodosio : Ἐξέθετο δὲ καὶ κανόνας, ἐν οἷς τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως τὰ πρεσβεῖα νέας Ῥώμης ἀπένειμεν. Hist. Misc. Adde synod. Chalcedon. can. 28, syn. Constant. in Trullo c. 36, Theod. Balsamon. respons. Jur. Græcorum. p. 443.

(38) *Itinerum atque pontium.* Vide l. *pen. C. de privil. d. Aug. l.* VI. *C. Th. de itin. mun.* Nov. 131, c. 5, Capitul. Car. M. lib. VI, c. 107. Thessalonicensi Ecclesiæ remittitur capitatio l. *ab unaquaque* 12, *C. de annon. et tribut.* Non etiam agrorum census. S. Ambrosius contra Auxentium : *Agri ecclesiæ solvant tributum.* Sic legem 8 Cuj. interpretatur Par. Cod. eod. Balsamon, ut ipsa quidem Thessalonica Ecclesia relevetur onere capitationis, non etiam aliæ ejus nomine. Capitatio est census capitis, ὁ φόρος τοῦ σώματος, φόρος κεφαλικός. Καπιτατίων. Hero, Περὶ σταθμῶν : Ἔστι δὲ ὁ στατὴρ μὲν γρ., δύο δὲ δίδραχμα ἃ καλεῖται ἐπικεφάλαια, κατὰ δὲ Ῥωμαϊκὴν διάλεκτον καπιτ.ον (sic MS. lege, καπιτατίων)· κάπουτ γὰρ τὴν κεφαλὴν καλοῦσι. Vide Matthæi cap. 17, 24. Tertull. *Apol.* c. 13. *Hominum capita stipendio censa.* Et *ad Nation.* c. 1. Vid. Senecam *De Benef.* 8, 7. Theophanes : κεφαλιτῶν αὐτοῦ τοῦ βασιλέως.

(39) *Decani.* Decani sunt funerum elatores, lecticarii, vispelliones, libitinarii, copiatæ, de quibus vide Glossarium nostrum ad Julian. Antec.

μιδῆς τῶν δημοσίων εἰδῶν, οὔτε ἀπὸ προνομίου, ἢ προσώπου, ἢ ἀξίας, ἢ ἐκκλησίας, κἂν ἔχῃ θείαν κέλευσιν, ἢ καὶ πραγματικόν. Τὰ γὰρ ἐν οἱῳδήποτε πράγματι ὑπεναντίον τοῦ νόμου, ἢ κοινῆς χρησιμότητος προσφερόμενα, [οὐ] φυλάττεται. Εἴ δέ τι πρὸς ἐπιγραφὴν τοῦ νόμου ἐπιχειρηθῇ, τὸ λοιπὸν δημεύεται.

ΙΑ'. Πάντες καὶ αἱ τῶν ἐκκλησιῶν κτήσεις ὑπόκεινται δοῦναι ἀγγαρίας καὶ ἁμάξας ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἐπὶ τὰ ἐξπέδιτα παρόδοις.

ΙΒ'. Τὰ προνόμια τῶν ἐκκλησιῶν ἑστωσαν βέβαια. Οἱ δὲ τοῖς κανόσιν ἐναντιούμενοι πραγματικοὶ ἀκυρούσθωσαν, καὶ χορηγείσθωσαν εἰς ἀποτροφὴν τῶν πτωχῶν αἱ ἐκκλησίαι τὰ παρὰ τοῦ δημοσίου αὐταῖς ἀφορισθέντα διάφορα εἴδη.

ΙΓ'. Ἐνδρώμενῃ διαθήκῃ, ἢ κωδικίλλῳ, ἢ ἀγράφῳ βουλήσει, ἕξεστι ταῖς χήραις καὶ ταῖς διακονίσσαις, καὶ ταῖς ἱεραῖς παρθένοις, καὶ ταῖς μοναστριαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις ἱεραῖς καταλιμπάνειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἢ κληρικῷ, ἢ μοναχῷ, ἢ πτωχοῖς ἐν συστάσει καὶ ὑποκαταστάσει, καὶ ληγάτοις, καὶ φιδεικομίσσοι, ἰδικοῖς καὶ καθ' ὁμάδα.

ΙΔ'. Τὰ τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἀκίνητα ἐπιμελεῖσθαι καὶ διαιρεῖσθαι δεῖ· καὶ αὐτὰ δὲ καὶ οἱ γεωργοί, καὶ τὰ ἀγροικικὰ ἀνδράποδα, καὶ τὰ πεκούλια αὐτῶν, καὶ οἱ πολιτικοὶ ἄρτοι κατ' οὐδένα τρόπον εἰς οἱονδήποτε πρόσωπον ἐκποιοῦνται, οὔτε πάντων τῶν κληρικῶν συναινούντων τῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ τῷ οἰκονόμῳ. Ἐπεὶ ὁ λαβὼν ἀπόλλει καὶ τὰς τιμάς, καὶ εἴ τι δέδωκεν ἕτερον οἱῳδήποτε προσώπῳ, καὶ προσκυροῦνται τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ἀναδίδωσι τὸ πρᾶγμα μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν καὶ ἐνοικίων καὶ ἐπαυξημάτων, ὡς ἂν μὴ ἐπαρθῇ. Τὰ γὰρ παράνομα ἀντὶ μὴ γεγενημένων εἰσί. Καὶ ὁ τῇ ἐκποιήσει συναινέσας οἰκονόμος, ἢ συγχωρήσας γενέσθαι, ἐκπίπτει τῆς οἰκονομίας, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ ποιεῖ μετὰ κληρονόμων τὸ ἀζήμιον· καὶ ὁ

A publicarum specierum, neque privilegio personæ, neque dignitatis, aut ecclesiæ; licet divinam jussionem habeat, vel pragmaticam sanctionem (39*). Nam quæ (40) quolibet in negotio contra jus vel utilitatem publicam proferuntur, minime servantur. Si quid autem in fraudem istius legis attentatum fuerit, navis ipsa publicatur.

XI. Omnes (41) obligati sunt, etiam ipsa prædia ecclesiarum, ad præstandas angarias (42), et plaustra (43), transeuntibus ad expeditiones imperatoribus.

XII. Ecclesiarum privilegia firma sunto. Pragmaticæ sanctiones, quæ canonibus (44) adversantur, irritæ redduntur. Præstentur ad alendos pauperes ecclesiis diversæ species, quæ de publico eis assi-
B gnatæ sunt.

XIII. In testamento robur suum obtinente (45), vel in codicillo, vel non scripta voluntate, licet viduis et diaconissis, et sacris virginibus, et solitudinariis (46), aliisque sacris feminis, aliquid relinquere vel ecclesiæ, vel clero (47), vel monachio, vel pauperibus, per institutionem, et substitutionem, et legata, et fideicommissa, tam specialia, quam per universitatem.

XIV. Ecclesiæ Constantinopolitanæ immobilia studiose coli et dividi debent; et nec ipsa, nec coloni, nec rustica mancipia, nec peculia eorum, nec panes civiles (48) ullo modo ad quamcunque personam alienantur, ne quidem omnibus clericis cum archie-
C piscopo et œconomo consentientibus. Nam qui ea consecutus est, tam pretia, quam si quid aliud cuicunque personæ dedit, amittit; atque hæc ipsi addicuntur ecclesiæ. Reddit etiam rem ipsam cum perceptis medio tempore fructibus, et pensionibus ædificiorum, et accessionibus, quasi si distracta non fuisset. Nam quæ contra leges fiunt (49), pro infectis habentur. Et quia consensu alienationi adhibito, rem fieri permisit œconomus, œconomi officio excidit, et una cum hæredibus suis ecclesiæ

Annibalis Fabroti notæ.

(39*) **Naves Ecclesiæ ampliores duorum millium modiorum non excusantur a publicarum specierum transvectione, sive embola.** l. ult. *C. de nav. non excus.* Ἐμβολὴ nov. 163. c. 2, et edicto Justin. 13, c. 4.

(40) *Nam quæ.* Rescripta juri contraria vel utilitati publicæ non valent, l. *ult. C. si cont. jus.*

(41) *Omnes.* Præter milites. Joannes Saresber. Polycrat. lib. VI, c. 10 : *Recte vero militanti privilegia multa sunt concessa, quæ de jure antiquo latius patent. Nam et liberiores sunt, et pluribus immunitatibus gaudent, ab angariis et parangariis, et sordidis muneribus alieni.*

(42) *Angarias.* Ecclesiarum possessiones ab angariis et parangariis immunes non sunt principe expeditionem bellicam suscipiente. De angariis et parangariis vide Cujac. ad. tit. C. *de curs. publ.* lib. XII.

(43) *Plaustra*, Plaustra separat ab angariis.

(44) *Quæ canonibus.* Photius Nomoc. 1, c. 2: Οἱ τοῖς κανόσιν ἐναντιούμενοι πραγματικοὶ τύποι ἄκυροί εἰσιν. Syn. Chalcedon. act. 4.

(45) *Robur suum obt.* In l. 15. C. eod. quod tamen alia omni juris ratione munitum sit. Sic vet. Brod.

(46) *Solitudinariis.* Bals. μοναστριαῖς. Theophan. in Constantino : Ἐξεδιάσατο αὐτὴν τοῦ γενέσθαι μονάστριαν. Menolog. M. Aug. d. 11. Καὶ αἱ μονάστριαι ἠγαλλιάσαντο ἀπολαβοῦσαι τὴν μηδέποτε λήγουσαν ἀΐδιον χαράν. Μονάστρια, monacha, solitariæ vitæ dedita, l. 20 c. *De Epis. et cler.* μονάστρια, Bals. vide ibid.

(47) *Vel clero.* Bals., κληρικῷ, ἢ μοναχῷ, *vel clero, vel monacho*, d. l. 13. Sic libri veter. Leunclavii cod. μοναχείῳ monachio, ut in quibusd. mss. d. l. XII. Est autem μοναχεῖον, sive μοναχικὸν, Nicænæ secundæ syn. act. 1, monachicum collegium, ut ibi interpretatur Anastas. Biblioth. Prior lectio sincerior est, et confirmatur nov. Marciani.

(48) *Nec panes civiles.* Οἱ πολιτικοὶ ἄρτοι Annonæ civiles l. 14, c. eod. πολιτικὴ σίτησις, Nov. VII, c. 1, civilis annona, veteri interpreti, panes civiles Juliano Antec.

(49) *Nam quæ contra leges.* Bals. Τὸ παρὰ τοὺς νόμους πραχθὲν ἐν ἴσῳ τίθησι τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενομένῳ.

damnum præstat : ac tabellio citra restitutionem exsilio plectitur : ipseque magistratus, vel quis alius, hujusmodi gesta corroborans, dignitatem cum facultatibus amittit. At usumfructum (50) ecclesiasticæ rei potest aliquis ad certum tempus, vel ad diem vitæ suæ, interveniente scriptura, certisque pactis, ita consequi, ut rem, quæ tantumdem habeat reditus, una cum colonis, in dominium Ecclesiæ relinquat.

XV. Si quis (50') rem mobilem, vel immobilem, vel jus aliquod donaverit in personam martyris, vel prophetæ, vel angeli, tanquam illi oratorium ædificaturus, eamque donationem insinuaverit apud eos, quibus insinuari necesse est, cogitur hoc opus, licet inchoatum non fuerit, una cum suis hæredibus, perficere ; ac perfecto, ea dare, quæ donatione continentur. Idem et in peregrinorum, et ægrotantium, et mendicorum usui destinatis ædificiis obtinet : episcopis et œconomis facultatem habentibus eos conveniendi. Verum si hæc impleantur, fit administratio de illorum sententia, qui hac liberalitate sunt usi, et secundum leges (51) ab iis datæ.

XVI. Ea, quæ scciderant in perduellione (52) adversus Zenonem (53), præter superiorum temporum augustas sanctiones, de sacerdotibus, et ecclesiastico statu, abrogans hæc constitutio ; pristina renovat, et episcopum Constantinopolitanum habere præsidendi jus (54) ante alios tradit.

XVII. Privilegia Majoris ecclesiæ Constantinopolitanæ, ac venerabilium domorum, quæ sub ea administrantur et sustentantur, custodiantur. Cæteræ vero ecclesiæ, et monasteria, et ptochia, et xenodochia, et orphanotrophia ejusdem urbis, et continentium ejus, quæque subdita sunt ordinationi archiepiscopi ejus, vel metropolitanorum, qui ab

A συμβολαιογράφος ἀναποκαταστάτως ἐξορίζεται· καὶ ὁ ἄρχων ἢ ἄλλος συνιστῶν τὰ τοιαῦτα ὑπομνήματα τὴν ἀξίαν καὶ τὴν οὐσίαν ἀπόλλει. Οὐ χρήσεις ἐπικαρπίας σου, φροῦκτον δέ τις δύναται λαβεῖν ἐγγράφως ἐκκλησιαστικοῦ πράγματος ἐπὶ ῥητὸν χρόνον, ἢ μέχρι τῆς οἰκείας ζωῆς ἐπὶ τοῖς δοκοῦσι συμφώνοις, καὶ ἐφ' ᾧ πρᾶγμα τοσαύτην ἔχον πρόσοδον τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλιπεῖν μετὰ τῶν γεωργῶν εἰς δεσποτείαν.

ΙΕ'. Ἐάν τις δωρήσηται πρᾶγμα κινητὸν, ἢ ἀκίνητον, ἢ δίκαιον εἰς πρόσωπον μάρτυρος, ἢ προφήτου, ἢ ἀγγέλου, ὡς αὐτοῦ μέλλων εὐκτήριον οἰκοδομῆσαι, καὶ τὴν δωρεὰν ἐμφανίσῃ, ἐφ ὧν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀναγκάζεται τὸ ἔργον, κἂν μὴ ἀρχθῇ, πληροῦν μετὰ κληρονόμων, καὶ πληρωθέντι, δοῦναι τὰ τῆς δωρεᾶς. Τὸ αὐτὸ ἐπὶ ξενοδοχείων, καὶ νοσοκομείων, καὶ πτωχείων, ἀδείας οὔσης τοῖς ἐπισκόποις καὶ οἰκονόμοις ἐνάγειν αὐτούς. Τούτων δὲ πληρουμένων, ἡ διοίκησις γίνεται κατὰ δόξαντο τοῖς φιλοτιμησαμένοις κατὰ τοὺς ἐπιτεθέντας ὅρους.

ΙϚ'. Τὰ γενόμενα ἐν. τῇ κατὰ Ζήνωνος τυραννίδι παρὰ τὰ πρώην βασιλικὰ θεσπίσματα περὶ ἱερέων ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἡ διάταξις ἀκυροῦσα, τὰ πρώην ἀνανεοῦται, καί φησι τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν τῶν ἄλλων τὴν προεδρίαν.

ΙΖ'. Τὰ προνόμια τῆς Μεγάλης Ἐκκλησιας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν ὑπ' αὐτῆς διοικουμένων καὶ χορηγουμένων εὐαγῶν οἴκων [γρ. οἰκίων, f. p. οἰκιῶν], φυλαττέσθωσαν. Αἱ δὲ ἄλλαι ἐκκλησίαι καὶ τὰ μοναστήρια, καὶ πτωχεῖα, καὶ ξενοδοχεῖα, καὶ ὀρφανοτροφεῖα τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, καὶ τὰ ὑπὸ τὴν χειροτονίαν τοῦ

Annibalis Fabroti notæ.

(50) *At usumfructum.* Prædia ecclesiastica certa lege modoque in precariam dantur.

(50') Hujus constitutionis epitomen edidit Cuj. Observ. 12, c. 28, ex lib. v Basil. tit. 1, c. 7. Vide aliam epitom. inf. Parat. tit. 3.

(51) *Secundum leges.* Et conditiones quæ instrumento continentur, puta si quis dixerit, Dono S. Petro aut Theodoro martyri prædium illud meum, vel domum illam, ut extruatur ecclesia eorum nomini dedicata. Valet ejusmodi scriptura licet μονομερῶς facta sit, et ex ea donatione seu pollicitatione utiliter agi poterit. Theodorus Hermopolites ad dictam l. xv : Κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς, ἤτοι κατὰ τοὺς ἐνταθέντας παρ' αὐτῶν ὅρους τῷ δωρεαστικῷ, καὶ τὰς διαστίξεις· τυχὸν γὰρ οὕτως ἔγραψε· Δωροῦμαι τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ, ἢ τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Θεοδώρῳ τὸ κτῆμά μου τὸ δεῖνα, ἢ τὸν οἰκόν μου τὸν δεῖνα, ἐφ' ᾧ κτισθῆναι ὀνόματι αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ γίνεσθαι τὰ καὶ τά. Οὐκ ἔστιν ἄκυρον τὸ ἐγγραφον ὡς τάχα γεγονὸς κατὰ μονομέρειαν, καὶ μὴ συστὰν μέσον δύο προσώπων, ἀλλὰ κινοῦσι τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀγωγὴν οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἰκονόμοι. — *Secundum leges.* Nisi si quid legibus aut canonibus interdictum præceperit : Οὐκ ἐφεῖται αὐτῷ ἀκανόνιστά τινα καὶ παράνομα διατάττεσθαι. Balsam. ad canonem 1 synodi Constantin.

(52) *In perduellione.* Τυραννίδι, Bals. ut apud Theophil., § *Per contrarium*, inst. *De hæred. qual. et diff.*, et § 1, *De publ. judic.* Theophanes in Mauricio : Ὁ δὲ τύραννος Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ συνέπεμψε. Συναντάρτης ibi est ejusdem criminis reus, ἀντάρτης enim idem quod Τύραννος. Gloss. Gr. Lat. ἀντάρτης, rebellio, perduellio. Theodorus Metochita *Hist. Rom.* lib. singul. Ἐφ' οἷς ἀνεκάλουν αὐτὸν ἀντάρτην, de Christo Salvatore nostro quem Judæi ἀκάθαρτοι ut perduellionis reum in crucem egerunt. Theophylactus in Joan. cap. 18. Ammonius apud auctorem Catenæ in Joan. Λύει τὴν ἀγωνίαν Πιλάτου, πεῖθων ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντάρτης, ἀλλὰ βασιλεὺς οὐρανοῦ καὶ γῆς. V. Hesych. in ἀντάρτης et ἀνταρσία perduellionis crimen. Idem Theoph. in Phoca : Ἦκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν.

(53) *Adversus Zenonem.* De Basilisco tyranno, quem Zeno fame necavit, Procop. III Vand. Nicephor. I, Michael Glycas, alii. V. Cuj. Obser. 5, 19.

(54) *Præsidendi jus.* Ἔχει τῶν ἄλλων τὴν προεδρίαν, Photius, *Nomoc.* tit, 1. Vide leg. 24, jus residendi ante alios, l. 16, c. eod. In manuscriptis quibusdam, jus sedendi legitur, in meo, resid. Sed glossa interlin. prosedendi inquit. V. l. 14, tit. 3. Abutitur hac lege Photius, d. c. 5, ut Ecclesiæ Constantinopolitanæ primatum astruat : hoc enim sic accipiendum est, ut uni cedat archiepiscopo Romano, et in creatione episcoporum protosedeat.

ἀρχιεπισκόπου αὐτῆς, ὅταν ᾖ τῶν παρ' αὐτοῦ χειροτονουμένων μητροπολιτῶν, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων χειροτονουμένων ἀκινήτων ἡ πολιτικὴν σίτησιν οὐκ ἐκποιοῦσιν· εἰ μὴ ἐπωφελὴς εἴη ἡ πρᾶσις, ἢ ἡ ὑποθήκη, ἢ ἡ ἀνταλλαγὴ, ἢ διηνεκὴς ἐμφύτευσις· τουτέστιν, ὅτε τὸ τίμημα τοῦ πιπρασκομένου, ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὑποθήκῃ μέλλει προχωρεῖν εἰς λύτρωσιν χρέους, ἐκ διαδοχῆς ἢ χρείας ἑτέρας ἀναγκαίας ἐπικειμένου τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἢ ἐφ' ᾧ ἕτερον ἀναγκαιότερον κτήσασθαι πρᾶγμα, ἢ εἰς κατεπείγουσαν τοῦ εὐαγοῦς οἴκου ἀνανέωσιν καὶ ἀνταλλαγὴν ποιοῦσιν ἐπὶ ἀναγκαιοτέρῳ πράγματι, καὶ πρόσοδον οὐκ ἐλάττονα τοῦ διδομένου ἔχοντι, καὶ ἐμφυτεύσεις, μὴ μειουμένης τῆς προσόδου, ἢ παντελῶς ἀποροῦντος τοῦ πράγματος. Τὰ γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζήμια δωρεῖσθαι καὶ ἐκχωρεῖν δύναται. Τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύει, εἰ μὴ μία τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἐν ὑπομνήμασι φανερωθῇ ἐν μὲν Βυζαντίῳ παρὰ τῷ μαγιστροκήνσῳ, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις, προκειμένων τῶν ἁγίων Γραφῶν· καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν παρόντων τῶν οἰκονόμων τῶν ἐκδημούντων κληρικῶν, ἐπὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους καὶ ἄλλους μοναχούς· ἐπὶ δὲ τῶν πτωχείων τοῦ διοικητοῦ καὶ τῶν ὑπουργούντων, καὶ τῶν πτωχῶν· ἐπὶ δὲ τῶν ξενώνων τοῦ διοικητοῦ καὶ πάντων τῶν εὑρισκομένων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως· καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτρόφων [*Isc.* τῶν ὀρφανοτροφείων], ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον, συναινοῦντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων, ἐν οἷς τοῦτο σύνηθες ἐπιγίνεσθαι· μὴ δυναμένου τοῦ μαγιστροκήνσου ἢ τοῦ ἐκδίκου παραιτεῖσθαι, καταλαμβάνειν τὸν σεβάσμιον οἶκον, ἐν ᾧ ἡ τοιαύτη συνίσταται πρᾶξις ἀζημίως, καὶ ἐκδικούντων αὐτήν. Ὑπόκεινται γὰρ ἐκ παραβάσεως ποινῇ χρυσίου λιτρῶν εἴκοσι· καὶ μετὰ ταῦτα γίνεται συμβόλαια μνημονεύοντα τῶν αἰτιῶν, καὶ τῆς τῶν ὑπομνημάτων πράξεως, καὶ τῆς προσηγορίας τῶν παραγενομένων, καὶ παρ' ᾧ συνέστη. Εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων παρορθῇ, ὁ μὲν δανειστὴς καὶ ὁ ἀγοραστὴς ἐκπίπτει τοῦ πράγματος καὶ τοῦ χρέους, καὶ τῶν τιμῶν· ὁ δὲ λαβὼν εἰς ἀνταλλαγὴν, καὶ οὗπερ ἔδωκε, καὶ οὗπερ ἔλαβεν, ἐκπίπτει· ὁ δὲ εἰς ἐμφύτευσιν ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωὴν λαβὼν ἢ δωρεὰν, ἢ ἐκχώρησιν ἀπηγορευμένην, ἀναδίδωσιν ὅπερ εἴληφε, καὶ ποσότητα ἑτέραν, ἧς ἀξιόν ἐστι τὸ δοθέν. Χώραν δὲ ἔχει τὰ εἰρημένα καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενέσθαι ἐκκλησιαστικοῖς καὶ τοῖς ἐσομένοις εὐαγέσιν. Ὑπὸ τῶν δὲ κινητῶν, ἐξωθεν τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ ἀρκούντων

A hoc ordinantur (55), et eorum, qui ordinantur a metropolitanis, rem aliquam soli, vel annonam civilem, non alienant, nisi sit utilis ea venditio, vel hypotheca, vel permutatio, vel emphyteusis perpetua : hoc est, cum pretium rei venditæ, vel mutuum sub hypotheca sumptum, cessurum est ad dissolutionem æris alieni, quod ex successione, vel alio quopiam usu necessario venerabili domo incumbit, vel ad comparandam aliam rem magis necessariam, vel ad urgentem domus venerabilis instaurationem; itidemque si permutatio fiat cum re magis necessaria, quæque reditum eo, quod datur, non minorem habeat; et si emphyteuses constituantur, absque deminutione reditus, aut cum omnino res ipsa sterilis est. Nam quæ ob sterilitatem damnosa sunt,
B donare atque aliis concedere possunt. Quod autem agitur, non aliter valet, nisi causarum indicatarum una in monumento expressa fuerit, Byzantii quidem, apud magistrum census (56); in provinciis vero, apud defensores, propositis sacris Scripturis : et in negotiis ecclesiarum, œconomis et clericis qui ad urbem sunt præsentibus, in monasteriorum negotiis, abbates et cæteri monachi adesse debent; in ptochiorum, administrator ejusque ministri, et ipsi pauperes; in xenonum, administrator et universi qui administrationi reperiuntur intervenientes, ac similiter in negotiis orphanotrophiorum, ita ut ratum sit, quod pluribus placet, etiam episcopo illorum locorum, quibus in locis res fieri consuevit, assentiente : nec possit magister census, aut defensor,
C excusare se, quominus venerabilem domum, in qua ejusmodi negotium contrahitur, indemnem suscipiat : adeoque hi eam defendant. Etenim ex transgressione obnoxii sunt pœnæ 20 librarum auri. Ac secundum hæc, instrumenta conficiuntur, mentionem facientia causarum, et monumentorum confectionis, et nominis eorum, qui adfuerunt, et apud quem confecta sint. Si vero ex indicatis aliquid neglectum fuerit, creditor quidem, et emptor, rem ipsam amittit, et creditum, et pretia : qui autem accepit nomine permutationis, tam id, quod dedit, quam quod accepit, amittit : qui rem emphyteuseos nomine suam ad vitam, vel donationem, vel cessionem prohibitam, accepit; tum id, quod accepit, tum
D quantitatem alteram, quanti est id, quod datum fuit, restituit. Habent autem locum, quæ dicta sunt, tam in iis quæ ecclesiastica, quam quæ religiosa futura sunt (56*). Quod si res mobiles existent, sacris vasis exceptis, æque sufficiant ad causas indi-

Annibalis Fabroti notæ.

(55) *Qui ab hoc ordinantur.* Metropolitani ordinantur ab archiep. Constantinopolitano, Nov. VII, c. 1 concil. Chalced. can. 28, episcopi a metropolitis, ut hic. Adde can. 12 concil. Laod. et can. 6 Nic. syn.

(56) *Magistrum census.* Μαγιστροκήνσῳ. Sic ms. unica voce. Glossæ Basil. μαγιστρόκηνσος, ἄρχων τῆς ἀναγραφῆς. Basil. l. XXXVII, c. *de donat.* παρὰ τῷ μεγίστῳ τῶν κήνσων. Ut l. XXXI, *infra de episcop.* Alii μαστρόκηνσον scribunt, vel μαΐστρόκηνσον, quibus μάστρος vel μάϊστρος pro magistro. Theophanes : Ἴλλος ὁ μάϊστρος. Codin. in *Origin. Constantinop.* Διὰ Στρατηγίου μαγίστρου Ms. μαΐστρου. Basil. ad l. 7, § 1. D. *de institor.* Μαΐστορα τοῦ ἰδίου πλοίου. Sic legend. ut in Synopsi ms. non μαγίστωρα, ut in Basil. ms. Apud magistrum census edebantur professiones, et instrumenta publicabantur.

(56*) Hoc est, religiosis locis addicenda.

ratas : cessat necessariorum immobilium, atque panum tam alienatio, quam hypotheca.

XVIII. Assignat hæc constitutio Majori ecclesiæ Constantinopolis 70 librarum auri reditum, in hunc finem, ut funera citra impensam Constantinopoli curentur, ad novos usque muros, et in Blachernis. Nam Sycæ (57) pars urbis sunt. Adversus transgressores, quinquaginta librarum auri pœnam in singulos statuit.

XIX. Donationes actis non insinuatæ (58), quæ ad quingentos usque nummos fiunt in civitatem, vel ecclesiam, vel xenodochium (59), vel nosocomium (60), vel orphanotrophium (61), vel ptochium (62), vel in ipsos pauperes, ratæ sunt. Reliquæ (63), licet in alias pias actiones fiant, indigent insinuatione; atque etiam hæ quas diximus, si nummos 500 excedant : exceptis donationibus imperialibus (64).

XX. Neque per sacram formam (65), neque de mandato præsidum, militares annonas ad religiosas domos, vel ad clericos transferre licet.

XXI. Qui non ex causa redemptionis (66) capti-

εἰς τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἀρκεῖ τῶν ἀκινήτων καὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν ἄρτων ἡ ἐκποίησις καὶ ἡ ὑποθήκη.

ΙΗ'. Ἡ διάταξις ἀφορίζει τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως ἑβδομήκοντα λιτρῶν χρυσίου πρόσοδον εἰς τὸ τὰς κηδείας ἀδαπάνους ἐν Κωνσταντινουπόλει γίνεσθαι, καὶ μέχρι τῶν νέων τειχῶν καὶ Βλαχέρναις. Αἱ γὰρ Συκαὶ μέρος εἰσὶ τῆς πόλεως. Ὁρίζει κατὰ τῶν παραβαινόντων ποινὴν ἀνὰ ν χρυσίου λιτρῶν.

ΙΘ'. Αἱ γινόμεναι μέχρι φ' νομισμάτων ἀνεμφάνιστοι δωρεαὶ εἰς πόλιν, ἢ ἐκκλησίαν, ἢ ξενοδοχεῖον, ἢ νοσοκομεῖον, ἢ ὀρφανοτρεφεῖον, ἢ πτωχεῖον, ἢ εἰς αὐτοὺς τοὺς πτωχοὺς ἐρρώνται. Αἱ δὲ λοιπαὶ, κἂν εἰς ἄλλας εὐσεβεῖς γίνωνται πράξεις, χρῄζουσιν ἐμφανείας· καὶ αἱ λεχθεῖσαι ὑπὲρ τὰ φ' νομίσματα οὖσαι, ἐξῃρημένων τῶν βασιλικῶν δωρεῶν.

Κ'. Οὔτε κατὰ θεῖον τύπον οὔτε κατὰ πρόσταξιν τῶν ἀρχόντων ἔξεστι μετάγειν στρατιωτικὰς σιτήσεις εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἢ κληρικούς.

ΚΑ'. Ὁ μὴ δι' ἀνάῤῥυστιν αἰχμαλώτων ἀγορά-

Annibalis Fabroti notæ.

(57) *Nam Sycæ.* Codinus in Παρεκβολαῖς· Ἀμφιάστεως δὲ τοῦ ἱερέως ἐν ταῖς λεγομέναις Συκαῖς ᾠκοδόμησε ναὸν, αἳ τὴν ἐπώνυμίαν ἐκ τῶν συκοφόρων δένδρων ἐδέξαντο.

(58) *Non insinuatæ.* Istæ donationes etiam citra actorum confectionem convalescant. Sic editio Haloandri, Duareni, et vet. exemplar Brodæi in l. 19, c. eod. ἀνεμφανίστως, Photio, *Nomoc.* tit. 2, c. 1. Sic legitur in v. cod. viri perillustris Nicolai Peirescii senat. Aquens. τοῦ μαχαιρίτου, ut apud Theoph. ἀνεμφάνιστος δωρεὰ, § 2 *De donat.* pessime ut et alia pleraque, p ima editio, ἀνεμφανίστως. Gloss. Græco Lat. ἐμφανίζω, allego, intimo, ἐμφάνεια, intimatio. Excerpta e vet. gloss. insinuatio, ἢ φανέρωσις. Gl. Latino-Gr. intimare, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι.

(59) *Xenodochium.* Xenodochia sunt domus Dei, in cap. 55, extr. de appell: *Hostel-Dieu*, in quibus advenæ inopes hospitio excipiuntur, in Epistolis Juliani imperatoris. D. Augustin. in Joannem tractat. 97 : *Xenodochia et monasteria postea sunt appellata novis nominibus, res tamen ipsæ et ante nomina sua erant, et religionis veritate firmantur.* Hinc ξενοδοχεῖα, id est, πρὸς κοινὴν ὑποδοχὴν τῶν ξένων κατασκευασμένα. Joannes Cantacuz., Hist. lib. IV, c. 30. De his S. Basilius in epistola 371, ad Heliam : Τίνα δὲ ἀδικοῦμεν καταγώγια τοῖς ξένοις οἰκοδομοῦντες τοῖς κατὰ πάροδον ἐπιφοιτῶσιν; *Quid peccamus diversoria peregrinis exstruentes qui huc forte advenerint ?* Ea Julianus exstrui jubet, ut ibi inopes sine discrimine excipiantur, in epist. 49, ad Arsacium. De quo Theophanes in *Chronographia :* Τὰς δὲ Χριστιανῶν εὐποιΐας ὁ ἄχρηστος καὶ παραβάτης μιμούμενος ξένοις τε καὶ πτωχοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν χορηγεῖσθαι ἐκέλευσεν, ἀπατῶν τοὺς ἁπλουστέρους : *Christianam et beneficentiam imitatus ille nefarius et prævaricator, peregrinis et egenis res necessarias edixit suppeditari.*

(60) *Vel nosocomium.* D. Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ : *In pecuniam congregatam usibus pauperum præparavit : et prima omnium nosocomium instituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, et consumpta languoribus atque inedia miserorum membra foveret.* Hinc νοσοκομεῖον, Dorotheus doctrina 4. Nicetas Choniates in Isaacio Angelo : Μετέβαλε δὲ εἰς νοσοκομεῖον, καὶ τοὺς βασιλικοὺς δόμους. *Regias ædes in nosocomium mutavit.*

(61) *Vel orphanotrophium.* Ὀρφανοτροφεῖον, Balsamon ad canon. 7 synod. Chalcedonens. Orphanotrophia sunt loca in quibus juniores parentibus atque substantiis destituti educantur. Hinc orphanotrophi quorum munus erat orphanos ejusmodi alere atque educare. Theophanes, Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος σιτομέτριον ταῖς ἐκκλησίαις κατὰ πόλιν ἐχαρίσατο εἰς διατροφὴν διηνεκῶς χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ ξένοις, πένησί τε καὶ τοῖς κληρικοῖς· *Magnus autem Constantinus frumenti demensum, quod viduis, orphanis, peregrinis, pauperibus, et clericis perpetuo esset alimento, Ecclesiis per urbes largitus est.*

(62) *Vel ptochium.* Ex hoc loco constat in d. l XIX. verba illa, vel in gerontocomium, vel in curotrophium, vel in brephotrophium, recte abesse a lib. veterib. ut nec in Brodæi manuscripto comparent.

(63) *Reliquæ.* Si donationes intra aureos quingentos consistant, non exigitur insinuatio. Si eam quantitatem superent, in eo quod superfluum est, si non insinuata sit, inutilis est, in residuo utilis, ut hic Theodorus Hermop. interpretatur, ex lib. XXXIV, § 1, c. *De donat.*

(64) *Donat. imperialibus.* Ὥσπερ γὰρ ὁ βασιλεὺς πάντων ὑπέρκειται, οὕτω καὶ αἱ παρ' αὐτοῦ γινόμεναι δωρεαὶ πασῶν τῶν ἄλλων δωρεῶν ὑπερφέρουσιν. Idem Theodor.

(65) *Neque per sac. form.* Aliam epitomen ex libris Basilic. edidit Cuj. Obs. lib. XII, c. 28, in qua recte emendandum censuit, ἢ ἀρχικῆς; προστάξεως, ut constat ex hac Epit. Balsamonis.

(66) *Qui non ex causa redemptionis.* V. Bas. t. I. p. 168. Gregorius M. epist. 10, 48 : *Et sacrorum canonum et legalia statuta permittunt ministeria Ecclesiæ pro captivorum esse redemptione vendenda.* Ravennius in Vita S. Hilarii Arelatensis : *Fecit ut sacra ministeria* (sic legendum puto pro mysteria) *captivis solatia potius quam ecclesiis ornamenta præstarent.* D. Ambros. *Offic.* II, c. 28 : *Nos aliquando in invidiam incidimus, qui confregerimus vasa mystica ut captivos redimeremus.* Et

ζων ἱερὰ σκεύη ἢ ἁπλώματα, ἢ λαμβάνων εἰς ὑποθήκην ἐνέχυρον, καὶ τῶν τιμῶν καὶ τοῦ χρέους ἐκπίπτει. Καὶ αὐτὰ ἐκδικοῦνται διὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ σκευοφυλάκων, εἰ καὶ ἐχωνεύθησαν· καὶ αἱ τιμαὶ αὐτῶν ἀπαιτοῦνται, εἰ μὴ φαίνωνται, διὰ condictionem vel in factum.

A vorum sacra vasa, vel vestes (67) emit, vel in hypothecam, vel pignus (68) accipit, tam pretiis, quam credito excidit. Res ipsæ vindicantur ab episcopis, et œconomis (69), et vasorum custodibus, tametsi conflatæ sint; earumque pretia (70), si non exstent, per condictionem, vel in factum actionem exiguntur.

ΚΒ'. Τὰ εἰς εὐαγεῖς οἴκους ἀπὸ βουλευτικῆς φιλοτιμίας ἐρχόμενα οὐχ ὑπόκεινται τῇ τῶν ἐν χέρδει λουκρατίβων διαγραφῇ.

XXII. Quæ ad religiosas domus ex curiali liberalitate (71) perveniunt, lucrativorum (72) inscriptioni non subjacent.

ΚΓ'. Ἐάν τι δωρηθῇ ἢ κληρονομίῳ [*f.* κληρονομία, ἢ ληγάτῳ, ἢ ληγάτῳ, ἢ φιδεϊκόμισσον εὐαγεῖ τόπῳ, ἢ καταλειφθῇ ἢ πόλει, ἢ εἰς ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων κινητὸν, ἢ ἀκίνητον, ἢ παρ' αὐτῶν ἀγορασθῇ, ἁρμόζουσι [προσωπικῶς καὶ εἰς πρᾶγμα ἀγωγαὶ] περσονάλιαι et in rem ὑποθηκάριαι, καὶ μόνῃ τῇ τῶν ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ἐκβάλλονται παραγραφῇ· οὗτος γὰρ ὁ χρόνος τῆς ζωῆς ἐστι τοῦ μακροβίου ἀνθρώπου.

XXIII. Si quid loco religioso, vel civitati, vel ad redemptionem captivorum, mobile vel immobile, donatum fuerit, vel si hæreditas aut legatum, aut fideicommissum his relictum, vel quid ab eis emptum fuerit: actiones personales, et in rem, et B hypothecariæ competunt, et sola præscriptione centum annorum (73) excluduntur: hoc enim tempus est vitæ longioris.

Annibalis Fabroti notæ.

paulo post': *Ornatus sacramentorum, redemptio captivorum est.* Et cap. eod: *Sane si in sua.* Adde eumdem 2. Contra relat. Symm. Guillelmus Neubrigensis. *De rebus Anglicis* lib. IV, c 38: *Et quoniam ea* (de vasis sacris loquitur) *in redemptionem quorumlibet fidelium captivorum expendi non tantum concessit, verum etiam monuit venerandæ patrum discretio.* Multo fortius eadem captivi principis redemptioni debere proficere judicatum est. Itaque per omnem regni Anglici latitudinem traduntur calices sacri exactoribus regiis, vel indulgenter, id est, paulo infra pondus redimuntur. Vide quæ dixi ad Justiniani *Inst.* tit. *De rer. divis.*

scriptio. Nov. CXXXI, c. 6, abrogata centum annorum præscriptione, quam introduxerunt in Oriente, l. 23 c. eod., in Occidente, Nov. IX. antiquato etiam canone 120 concil. Carthag. Bals. ad d. can. Sola igitur quadragenaria præscriptione ecclesia si agat repellitur. Sin autem cum ecclesia agatur, servantur tempora legibus statuta, Nov. CXI, c. 1, id est, Ecclesia cum convenitur, tuetur se tricenaria præscriptione. Vide Constant. Harmenop. lib. I, tit. 3, § 52, et ibi scholion, quod quidem abest a duob. codicibus Regiæ bibliothecæ, et est Theodori Hermopolitæ ad d. Nov. CXI. Scholiastes autem Harmenopuli, quisquis est, eum C mendis suis, quod mireris, Theodorum excripsit: nam in regio quoque manuscripto legitur. Οὐκ ἐκβάλλεται παραγραφῇ διετίας, ἢ εἰκοσ. Et paulo post, Τὰ ἐντὸς τῆς δεκαετίας· οἷον τῆς ἀναργυρίας, cum priore loco legendum sit, δεκαετίας, posteriore autem, διετίας. Ecclesia autem quæ adversus ecclesiam agit tricenaria præscriptione secundum canones submovetur, ut scribit idem Theodorus, qui et annali, biennali, et triennali præscriptioni Novella CXI Justiniani non esse derogatum tradit. Cujus Nov. vetus interpres post tot retro editiones ad fidem Græci contextus ita emendandus est: sed tam annali et triennali præscriptione, quam aliis, etc. De his quæ relinquuntur in redemptionem captivorum, deque his quæ civitatibus debentur, vide infra lib. III, tit. 5.

(67) *Vestes.* Ἁπλώματα Bals.

(68) *Vel pignus.* Ordo Romanus de divin. offic.: *Sacra vasa et vestimenta sacerdotalia nolite in vadium dare negotiatori aut tabernario.* Capitul. Caroli M. lib. I, c. 94: *De sacris vasis Ecclesiæ, quæ in pignus a nonnullis in quibusdam locis dari comperimus, inhibitum est, ne deinceps a quoquam fieri præsumatur, nisi solummodo necessitate redimendorum captivorum compellente.* Hujus constitutionis ratio affertur in l. 21, c. eod. *Cum non absurdum est animas hominum quibuscunque causis vel vestimentis præferri.* Sic legitur in manuscr. Brod. quanquam non male vulgo, *vasis.* Theophili scholiastes: Ἐπειδὴ προτιμᾶται τῶν ἀψύχων τὰ ἔμψυχα, ut apud Zonar. II *Annal.*: Οὐ γάρ τι ἄψυχον ἐμψύχου λογισθήσεται βέλτιον, Liban. in loco communi contra homicidam: Ἄνθρωπος δὲ οὐ θεῶν κτῆμα πολὺ τιμιώτερον τῶν φιαλῶν. B. Chrysostomus in Epistol. Pauli ad Roman. homil. 26.

(69) *Ab œconomis.* Œconomus τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα χειρίζει καὶ οἰκονομεῖ. Concil. Toletan. IV, cap. 48, eos quos œconomos Græci appellant, hoc est qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant, etc. Res autem alienatæ vindicantur ab œconomo, quoniam ad eum pertinet separatio basilicarum atque constructio, actiones ecclesiæ in judiciis vel in proferendo vel in respondendo, ut est in epistola S. Isidori ad Leudefredum Cordubensem episc. l. XIV, in fi. h. t.

(70) *Earumque pretia.* Vide ad l. XXI, emend. Cujacii.

(71) *Ex curiali liberalitate.* Sic legitur in manusc. Brod.; in quibusdam, *curialis*, minus recte.

(72) Τῶν λουκρατίβων, ut Nov. CXXXI, c. 5. Vide tit. *Cod. de imponenda lucrat. descript.* lib. X, et Balsamon. ad Phot. tit. 2, c. 10, 58.

(73) Ecclesiæ agenti sola obstat annorum 40 præ- D

Centum annorum. Qui finis vitæ longissimus est, l. 56 D. *De usufr.* l. 8 D. *De usu et usufr. leg.* sive ut hic ait Bals. Οὗτος ὁ χρόνος τῆς ζωῆς ἐστι τοῦ μακροβίου ἀνθρώπου (hæc verba deerant in editione Leunclavii), ex his Novellæ IX, eum hoc tempus vitæ longævi hominis plerumque finis esse dignoscatur. Artemidorus, 2, 75. Καθ' ἡμᾶς δὲ ἑκατὸν ἔτη εἶναι τὸν τέλειον τῆς ζωῆς χρόνον. Justinianus ait, plerumque; nam plerosque vitam ulterius produxisse proditum est in περὶ μακροβίων libris Luciani et Phlegontis. Diodor. Sic. I: Καὶ γὰρ νῦν δυοκαίδεκα μηνῶν ὄντων τῶν ἐνιαυτῶν οὐκ ὀλίγους ὑπὲρ ἑκατὸν ἔτη ζῆν. Vide Egesippum apud Euseb. *Hist. Eccl.* III, c. 32; B. Chrysostom. homil. de S. Joanne apostolo, Georgium Phranz. Chron. lib. III, c. 1. De hac præscriptione Innocentius III, in Epist. ad Nicolaum Tusculanensem episcopum: *Non enim videmus quo jure se valeant tueri, cum nec concessionem possint ostendere a sede apostolica sibi factam, nec centenariam contra Romanam Ecclesiam præscriptionem probare.*

XXIV. Ecclesia Constantinopolitana caput est aliarum omnium (74). Quæ jure colonario (75) fit locatio, in rebus ecclesiasticis irrita est, uti quam ne lex quidem agnoscat. Si magistratus aliquis in actu (76) Constantinopoli constitutus, per se ipsum, vel per subjectam personam, a Majori ecclesia rem soli conduxerit, quod actum fuerit, irritum est, et ecclesiæ dat æstimationem ipsius rei. Similiter et œconomus. Quod si alio quoque modo persuaserit, aut coegerit, ut ad ipsum res ecclesiastica perveniret, tum quod actum fuerit, irritum est, tum quod eo nomine datum alicui personæ pertinenti ad ecclesiam, restituitur eidem, ac tam ipse præter indicata, pœnæ 20 librarum auri obnoxius est, quam qui rem concessit, itemque is, qui aliquid accepit hoc nomine, ut contractus interveniente ipsius opera conficeretur, duplum dat ejus quod ipsi datum fuit. Atque hæc omnia ecclesiæ addicuntur. Ultra viginti annos res soli ab ecclesia non conducitur. Ecclesiastica prædia locupletibus duntaxat in emphyteusin concedenda sunt, propter restitutionem prioris status, nec ultra personam ejus qui emphyteusin accipit, ac duorum deinceps hæredum : nec relevandum amplius sexta illius canonis parte, qui tempore locationis servabatur. Quod si damno rem sequenti tempore quis affecerit, expellitur, ac damnum præstat. Si œconomi culpa intervenerit, vel si loraverit iis qui solvendo non sunt, ipse damnum agnoscit.

A Κδ'. Ἡ Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησία πασῶν τῶν ἄλλων ἐστὶ κεφαλή. Ἡ παροικικῷ δικαίῳ γινομένη ἐκδοσις ἄχυρός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ὡς μήτε τῷ νόμῳ γνωριζομένη. Ἐὰν ἐμπράκτος ἄρχων Κωνσταντινουπόλεως δι' ἑαυτοῦ, ἢ μέσου προσώπου παρὰ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ἀκίνητον ἐκλάβῃ, τὸ πραχθὲν ἄχυρον, καὶ δίδωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν διατίμησιν τοῦ πράγματος. Ὁμοίως καὶ ὁ οἰκονόμος. Εἰ δὲ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον πείσει, ἢ ἀναγκάσει περιελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα, καὶ τὸ πραχθὲν ἄχυρον, καὶ τὸ δοθὲν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς Ἐκκλησίας, ἀποδίδοται αὐτῇ· καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ εἴκοσι χρυσίου λιτρῶν αὐτός. Καὶ τὸ πρᾶγμα δοὺς, καὶ λαβὼν ἐπὶ τὸ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα, τὸ δοθὲν B αὐτῷ διπλοῦν δίδωσι, καὶ πάντα προσχυροῦνται τῇ Ἐκκλησίᾳ. Περαιτέρω τῶν εἴκοσι ἐτῶν ἀκίνητον τῇ Ἐκκλησίᾳ οὐ μισθοῦται. Μόνοις εὐπόροις δεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεύειν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως, καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου, καὶ δύο ἐξῆς κληρονόμων· καὶ μὴ κουφίζειν πλέον τοῦ ἕκτου μέρους τοῦ σωζομένου κανόνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως. Εἰ δὲ βλάψει τὸ πρᾶγμα ἐνισταμένου τοῦ χρόνου, ἐξωθεῖται, καὶ τὴν ζημίαν ἀποθεραπεύσει. Εἰ δὲ ῥαθυμήσῃ ὁ οἰκονόμος, ἢ ἀπόροις ἐκδῷ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην.

XXV. Chartularii (77) Majoris ecclesiæ ne per subjectam quidem personam rem soli, quæ ipsius est, per conductionem, vel emphyteusin, vel alium modum accipere possunt. Chartularii libello præeunte fiunt, qui patriarchæ et œconomi subscriptionem C habeat : ac si quem eorum vel clepere, vel aliis aliquid tradere, vel alioqui non idoneum esse parueriit, patriarchæ et œconomis licet ut eum de catalogo chartulariorum submoveant. Fiunt autem

ΚΕ'. Οἱ χαρτουλάριοι τῆς Ἐκκλησίας τῆς Μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον αὐτῆς κατὰ μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν, ἢ ἕτερον τρόπον. Γίνονται οἱ χαρτουλάριοι ἡγουμένου λιβέλλου καὶ φέροντος ὑπογραφὴν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκονόμου· καὶ ἐάν τις αὐτῶν φανῇ κλέπτων, ἢ παραδιδοὺς, ἢ ἄλλως ἀνεπήδειος [*Isc.* ἀνεπιτήδειος], ἔξεστι τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν τοῦ καταλόγου. Γίνονται δὲ εἰς

Annibalis Fabroti notæ.

(74) *Caput est aliarum omnium.* Orientis scilicet. Avitus Viennensis epistola ad Gundobadum regem: *Persuadetur episcopo* (Constantinopolitano) *negligenti, nec usque sic docto, ut tantæ urbis, perindeque totius Orientis patriarcham decet.* Hoc tribuitur Romano episcopo ut omnium ecclesiarum caput sit. Concilium Chalcedon. act. 1 : Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων πόλεως κεφαλῆς ὑπάρχοντος τῶν ἐκκλησιῶν. Anacletus epist. 3 : Hæc vero apostolica sedes cardo et caput omnium Ecclesiarum a Domino, et non ab alio est constituta. Concilium Aquileiense, in epistola ad Gratianum imp. *Totius orbis Romani caput Romanam Ecclesiam.* V. Hincmarum, *De prædest.* p. 407. V. Indicem. Idem Avitus in epist. 27, Symmachum papam urbis universalis Ecclesiæ præsulem vocat. Theodoretus Cyrensis, epist. 116 de sede Romana : Ἔχει γὰρ ὁ πανάγιος θρόνος ἐκεῖνος τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν τὴν ἡγεμονίαν διὰ πολλά. *Habet enim sanctissima illa sedes Ecclesiarum, quæ in toto orbe sunt principatum et apicem primatus, a solis ortu usque ad occasum.* Ut est in epistola Pelagii 1 ad Sapaudum. Adde Novel. 131, cap. 2. Ratramus Corbeiensis monachus con.. Græcorum opposita lib. II, cap. 2 : *Nec enim ..vincere potestis majorem Constantinopolitanæ civitatis auctoritatem, quam civitatis Romanæ, quæ caput est omnium Christi ecclesiarum, quod majorum tam vestrorum, quam nostrorum testimonio comprobatur.* Fulgentius Ruspensis, in libro de Incarnatione et gratia Jesu Christi, cap. 2, Ecclesiam Romanam mundi cacumen vocat. Et quod dicitur in l. 24 h. t. Constantinopolitanam Ecclesiam omnium aliarum esse caput, sic accipiendum est, ut patriarcha Constantinopolitanus totius Orientis sit caput, ut ex Avito jam dictum est, *Salvo tamen per omnia privilegio sanctæ apostolicæ primæ in toto orbe terrarum Romanæ sedis*, ut loquitur Hincmarus Remensis, *De divortio Loth. et Teth.* resp. ult. Sic in cap. 2, ext. *De Summa Trinit.* Romana Ecclesia dicitur mater et magistra omnium Ecclesiarum.

(75) *Quæ jure colonario.* Παροικικῷ δικαίῳ, Bals. Sic etiam vocat Justin. Nov. VII, præfat. Prædia Ecclesiæ Constantinopolitanæ jure, titulo παροικικῷ, sive libellario nomine dari non possunt. Quid sit libellarius contractus vel libellaria, docet Cuj. ad lib. I. *De Feud.* tit. 2.

(76) *In actu.* Ἐμπρακτος πρὸς διαστολὴν eorum magistratuum quibus conceduntur dignitates sine administratione, quietæ dignitates, otiosa cingula.

(77) *Chartularii.* Vide Glossar. nostrum ad Julian. Antecess.

σκρινίον τῆς Ἀνατολῆς χαρτουλάριοι ιε', εἰς τὸ Ἀσιανῆς ις', εἰς τὸ Πόντου ιε', εἰς τὸ ἐνοίκιον ιε', εἰς τὸ Θρᾴκης η', εἰς τὸ Ἀντιόχου ς', εἰς τὸ τοῦ Καλαποδίου ς', εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος ι', εἰς τὸ τῶν ληγάτων θ'· καὶ λαμβάνουσι συνηθειῶν ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντηκοστάς, ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ τοῖς λοιποῖς συναλλάγμασιν ἑκατοστήν. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημένον ἀριθμὸν γένηται χαρτουλάριος, ἐκπίπτει, καὶ δίδωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ ις λίτρας, καὶ ὁ ποιήσας αὐτὸν κ'. Μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι λογιζέσθωσαν γνώμῃ τοῦ πατριάρχου τὴν γινομένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς, καὶ μισθωτοῖς, καὶ διοικηταῖς, ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητοῦντος τὰ τῆς ὑφ' ἑαυτῶν [*ἴσ.* ὑφ' ἑαυτὸν] διοικήσεως, τῶν δὲ λοιπῶν κατὰ πρόσταξιν ἄφω [*in Cod. Just.* ἄγραφον] τοῦ πατριάρχου τοῖς λογισμοῖς ὑπογράφοντος Ἀνέγνων. Καὶ τὸ χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἰκοθεν οἱ οἰκονόμοι διδόασι. Τῆς δὲ λογιζομένης δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμβάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστάς· ὁ δὲ πλέον λαμβάνων, καὶ τῆς ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου, καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει παραχρῆμα. Δεῖ τοὺς οἰκονόμους κατὰ μῆνα, ἢ τὸ μήκιστον ὑπὲρ δύο, λόγον ποιεῖν πρὸς τοὺς ἀρχαίους· ἐπεὶ κινδυνεύουσιν.

ΚΓ'. Ἐάν τις γράψῃ κληρονόμον τὸν Δεσπότην Χριστὸν, μὴ προσθεὶς εὐκτηρίου προσηγορίαν, ἡ Ἐκκλησία τοῦ τόπου καθ' ὃν ἦν ὁ τελευτήσας, δοκεῖ γεγράφθαι. Τὸ αὐτὸ ἐπὶ ληγάτου καὶ φιδεϊκομίσσου, καὶ προχωρεῖ εἰς ἀποτροφὴν πτωχῶν. Εἰ δέ τινι τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἢ μαρτύρων καταλίποι, μὴ μνημονεύσας οἴκου, εἰ μέν ἐστιν ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει, ἢ ἐν τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς τοιοῦτος οἶκος, αὐτὸς λαμβάνει· εἰ δὲ μή ἐστιν, ὁ ἐν τῇ μητροπόλει λαμβάνει. Εἰ δὲ μήτε ἐκεῖ τοιοῦτός ἐστιν οἶκος, αἱ κατὰ τόπον ἐκκλησίαι λαμβάνουσιν αὐτὸ, τῶν ἄλλων οἰκων παραχωρούντων αὐταῖς, εἰ μὴ δειχθῇ ὁ τελευτήσας ἕτερον ἐνθυμηθεὶς, καὶ ἕτερον εἰπών. Τότε γὰρ τὸ ἀληθὲς καὶ οὐ τὸ γεγραμμένον κρατεῖ. Εἰ δὲ τόπον εἴπῃ ῥητὸν, εὑρεθῶσι δὲ πολλοὶ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος ἐν τῇ πόλει, ἢ τῇ περιοικίδι, εἰ μὲν πρός τινα τούτων εἶχε μείζονα προσπάθειαν, ἢ συνεχῶς ἐκεῖσε ἐφοίτα, αὐτῷ δοκεῖ καταλελεῖφθαι. Τοιούτου δέ τινος μὴ εὑρισκομένου, ὁ μᾶλλον ἐκ τῶν τοιούτων οἰκων ἐνδεὴς λαμβάνει τὸ καταλειφθέν.

A ad scrinium Orientis, chartularii 15, ad diœceseos Asianæ, 16, ad Ponti, 15, ad pensionum (78), 15, ad Thraciæ, 8, ad Antiochi, 6, ad Calopodii, 6, ad expensarum, 10, ad legatorum, 9, et ratione consuetudinum (79) accipiunt pro instrumentis emphyteuticis, quinquagesimas : pro locatoriis, et reliquis contractibus, centesimam. Quod si quis ultra numerum indicatum factus fuerit chartularius, loco movetur, et ecclesiæ dat libras 15, quique fecit eum chartularium, libras 20. Œconomi de sententia patriarchæ cum accurato scrutinio computent impensam, quam emphyteutæ, conductores et administratores faciunt : quolibet œconomo de iis inquirente, quæ ad commissam sibi administrationem pertinent ; reliquis, ex scripto patriarchæ jussu, qui verbum hoc, *Relegi*, ratiociniis subscribit. Quidquid absque hujusmodi observatione computatur, œconomi de suo præstant. Ejus autem impensæ, quæ computatur, et pecuniarum, quæ inferuntur, chartularii centesimas accipiunt. Qui vero plus capit, et officio chartularii, et dignitate sacerdotali confestim excidit. Debent œconomi singulis mensibus, aut ad summum pro binis rationes arcariis reddere. Nam alioqui periculum incurrunt.

XXVI. Si quis hæredem scripserit Dominum Christum, oratorii nomine non adjecto : ejus loci ecclesia, quo in loco degebat defunctus, hæres scripta videtur. Idem in legato et fideicommisso locum habet, et ad pauperes alendos confertur. Sin quid alicui sanctorum angelorum, aut martyrum reliquerit, nulla domus mentione facta, si quidem ejusmodi domus est in illa civitate, vel ejus territorio, relictum accipit : sin autem, domus in metropoli constituta capit. Quod si ne istic quidem ejusmodi domus est, ipsius loci ecclesiæ rem consequuntur, quibus cæteræ domus cedunt : extra quam si probatum fuerit, defunctum aliud habuisse in animo, et aliud dixisse. Tunc enim ipsa rei veritas potior est eo, quod scriptum fuit. Sin certum locum expresserit (80), et in civitate, vel ejus continentibus, plures ejusdem nominis domus inventæ fuerint : siquidem ad aliquam harum majorem affectionem habebat, aut frequenter illuc itabat, illi ipsi relicta fuisse res videtur. At si nulla talis reperiatur, ea domus inter has relictum accipit, quæ magis est indiga.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. α', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nullus. Οὐδεὶς*. Μόνοις τοῖς τὴν ὀρθόδοξον τιμῶσι πίστιν ἐπισκόποις αἱ ἐκκλησίαι παραδίδονται.

Tituli II Paratitla.

Libri 1, tit. 1, constit. 2, cujus initium, *Nullus*. Solis orthodoxam fidem colentibus episcopis ecclesiæ traduntur.

Annibalis Fabroti notæ.

(78) *Ad pensionum.* In manuscripto Leuncl. et D. Peirescii legitur, εἰς τὸ ἐνοίκιον. Cujacius emendandum putat, εἰς τὸ Αἰγύπτου, ut sit perfecta enumeratio diœcesum Orientis, obs. 12, 28.

(79) *Consuetudinum.* Συνηθειῶν, συνήθεια pro salario. Glossæ Latino-G. salarium, ὀψώνιον, παροχὴ, συνήθεια, ἁλατικόν ; Concil. Chalc. p. 381 et 383, a.: Leo Tact. cap. 19, num. 18 : Μηδένα τῶν ὑπ' αὐτοῖς στρατιωτῶν ἀδικεῖν, ἢ τὸ οἰονοῦν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας.

(80) *Locum expresserit.* Negatio igitur delenda in constitutione integra c. eod. ibi : Ῥητὸν μὴ θείη τόπον, ut etiam constat ex his verbis quæ præcedunt, nulla domus mentione facta.

Lib. I, tit. 3, constit. 10 (81), cujus initium, *Si quis*, Qui vel impressionem, vel quamcunque injuriam Ecclesiæ loco inferre conatus fuerit, capitali supplicio punitur.

Lib. I, tit. 3, constit. 13, cujus initium, *Si ecclesiæ*. Qui ecclesiarum privilegia violat, quinque librarum auri multam præstat.

Lib. I, tit. 3, constit. 20, cujus initium, *Si quis*. Ubi clericus, vel monachus, vel diaconissa, vel solitaria, nullo condito testamento decesserit, nec ejus hæreditatem adierit ecclesia, vel monasterium, propterea quod esset ascriptitius, aut libertus, aut curialis : si quas habet adversus eum actiones ecclesia, vel monasterium, adversus hæredes experietur.

Lib. I, tit. 3, constit. 22, cujus initium, *Si qua*. Privilegia per antiquas constitutiones ecclesiis concessa, rata sint.

Lib. I, tit. 3, constit. 26, cujus initium, *Decernimus*. Nec publicum aliquod ædificium, nec quod ad oblectamentum civitatis destinatum sit, a monachis aut clericis surripitor, ut sit ecclesia.

Lib. I, tit. 3, constit. 32, cujus initium, *Omnes*. Omnia privilegia, quæ per antiquas constitutiones ecclesiis concessa sunt, rata sunto.

Lib. I, tit. 3, constit. 34, cujus initium, *Omnia*. Privilegia præstita ecclesiis, aut hominibus, aut rebus ecclesiarum, firma sunto.

Lib. I, tit. 3, constit. 44, cujus initium, τῶν ἱερῶν κανόνων. Presbyter, aut diaconus (82), in matrimonio versari non possunt. Quamobrem si quis hoc fecerit, et uxori suæ res aliquas dederit, vel inter vivos donatione, vel in testamento, ecclesia, cui subest, eas ipsas sibi vindicat.

Lib. I, tit. 3, constit. 53, cujus initium, *Raptores*. Res ejus, qui diaconissam, aut virginem rapuit; ecclesia, cui subest, pleno dominio consequitor.

Lib. I, tit. 4, constit. 3, cujus initium, *Nemo*. Disserit hæc constitutio, et exponit, qualibus a criminibus festum dierum Paschalium (83) liberet.

Lib. I, tit. 5, constit. 1, cujus initium, *Privilegia*. Hæretici ecclesiis indulta privilegia sibi non

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. ι', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis*. Ἐάν τις. Ὁ ἐφοδον οἱανδήποτε παρίσταται ἐπιχειρήσας ποιῆσαι τῷ τῆς Ἐκκλησίας τόπῳ κεφαλικῶς τιμωρεῖται.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. ιγ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si ecclesiæ*. Ἐάν ἡ Ἐκκλησία. Ὁ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν παραφθείρων προνόμια, *privilegia*, πέντε λίτρας χρυσίου πρότιμᾶται.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis*. Ἀξιοθέου τελευτήσαντος τοῦ κληρικοῦ, ἢ τοῦ μοναχοῦ, ἢ διακονίσσης, ἢ μοναστρίας, καὶ μὴ κληρονομηθέντος ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἢ τοῦ μοναστηρίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀναπόγραφον ἢ ἀπελεύθερον, ἢ βουλευτήν· εἴ τινας ἔχει κατ' αὐτοῦ ἀγωγὰς, ἡ Ἐκκλησία, ἢ μοναστήριον κινήσει κατὰ τῶν τούτου κληρονόμων.

Βιβ. α', τίτ. γ', διατ. κβ', ἧς ἡ ἀρχὴ. *Εἴ τινα, Si qua*. Προνόμια τὰ ταῖς Ἐκκλησίαις ἐκ παλαιῶν διατάξεων πεφιλοτιμημένα κρατείτω.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Decernimus*. Ὑπὸ μοναχῶν ἢ κληρικῶν μήτε δημόσιον οἰκονόμημα, μήτε πρὸς τέρψιν πόλεως ἀφωρισμένον εἰς Ἐκκλησίαν ὑφαρπαζέσθω.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. λβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes*. Πάντα τὰ πριβιλέγια, ἅτινα ταῖς Ἐκκλησίαις ἐκ παλαιῶν διατάξεων πεφιλοτίμηνται, ταῦτα κρατείτω.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. λδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnia*. Τὰ παρασχεθέντα πριβιλέγια ταῖς ἐκκλησίαις, ἢ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ πράγματα τῶν ἐκκλησιῶν, βέβαια ἔστωσαν.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. μδ', ἧς ἡ ἀρχὴ. *Τῶν ἱερῶν κανόνων*. Ὁ πρεσβύτερος ἢ ὁ διάκονος οὐ δύνατει γάμοις προσομιλεῖν. Ὅθεν, ἐάν τις τοιοῦτόν τι ποιήσῃ, καὶ παράσχῃ τῇ ἑαυτοῦ γαμετῇ τινα πράγματα ἐντερβίβως, ἢ ἐν διαθήκῃ, ἡ ἐκκλησία ὑφ' ἣν τελεῖ, ταῦτα διεκδικεῖ.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. εγ', ἧς ἡ ἀρχὴ, Ἅρπαγες, *Raptores*. Τὰ τοῦ ἁρπάσαντος διακόνισσαν ἢ παρθένον πράγματα ἡ ἐκκλησία ὑφ' ἣν τελεῖ, κατὰ τελείαν δεσποτείαν λαμβάνει.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo*. Ἡ διάταξις διαλαμβάνει καὶ λέγει, ποίων ἐγκλημάτων ἐλευθεροῖ ἡ ἑορτὴ τῶν πασχαλίων ἡμερῶν.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Προνόμια, Privilegia*. Οἱ αἱρετικοὶ μὴ ἐκδικείτωσαν τὰ παρα-

Annibalis Fabroti notæ.

(81) *Constitutio* x. Vide Saresb. Pol. lib. v, c. 3.

(82) *Presbyter aut diaconus*. Presbyteri, diaconi, et subdiaconi matrimonium contrahere non possunt, alioquin ab officio removentur, cap. 1 et 2, extr. *qui cler. vel voventes*. Concil. Aurelianen. II, c. 8, propter votum continentiæ : quia tam diaconi quam subdiaconi cum primum ad clerum adsciscuntur, carnem suam in æternum obsignant. Et ex juniorum pontificum Constitutionibus conjugatus non assumitur ad sacerdotium, diaconatum, aut subdiaconatum, nisi conversio promissa sit, *C. assumi et seq.* distinct. 18, c. ult. dist. 31. D. Hieronym. in epist. 50, ad Pammachium : *Episcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici*. Vide P. Damianum epist. 3 lib. IV, et epist. 13, lib. V. In minoribus autem ordinibus constitutis, puta lectoribus, cantoribus, ostiariis, exorcistis et acolythis, licet matrimonium contrahere, can. 25 Apostol.; can. 6 synodi in Trullo coactæ, Nov. V, cap. 8 et XXII, cap. 42.

(83) *Dierum Paschalium*. Leo Magnus, serm. 2, de Quadragesima. Vide Append. Cod. Theodos. p. 17 et *seq.*

σχεθέντα ταῖς ἐκκλησίαις προνόμια. Μόνοις γὰρ ταῦτα τοῖς ὀρθοδόξοις ἐπιτρέπεται.

A vindicent. Nam solis orthodoxis ea conceduntur.

Βιβ. α', τίτλος ε', διάταξις η', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quicunque*. Τὰ τῶν Εὐτυχιανιστῶν, ἤτοι Ἀπολιναριστῶν μοναστήρια τῇ τῆς ἐνορίας ἐκκλησίᾳ προσχυρωθήσονται.

Lib. I, tit. 5, constit. 8, cujus initium, *Quicunque*. Eutychianistarum sive Apollinaristarum monasteria ecclesiæ territorio addicentur.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. ι', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis*. Μηδεὶς τῶν ὀρθοδόξων κτῆμα, ἐν ᾧ ἐστιν ὀρθοδόξων ἐκκλησία, ἢ εὐκτήριον, ἐν διαθήκῃ ἢ δωρεᾷ, ἢ ἐν τελευταίᾳ βουλήσει ἢ ἄλλῳ τρόπῳ ἐκποιείτω, ἢ διδότω αἱρετικῷ.

Lib. I, tit. 5, const. 10, cujus initium *Si quis*. Nemo prædium orthodoxorum in quo est orthodoxorum ecclesia, vel oratorium, in testamento, vel donatione, vel in suprema voluntate, vel alio modo alienet, aut det hæretico (84).

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cœlicolarum*. Οἱ τόποι οἱ εἰς τὰς συνόδους ἀφωρισμένοι τῶν σεβόντων τὸν οὐρανὸν ταῖς ἐκκλησίαις προσχυρούσθωσαν.

Lib. I, tit. 9, constit. 12, cujus initium, *Cœlicolarum*. Loca cœlicolarum conventibus assignata, ecclesiis addicuntor.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιη', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Hac valitura*. Νέου κατασκευασθεῖσα συναγωγὴ Ἰουδαίων ἢ Σαμαρειτῶν τῇ ἐκκλησίᾳ προσχυρούσθω.

B Lib. I, tit. 9, constit. 18, cujus initium, *Hac valitura*. Exstructa Judæorum vel Samaritanorum nova synagoga, ecclesiæ addicitor.

Βιβ. α', τίτ. ια', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnia loca*. Οἱ ἐν Καρθαγένῃ ἱερατικοὶ τόποι, οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ταῖς ἐκκλησίαις δωρηθέντες, ἀναφαιρέτως μενέτωσαν παρ' αὐταῖς.

Lib. I, tit. 11, constit. 5, cujus initium, *Omnia loca*. Sacra Carthagine loca (85), ecclesiis ab ipso imperatore donata, maneant eis inadempta.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Denuntiamus*. Μηδεὶς ἐν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, ἢ ἐν ἄλλοις προσκυνητοῖς, ἐν οἷς αἱ εὐχαὶ ἐπιτελοῦνται, ἐκβοήσει κεχρήσθω, ἢ στάσιν κινείτω, ἐσχάτην ἐντεῦθεν ὑφορώμενος τιμωρίαν.

Lib. I, tit. 12, constit. 5, cujus initium, *Denuntiamus*. Nemo sanctissimis in ecclesiis, vel in aliis venerabilibus locis, in quibus vota concipiuntur, conclamationibus utitor, vel seditionem moveto; ultimum inde supplicium formidans.

Βιβ. α', τίτ. ιγ', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Jamdudum*. Ὁ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐλευθερωθεὶς ἐπὶ τοῦ δήμου καὶ ἐπισκόπου βεβαίαν κτᾶται τὴν ἐλευθερίαν.

Lib. I, tit. 13, constit. 4, cujus initium, *Jamdudum* (86). Qui manumissus est in ecclesia, coram C plebe ac episcopis (87), libertatem certam consequitur.

Βιβ. α', τίτ. ιγ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Qui religiosa*. Ὅταν ἐν ἐκκλησίᾳ τις, παρόντος τοῦ ἐπισκόπου, ἐλευθερωθῇ, οὕτω γενέσθω ἐλεύθερος, ὡς πάντων τῶν νενομισμένων ἐπὶ τῇ ἐλευθερίᾳ γενομένων.

Lib. I, tit. 13, constit. 2, cujus initium, *Qui religiosa*. Cum in ecclesia quis, episcopo præsente, manumissus fuerit, ita liber fiat, atque si omnia in manumissione solemnia servata fuissent.

Βιβ. γ', τίτ. ιβ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes*. Οἱ δικασταὶ, καὶ τὸ τῶν πόλεων πλῆθος, καὶ τὰ συστήματα τῶν τεχνῶν, πᾶσαν τὴν Κυριακὴν ἀργείτωσαν· γεωργοὶ δὲ ἐξέστω ταῖς οἰκείαις ἐργασίαις προσκαρτερεῖν.

Lib. III, tit. 12, constit. 2, cujus initium, *Omnes*. Die Dominico (88) judices omnes, et civitatum plebes, et artium cunctarum collegia, quiescant: agricolis vero liceat ut operis suis intenti sint.

Βιβ. γ', τίτ. ιβ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quadraginta*. Ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ τῶν νηστειῶν μηδεμία διάγνωσις ἐγκλημάτων προβαινέτω.

Lib. III, tit. 12, constit. 5, cujus initium, *Quadraginta* (89). In jejuniorum quadragesima, nulla cognitio criminalis locum habeat.

Βιβ. γ', τίτ. ιβ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes*. Τὰς ιε' τῆς Πασχαλίας ἡμέρας, καὶ τὴν Χριστοῦ Γένναν, καὶ τὰ Θεοφάνεια, καὶ ἑκάστης ἑβδομάδος Κυριακὴν, καὶ ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ πάθους τῶν ἀπο-

Lib. III, tit. 12, constit. 6, (90) cujus initium, D *Omnes*. Quindecim diebus paschalibus, et die natali Christi, et Theophaniis, et cujuslibet septimanæ Dominica, et in memoria passionis apostolorum,

Annibalis Fabroti notæ.

(84) *Hæretico*. Nam nec hæreticus ejusmodi prædium comparare potest. Theophil. ad § 2. *Inst. de inutil. stipul.*

(85) *Carthagine loca*. Constitutio missa est ad populum Carthaginensem.

(86) *Jamdudum*. Una est ex tribus Constantini constitutionibus. Nicephor. lib. VII, c. 16.

(87) *Ac episcopis*. Ὑπὸ μάρτυσι τοῖς ἱερεῦσι,, Sozomenus, I, c. 19. Addit Constantinus in l. 1 cod. *De his qui in Eccl. manumit.* et seq.: Ab episcopis quoque et clericis manumissos justam libertatem consequi; quorum favore Justinianus quoque pleraque singularia constituerat, ut scribit Balsamon ad can. 85, synodi Carthag. quo jure cum Italia dudum uteretur, placuit Africanis Patribus Augustini suggestio, qua suadebatur ut idem jus a principe postularetur, ut constat ex canon. 64 et 82 Eccles. Afric.

(88) *Die Dominico*. Vide sup. Parat. tit. 1.

(89) *Quadraginta*. Vide sup. eod. Parat.

(90) Lib. III, tit. 12, Const. 6. *Theophaniis*. In l. 7, c. *de fer.* Brodæi codex, Epiphaniarum, quidam Epiphaniorum. ut c. Menagii, alii Theophaniorum. Bals. τὰ Θεοφάνεια neutraliter, ut Theophaniorum legisse videatur. Hoc festum Latini etiam veteres Epiphaniam vocabant, Amm. Marcellin. XXI. V. Greg. Naz. or. 38, init.

spectacula cessent, et tribunalia, itemque præstationis annonarum compulsiones, et privatorum debitorum exactiones.

Lib. IV, tit. 63, constit. 5 (91), cujus initium, *Cessante.* Decani Majoris ecclesiæ Constantinopolitanæ habent immunitatem : sed non fiunt ultra nongentos (92) quinquaginta.

Lib. VI, tit. 48, constit. 1, cujus initium, *Incertis* (93). Cap. 8, ait constitutio posse quem Ecclesiæ legatum vel hæreditatem relinquere.

Lib. VII, tit. 72, constit. 10, cujus initium, *Cum apud.* Cum res debitoris creditores distrahunt, si pretium solutum amplius esse fuerit inventum, quam ea summa sit, quæ ipsis debetur : id, quod superest (94), in archivis ecclesiæ deponunto, ut quondam debitori servetur.

Lib. X, tit. 16, constit. 11 (95), cujus initium, *Illud.* Formæ publicorum tributorum, quæ apud Achivos (96), atque etiam Macedonas exstat, insistendum est. Et quamvis hæc Macedonum Ecclesia, remissionem (97) [tributorum] est consecuta ; propterea tamen aliena tributa (98) sub nomine suo sublevare non debet.

Lib. XI, tit. 75, constit. 4, cujus initium, *Absit.* Etiam ecclesia instructionis itinerum (99), et pontium reparationis onus agnoscat.

Lib. XII, tit. 37, constit. 17, cujus initium, *Cum sæpe.* Si deputati fuerint milites ecclesiæ cuipiam, ex alio loco translati, et annonarum (1) præstatio in eo loco damnum det fisco : quæ ipsos arcessivit ecclesia, damnum agnoscet.

Lib. XII, tit. 50, constit. 20, cujus initium, *Nullus.* Ne sanctissimæ quidem ecclesiæ tempore expeditionis ab angariis (2) vel parangariis excusationem habeant.

Legito etiam publicatam post codicem constitutionem inter novellas ordine septimam, cujus initium et inscriptio, *Lex de non alienandis vel permutandis rebus ecclesiasticis*, et quæ sequuntur. Item 44, cujus inscriptio est, *De rerum ecclesiasticarum immobilium alienatione ac solutione.* Item 52, cujus in-

A στόλων, ἀργεῖτωσαν αἱ θεαὶ [*Isc.* θέαι], καὶ τὰ δικαστήρια, καὶ αἱ τῶν ἀννωνῶν ἀπαιτήσεις, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτικῶν χρεῶν εἰσπράξεις.

Βιβ. δ', τίτ. ξγ', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cessante.* Οἱ δεκανοὶ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἀτέλειαν ἔχουσιν· οὐ γίνονται δὲ περαιτέρω τῶν ϡν'.

Βιβ. ς', τίτ. μη', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Incertus.* Ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις ὅτι δύνανται τις ληγάτον ἐκκλησίαις καταλιμπάνειν καὶ κληρονομίαν.

Βιβ. ζ', τίτ. οβ', διάτ. ι', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cum apud.* Ἡνίκα οἱ δανεισταὶ τὰ πράγματα τοῦ χρεώστου πιπράσκουσιν, εὑρεθῇ δὲ πλέον τὸ καταβληθὲν τίμημα τῆς κεχρεωστημένης [χρεωστημένης] ποσότητος, ἐν τοῖς ἀρχείοις τῆς ἐκκλησίας τὸ περιττὸν ἀποτιθέσθωσαν, ἐπὶ τῷ φυλάττεσθαι τοῦτο [γρ. τούτῳ] τῷ παλαιῷ χρεώστῃ.

Βιβ. ι', τίτ. ς', διάτ. ιδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Illud.* Τῷ τύπῳ τῶν δημοσίων εἰσφορῶν τῷ ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ, ἔτι γε μὴν καὶ τῶν Μακεδόνων, καὶ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν, μὴ κεχρήσθω ἡ ἁγιωτάτη Θεσσαλονίκης ἐκκλησία. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ αὕτη συγκεχώρηται, διὰ τοῦτο ὀφείλει ἀλλότρια τελέσματα τῷ οἰκείῳ κουφίζειν ὀνόματι.

Βιβ. ια', τίτ. οε', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Absit.* Καὶ ἡ ἐκκλησία τὸ τῆς ὁδοστρωσίας καὶ τὸ τῆς ἀνανιώσεως τῶν γεφυρῶν ἐπιγινωσκέτω βάρος.

Βιβ. ιβ', τίτ. λζ', διάτ. ξ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cum sæpe.* Ἐὰν ἀφορισθῶσιν στρατιῶται ἐκκλησίᾳ τινὶ ἐξ ἑτέρου τόπου μετενεχθέντες, καὶ τὸ παρασχέσθαι τὰς ἀννώνας ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ διαζήμιον ποιεῖ τῷ δημοσίῳ· ἡ ἐπικαλεσαμένη τούτους ἐκκλησία τὸ διαζήμιον ἐπιγνώσεται.

Βιβ. ιβ', τίτ. ν', διάτ. κ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nullus.* Μηδὲ αἱ ἁγιώτατα ἐκκλησίαι ἐν καιρῷ ἐξπεδίτου τῶν ἀγγαριῶν ἢ τῶν παραγγαριῶν ἐξουσατίωνα ἐχέτωσαν.

Ἀνάγνωθι καὶ τὴν μετὰ τῶν Νεαρῶν ζ' διάταξιν, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ, *Νόμος περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι, ἢ ἀνταλλάττεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τὴν μδ', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ, *Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκποιήσεως καὶ καταβολῆς*· καὶ τὴν ιβ', ἧς ἡ ἐπι-

Annibalis Fabroti notæ.

(91) Lib. IV, tit. 63, const. 5. Οἱ δεκανοὶ, colegiati l. 5, c. de commerc. *Habent immunitatem* ; Nov. XLIII, c. 1.

(92) *Nongentos.* Mutatus numerus ex l. 4 c. *De sacros. eccles.*

(93) Lib. VI, t. 58, constit. 1, cujus initium, *Incertis.* Hoc paratitlo hæc editio auctior est.

(94) *Quod superest.* Creditor actione pigneratitia tenetur ad superfluum reddendum, l. *Eleganter* 24, § *Si vendiderit*, L. *De pignerat.* act. l. *In fraudem* 43, § *Si plus*, D. *De jur. fisc.* l. ult. c. *De distr. pign.* l. ult. c. *Si vend. pign. agat.*

(95) Lib. X, t. 16, const. 11. XI. est post restitutam a Cuj. legem 1 c. eod.

(96) *Apud Achivos.* Recte igitur in vett. pro, *sed hi*, legitur, *Achivi.* Cæterum corruptum hic erat exemplar Leunci. Nos ope codicis Peiresciani constitutionem hanc castiorem edimus, mendosa tamen in eo scriptum erat, ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ, pro ἐπὶ τῶν Ἀχαιῶν. Ne quid autem deesset, versionem et hic nostram exhibuimus. Forma et dispositione publicorum tributorum, quæ apud Achivos, Macedonas et alias provincias observatur, sacrosancta Thessalonicensis Ecclesia non utatur: non enim quia ipsa ei remissa est, ideo aliena tributa sub nomine suo sublevare debet.

(97) *Remissionem.* Ecclesiæ Thessalonicensi remittitur capitatio.

(98) *Aliena tributa.* L. VIII, c. *De sacros. Eccles.*

(99) *Itinerum* Vide sup. ad. tit. 2, const. 7.

(1) *Ne annonarum.* Vide an in Gr. legatur καὶ ἀπὸ μὴ, et l. 17, etc., ibi : *Ne per eorum*, etc.

(2) *Ab angariis.* Vide sup. tit. 2, const. 11.

γραφή. Ὥστε τὴν διάταξιν τὴν βουλομένην τοὺς ἐξ ἀπογράφου καὶ ἐλευθερίας τεχθέντας ἐλευθέρους εἶναι ποεῖσθαι, καὶ τὰ ἑξῆς. Εὑρήσεις γὰρ ἐν μὲν τῇ ἑβδόμῃ γενικῶς κεκωλυμένην πᾶσαν ἐκποίησιν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἐμφύτευσιν δὲ μόνην ἐπιτετραμμένην, καὶ αὐτὴν ἄχρι δύο προσώπων, αὐτοῦ τε τοῦ λαμβάνοντος καὶ τοῦ αὐτοῦ κληρονόμου· ἐν δὲ τῇ μβ', ὡς, ἡνίκα χρέα δημόσια ἢ ἰδιωτικὰ ἐπικέκτηνται ταῖς ἐκκλησίαις ψηφιζομένου, διακρίτου πραττομένου δύνανται ἀκίνητα πράγματα ἐκποιεῖν. Ἐν δὲ τῇ νβ', ἐν τῷ β' κεφαλαίῳ, εὑρήσεις περὶ τοῦ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους ἀμείψεις ποιεῖσθαι πρὸς ἑαυτοὺς ἀκινήτων, διακρίτου πρότερον πραττομένου ἐπ' αὐτούς. Ὑπεξαιρεῖ δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ διατάξει, ἐν τῇ μδ', τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πάντα ἱερὸν τόπον συντελοῦντα εἰς αὐτήν.

A scriptio est : *Ut constitutio quæ natos ex ascriptitio et ingenua, vult esse liberos, intelligatur*, et quæ sequuntur. Quippe reperies in illa quidem prima generaliter esse prohibitam omnem alienationem (3) rerum ecclesiasticarum : emphyteusin vero duntaxat esse permissam, ad duas usque personas (4), ejus videlicet, qui emphyteusin accipit, et alterius, qui hujus est hæres. In quadragesima vero quarta, quod cum debita fiscalia (5) vel privata ecclesiis incumbunt, decreto (6) interveniente res immobiles alienare possint. In 55 denique capite secundo, invenies agi de eo, quod oratoria permutationes inter se rerum immobilium facere possint, modo de his decretum prius interponatur. Excipit autem et in hac constitutione et in 44 Majorem ecclesiam (7) B Constantinopolitanam, et omnem locum sacrum, sub ea positum.

ΤΙΤΛΟΣ Γ'.

Περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ ὀρφανοτρόφων, καὶ βρεφοτρόφων, καὶ ξενοδόχων, καὶ πτωχείων, καὶ ἀσκητηρίων, καὶ μοναχῶν, καὶ προνομίων αὐτῶν, καὶ καστρησίου πεκουλίου, καὶ ἀγοραζομένων αἰχμαλώτων, καὶ περὶ γάμων κληρικῶν κεκωλυμένων, καὶ ἐπιτετραμμένων.

Ἑρμηνεία Α'. Οἱ κληρικοὶ καὶ τὰ ἀνδράποδα αὐτῶν οὐχ ὑπόκεινται κεναῖς [*Ισ.* καιναῖς] εἰσφοραῖς, ἢ μιτάτοις.

Β'. Οἱ κληρικοὶ ῥυπαραῖς οὐχ ὑπόκεινται λειτουργίαις, οὔτε ταῖς τῶν πραγμάτων δόσεσιν· ἐπειδὴ τὰ κτώμενα αὐτοῖς εἰς ἀποτροφὴν χωρεῖ πτωχῶν· οὔτε ἐξτραορδιναρίοις, οὔτε παραγγαρίαις· οὔτε αἱ οὐσίαι C αὐτῶν, οὔτε γαμεταὶ ἢ παῖδες αὐτῶν, ἢ γυναῖκες αὐτῶν.

Γ'. Οἱ κληρικοὶ τὰ δημόσια τῶν ἀγρῶν αὐτῶν, καὶ τὰς μετακομιδὰς ἐπιγινώσκουσιν.

Δ'. Ἐὰν οἱ ταξεῶται ἢ οἱ καθολικιανοί, καταλι-

TITULUS III.

De episcopis et clericis, et orphanotrophis (8), et brephotrophis, et xenodochis, et ptochotrophis, et ascetriis, et monachis, et privilegiis eorum, et castrensi peculio, et redimendis captivis, et de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

I. Clerici (9), et eorum mancipia, novis collationibus, aut metatis (10) subjecti non sunt.

II. Clerici muneribus sordidis (11) non sunt subjecti, neque negotiatorum præstationibus : quando ea, quæ ipsi acquirunt, alendis pauperibus cedunt. Nec item muneribus extraordinariis, nec parangariis, tam facultates eorum, quam conjuges (12) aut liberi, vel eorumdem uxores subjacent.

III. Clerici fiscalia (13) prædiorum suorum, et transvectiones (14) agnoscunt.

IV. Si officiales (15), vel catholiciani, relicto mi-

Annibalis Fabroti notæ.

(3) *Omnem alienationem*. Alienationis nomine continetur venditio, donatio, permutatio, emphyteusis perpetua. D. Nov. VII, c. 1, sed ex Novel. CXX, cap. 1, non prohibetur emphyteusis perpetua, nisi Majori ecclesiæ Constantinopolitanæ.

(4) *Ad duas usque personas*. Vid. d. Novell.

(5) *Fiscalia*. Novel. XLVI, cap. 1.

(6) *Decreto*. Præsidis.

(7) *Majorem Ecclesiam*. Prohibetur quoque Majori ecclesiæ Constantinopolitanæ permutatio prædiorum d. Nov. LIV, c. 2, in fin. et. d. Novell. XLVI, c. 3.

(8) *Orphanotrophis*. Καὶ ὀρφανοτρόφων. Rectius igitur leges apud Justin. orphanotrophis ; est enim hic tit. præsertim de personis, nec aliter legitur in antiquo Brodæi et Menagii cod.

(9) *Clerici*. Sanctus Basilius in epistola 279 et 304, postulat a censitore, ut monachi secundum constitutionem in eorum gratiam editam, tributorum solutione liberentur.

(10) *Aut metatis*. Sic in Basil. Μήτε μιτάτα διδότωσαν. Neque hospites suscipietis, l. I, c. eod. sexta synod. Const. act. 11. Ἐν ἑνὶ μιτάτῳ, vet. int. in uno mitato, synod. Nic. II, act. 4, ex sermone quodam S. Athanasii : Ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον. Anastasius vertit : Mansionem majorem. Glossæ ms. Metatores, mansionum præparatores. Auctor libri De hæresibus lib. I : *Definitiones ejus e metatoribus Antichristi adinventas*. Orosius, lib. VII, c. 2 : *Cæsar metator imperii potius quam imperator*. Vide ad c. 4. tit. 9.

(11) *Muneribus sordidis*. Ut puta, ne fiant capsarii, vel pistores, quo exemplo utuntur Græci, lib. LIV, in hunc locum in l. 1, cod. *De excusat. muner.*, et l. IX. *Et tractantes*, De immunitate Ecclesiarum, lib. V ; Cujac. ad l. I *De capsar.* Vide Cujac. obs. 5, 8.

(12) *Conjuges*. Conjugia clericorum, l. II, c. eod. conjugia pro conjugibus, ut matrimonia.

(13) *Fiscalia*. Τὰ δημόσια, Bals. Basil. autem συντελείας. Glossæ Basil. φισκάλια, Abdias, aut quisquis est, *Apostolicæ historiæ* lib. V : *Dum solvunt fiscalia*, δημόσια. Glossæ Gr.-Lat. συντέλεια, τὸ ἐπίταγμα, tributum, συντελεστής, tributarius.

(14) *Transvectiones*. Μεταχομιδή, Bals. Glossæ : μεταχομιδή, evectio, transvectio, in l. 3 c. eod. translationes. Quid sit translatio, et transvectio, vide Cuj. ad tit. 28 et 48. Cod. lib. X.

(15) *Officiales*. Ταξεῶται, Balsamo. Macarius homil. 15 : Οἱ διάκονοι τοῦ ἄρχοντος καὶ οἱ ταξεῶται. Glossæ : Ταξεώτης, *apparitor, officialis*. Vide Glossar. nostrum ad Julian. Antec. Officiales rationales, l. 4 c. eod. ut rationale officium in l. 6, c. *De superind.* Catholiciani sunt officiales procuratores Cæsaris, qui catholicus et rationalis dicitur, Basilica ad l. ult. D. *De interrog. in jud. fac.* et ad l. 3, c. *Si advers. fisc.* S. Anastasius, et Nicephorus Callistus : Glossæ veteres : καθολικὸς rationalis. Ælius Capitolinus in Gord. : Quidam rationalis sibi ultra procurationem omnia vindicans. A Catholico Catholiciani, a rationali rationales dicti.

nisterio (16) cursus et primipili, contractis erga fiscum (17) debitis, clerici facti fuerint, conditioni suæ restituuntur. Si vero apud magistratum, per depositionem ipsius officii constiterit, eos non esse ratiociniis vel ministeriis obnoxios, atque ipsi vitæ probabilis sint : absque dispendio facultatum suarum transferuntur. Quod si clam facti fuerint clerici, duas partes (18) facultatum suarum concedunt liberis, aut liberis nullis exstantibus, propinquis : aut in horum defectu, sociis officialibus : ac tertiam partem sibi retinent.

V. Si quis rapuerit, vel duntaxat uxorem ducere (19) virginem sacram attentaverit (20) : capitali supplicio (21) punitur.

VI. Presbyteri, et diaconi (22), et exorcistæ (23), et lectores, et ostiarii (24), personalibus etiam muneribus eximuntur.

VII. Episcopus testimonium non dicit (24*).

VIII. Presbyteri sine tormentis (25) testimonium dicunt, ita tamen, ut ipsi litigatores eos actione falsi convenire possint. Cæteri vero clerici secundum juris ordinem testimonium dicunt.

IX. (25*) Quæ annum sexagesimum non excessit, non fit diaconissa.

πόντες τὴν ὑπουργίαν τοῦ δρόμου καὶ τοῦ πριμικηλίου, χρεωστήσαντες τῷ δημοσίῳ γένωνται κληρικοί, ἀποδίδονται τῇ ἰδίᾳ τύχῃ. Εἰ δὲ παρὰ τῷ ἄρχοντι διὰ τῆς καταθέσεως τῆς τάξεως φανῶσι μὴ ὑποκείμενοι λογισμοῖς ἢ λειτουργίαις, καὶ εἰσὶ δοκίμου ζωῆς, μεταφέρονται ἀνευ ζημίας τῶν ἰδίων. Εἰ δὲ λάθρα γένωνται, δύο μοίρας τῶν οὐσιῶν αὐτῶν παραχωροῦσι τοῖς παισίν· ἢ, παίδων οὐχ ὑπόντων, τοῖς συγγενέσιν· ἢ ἐν ἀπορίᾳ τούτων τοῖς ταξεώταις· καὶ τὸ γ' παραχρατοῦσιν.

Ε'. Ἐάν τις ἁρπάσῃ, ἢ μόνον πειραθῇ λαβεῖν γαμετὴν [παρθένον ἱερὰν, ἀποκεφαλίζεται.]

Ϛ'. Πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ ἐξορκισταὶ, καὶ ἀναγνῶσται, καὶ ὀστιάριοι, καὶ τῶν περσοναλίων λειτουργιῶν ἐξαιροῦνται.

Ζ'. Ἐπίσκοπος οὐ μαρτυρεῖ.

Η'. Οἱ πρεσβύτεροι χωρὶς βασάνων μαρτυροῦσι, δυναμένων τῶν δικαζομένων ἐνάγειν αὐτοὺς περὶ πλαστοῦ. Οἱ δὲ λοιποὶ κληρικοὶ κατὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν μαρτυροῦσιν.

Θ'. Ἡ μὴ ὑπερβᾶσα τὸν ἑξηκοστὸν ἐνιαυτὸν οὐ γίνεται διακόνισσα.

Annibalis Fabroti notæ.

(16) *Relicto monasterio.* Officiales igitur rationales publicum cursum exhibebant in provinciis. V. ad Glossas Basilic. in v. Κουριῶσος, deque primipilo ibidem in πριμίπιλον.

(17) *Contractis erga fiscum.* Interversa ratione fiscali, l. 1, c. eod., ut apud Tacit. *Hist.* II, c. 95, 4 : *Novies millies sestertium paucissimis mensibus intervertisse creditur.* Et *Annal.* lib. XVI, cap. 10, 2. *Interversis patroni rebus.* Petron. *Si intervertissent pecuniam vestram* ut in l. ult. D. *De fugitiv.*

(18) *Duas partes.* Verba d. legis 4, uti exstant in antiquis exemplaribus hæc sunt : *Quod si clandestinis artibus putaverint irrependum, duas concedant liberis, aut si proles defuerit, propinquis ex propria substantia* (alii, *propriæ substantiæ*) *portiones, tertia sibimet retenta. Sin vero propinquorum necessitudo defuerit, geminæ portiones officiis, in quibus militant, relinquantur, portione tertia tantummodo retenta.* Alii, *relicta.* Subscriptio autem ita restituenda est : Dat. Kal. Sept. Tauro et Floro coss.

(19) *Uxorem ducere.* De atrocitate hujus sceleris Avitus Viennens. epist. 49 : *Vos conjicite qualiter cœlestis justitiæ castitas moveatur, si sponsam Christo devotam, et in sancti altaris thalamo benedictione dotatam, ut nihil amplius dicam vel petulanter aspexerit,* etc. Vide ibid. Notas v. c. et doctissimi Jac. Sirmondi.

(20) *Attentaverit.* Petron. *Accessi tentaturus an pateretur injuriam.* Idem attentare quod tentare, vet. onomast. attento, πειράω. V. eod. LL. ant. p. 403.

(21) *Capitali supplicio punitur.* Continuator Theophanis in Michaele Amoriens. : Ἀφαρπάζει τὴν παρθένον τοῦ ἀσκητηρίου, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔκουσαν ὑπηγάγετο. Ταύτης οὖν οἱ ἀδελφοὶ τῷ Μιχαὴλ προσῆσαι, τὰ τοῦ δράματος διηγούμενοι. Ὁ δὲ κελεύει τῷ στρατηγῷ, εἰ οὕτως φωράσει ἔχουσαν τὴν ἀλήθειαν, τὴν ῥίζα τοῦ τετολμηκότος Εὐφημίου ἀποτεμεῖν κατὰ τὴν τοῦ νόμου ἀκρίβειαν. In atrocioribus enim eadem severitate voluntas sceleris, qua effectus punitur. Donatus in *Andriam*, act. I, sc. 5 : *Non perficere, sed conari velle aliquid ad scelus, effectio est,* etc. Auctor libri contra hæresim Prædestinat : *Fit per arbitrium suum sine facto reus. Voluntas enim perfecta pro facti opere a justo judice reputatur : et impleste dicitur omnia qui quod potuit fecit.*

C Raptori interdicitur matrimonio raptæ. Cap. Caroli M. lib. 1, c. 194, Capit. Caroli Calvi p. 60. Qui sanctimonialis. Imo tam raptor quam rapta capite plectitur, si postea rapta raptori nupserit. Synod. Turonica, II, c. 21 : *Statuimus ut nullus sacratam Deo virginem,* etc. p. 228, col. 2, in fin. tom. II concil., parte 2. Edictum Theodorici, § 17, *Raptorem.* Vide formulas solemnes editas cum cod. LL. Antiq. formula 81. Hodie jure pontificio consistit matrimonium, si rapta cum qua connubium est postea consenserit, cap. ult. extr. *De raptorib.* Vide Capit. Car. M. p. 21, 51, 181, et cap. Car. Calvi p. 60 : Zonaram ad can. 12, 4 synod. Chalced. Vide tom. I *Concil. Gall.* p. 337. Drusium in Sulpic. Sever. p. 76, Sozomen. VI, 5; Nicephorum, X, 39.

(22) *Diaconi.* Et subdiaconi, l. 4, c. h. t.

(23) *Exorcistæ.* Exorcistæ prætermissi sunt in Basilicis repetitæ prælectionis, auctore Bals. ad D Phot. V. Wonuer. ad Minut. p. 153; de Exorcistis, vide quæ dixi ad Parat. Cujac. h. tit.

(24) *Ostiarii.* Dele ex d. l. VI, vocem, *acolythos.* quæ nec exstat in tribus codicibus Bals. nec in Basilic. nec in lib. vet.

(24*) Plenius Harmenop. hanc legem ita extulit : *Episcopi nec volentes, nec inviti ad testimonium dicendum in jus vocari possunt, sed ad eos domum mittitur.* Psellus ad titulum 16 Synops. Attaliotæ : Ἀρχιερεὺς οὐ μαρτυρεῖ οὔτ' ἄκων, οὔθ' ἑκὼν πως. Sic Vestales : ex quibus intelligimus quæ sit horum verborum sententia in l. VII. c. eod. : *Nec honore, nec legibus episcopus ad testimonium fugitetur.* Dele ibi verbum, *dicendum,* quod deest in vet. exempl. Vide quæ dixi ad Cujac. Paratit. h. tit.

(25) *Sine tormentis.* Χωρὶς βασάνων, non torquentur.

(25*) In l. IX, c. eod. perperam legitur in quibusdam codicib. veteribus, etiam in optimo libro-

Ι'. Ἐάν τινες ἐκκλησίᾳ ἢ ἐπισκόπῳ, ἢ κληρικῷ, ἢ ἀτοπόν τι πρόξωσιν ἐν τῷ τόπῳ ἢ τῇ λειτουργίᾳ, παρὰ παντὸς πουβλίκως κατηγοροῦνται, καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται· κἂν ὁ ἐπίσκοπος παρορᾷ τὸ γεγονός. Εἰ δὲ ὑπερβαίνουσιν οἱ ἐπελθόντες τὴν πολιτικὴν διάταξιν, διὰ δημοσίων πραγμάτων ὁ ἄρχων στρατιώτας προσκαλεῖται.

ΙΑ'. Ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν χωρῶν, καὶ τῶν κωμῶν πρὸς τὸ μέγεθος ἐξ αὐτῶν καὶ οὐχ ἑτέρωθεν οἱ κληρικοὶ γίνονται, ὥστε συντελεῖν τὴν ἰδίαν καπιτατίονα καὶ τὸ δημόσιον.

ΙΒ'. Ὁ πολιτευόμενος, μετὰ παραγγελίαν γενόμενος κληρικὸς, ἀποδίδοται τῇ βουλῇ διὰ τοῦ ἄρχοντος.

ΙΓ'. Ὁ κατὰ βίαν ἢ προσποίησιν παραβαίνων τὰ τῶν ἐκκλησιῶν προνόμια πέντε λίτρας προστιμᾶται.

X. (25**) Si qui in ecclesia irruerint in episcopum (26), vel clericos (27), aut flagitiosum aliquid eo in loco, vel in liturgia (28) commiserint, ab omnibus publice accusantur, et capitali supplicio afficiuntur; licet episcopus ad facinus admissum conniveat (29). Si vero ii, qui irruunt, officium civile (30) numero superant, præses per publicas litteras milites arcessat.

XI. In ecclesiis prædiorum (31) et vicorum, pro illorum magnitudine, de numero ipsorummet, non aliunde, clerici fiunt; ita quidem, ut propriam capitationem et onus fiscale (32) conferant.

XII. Qui versatur in curia (33), si post interdictum (34) fiat clericus, præsidis opera (35) curiæ restituitur.

XIII. Qui per vim (36), aut simulationem (37), ecclesiarum privilegia violat, quinque librarum auri multam solvit.

Annibalis Fabroti notæ.

dæi, et Menagii, *quinquaginta*, ut constat ex illis verbis: *Secundum præcepium apostoli*. Hoc est, Pauli I ad Tim. cap. v, vers. 9. Theophanes: Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς νόμον ἔγραψε, γυναῖκα εἰς διακόνισσαν μὴ προβαίνειν, εἰ μὴ ὑπερβῇ τὰ ξ' ἔτη κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Sic etiam legit Photius *Nomocan.* tit. 1. c. 2. Tertullianus, *De velandis virginibus*, cap. 9, ad quam sedem præter annos 60 non tantum univiræ. id est, nuptæ aliquando eliguntur. Verum ex Nov. VI, c. 6, exigitur tantum ætas annorum 50: Κατὰ τοὺς θείους κανόνας, secundum sacros canones: ex Nov. autem CXXIII, c. 15, an. 40. ut Chalcedon. conc. can. 15, et VI, in Trullo, c. 14; concil. Wormac. can. 45; diaconissam non ordinandam ante annum 40, et hoc C jus sequuntur conditores Basilicon, qui hanc legem libris suis non inseruerunt: et Eustath. De legitimis temporib. cap. De quadraginta annis. V. infra lib. III, tit. 1. De diaconissis quidam accipiunt illa D. Pauli ad Tit. c. II, vers. 3: *Anus similiter in habitu sancto*. Theophylactus, *ibid.*: Τινὲς δὲ τὰς ἐν ἐκκλησίᾳ διακόνους φασίν. Alii de ætate hoc potius sumendum putant. V. inf. lib. III, tit. 1.

(25**) Hæc lex exstat in registro Greg. lib. II, et Capit. Car. M. VI, 113; Joann. Saresber, Polycrat. lib. V, c. 5, et in Appendice Cod. Theod. num. 14, si quis conferre velit.

(26) *In episcopum*. In l. 1. c. eod. sacerdotibus et ministris, sacerdotum nomen proprie tribuitur episcopis, Codex cann. Eccl. Afric. *Alexandrinum et Antiochenum venerabiles sacerdotes*. D. Hieron. Advers. Luciferianos, c. 4: *Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet*. D. Augustin. in D quæst. 101: Tertullian. de baptismo, c. 17: *Summus sacerdos*, qui est episcopus: et fere ubi id exstabat in manuscriptis, correctores immutarunt, et notius episcopi nomen reposuerunt, quod in Gregorio Turonensi cum veterib. collato et aliis observavi. Sed communicatur etiam presbyteris: unde πρὸς διαστολὴν episcopi, primi ordinis sacerdotes dicti, presbyteri secundi. D. Hieronym. in Jeremiam, lib. III, c. 13: *Sacerdotes quoque ipsi secundus in ecclesiastico honore gradus*: Ὁμοίως γὰρ καὶ αὐτοὶ ἱερεῖς τέ εἰσι, καὶ διδασκαλίαν εἰσὶ πεπιστευμένοι. *Num et ipsi similiter sunt sacerdotes, et docendi munus sibi concreditum habent*. Œcumenius, in I ad Tim. c. III, v. 8; Facundus Hermianens., lib. XII, c. 3: *Quia sacrificare præsumpsit, quod licitum est singulo cuique etiam secundi ordinis sacerdoti*. Leo I, in serm. 10, de laude charitatis: *Non enim summos tantum antistites, aut secundi ordinis sacerdotes*. Hincmar. Remens. opuscul. 13, c. 3: *Hos* LXXII *figuram presbyterorum, id est secundi ordinis sacerdotum gessisse sciendum est*. Et opusculo 48, c. 28: *De presbyteris, videlicet secundi ordinis viris non dimittenda sunt*. Secundi sacerdotes in constit. Theodosii et Valentin. append. Cod. Theod. num. 20. Possid. de vita August. c. 4: *Quia locus presbyterii, licet ipse major dignus esset, appropinquare tamen episcopatui*.

(27) *Vel clericos*. Ministri in d. l. 10, et l. 27, et 23, h. tit.

(28) *In liturgia. In ipso cultu locove*. Sic vet. in d. l. 10 Saresberiensis et alii. Codex Brodæi et Menagii: *In ipso culto loco*. In Appendice: vel *Ipsi cultui locoque*.

(29) *Conniveat*. In d. l. 10: *Injuriæ propriæ ultionem non deposcat, cui* (sacerdotii append.) *sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit*. Vide Nicephorum Gregoram, lib. IX *Hist.*, ubi de Isaia patriarcha. V. Sulpit. Sever. p. 494. Tantam, etc., edit. 8, et Prosperum Aquitanum, II *De vita cont.* c. 5.

(30) *Officium civile*. Civilem apparitionem. Apparitio pro apparitore in d. l. 10.

(31) *Prædiorum*. Possessionum, in l. 11, c. eod. Possessio igitur pro prædio rustico, ut in l. XXXVIII. D. *De minor.*; Symm. 10, 41. Glossæ: Κτῆμα, prædium, fundus, possessio, in prædiis et vicis Ecclesiæ constitutæ, l. 10, § *De hæretic.* Theophil. § 2. *Institt. de inutilib. stipulat.*

(32) *Et onus fiscale*. Capitationis onus ac sarcinam, d. l. 11.

(33) *Qui versatur in curia*. Βουλευτὴς, curialis, decurio. Curiales clerici non ordinantur. Nov. VI, cap. 4, et Nov. CXXIII, c. 15. V. S. Ambros. 5, epist. 31, can. *præterea*, distinct. 51, Joann. Saresber. Polycrat. lib. VII, c. 20.

(34) *Post interdictum*. Nec statim conventione præmissa pristinæ conditioni reddatur. L. 12, c. eod. V. Gesta purgationis Cæciliani, p. 32.

(35) *Præsidis opera*. Vigore et solertia judicantium, d. l. 12.

(36) *Qui per vim*. Ad hujus l. interpretationem vide lib. LX Basilic. tit. 54, c. 21; non tamen videtur vim facere qui temere privilegia ecclesiastica lædit, quique eorum in necem ecclesiæ, rationem non habet, cave contemnit. Sed neque vim affert, qui ea dissimulatione negligit. Sic in lib. XVII, c. eod. Si quis hæc violaverit, id est, si quis adversus ea fecerit.

(37) *Aut simulationem*. Lege in Gr. Ἢ παραπροσποίησιν.

XIV. (37*) Qui episcopatu per arbitrium (38) episcoporum dejectus fuerit, si quid egerit tumultuose, ac eumdem episcopatum (39) invadere voluerit, procul ab urbe (40) centum millibus (41) ejicitur, nec imperatorem (42) adeundi potestatem habet, vel impetrandi rescriptum : sed etiam si quod impetraverit, non accipit ; et qui auxilium ei tulerint, indignationem incurrunt.

XV. Si prohibita clericorum conventicula (43) privatis in ædibus (44) de sententia dominorum habeantur, domus ipsæ proscribuntur.

XVI. Ascriptitius (45) invito domino non fit clericus, atque etiam in prædio (46) sub hac lege clericus fit, ut per ipsum dominum capitationem præstet, ac per subrogatum rus colat : ea immunitate ipsi rata manente, quæ certas capitationes ecclesiis relaxat. Et huic constitutioni si quod rescriptum adversetur, non valet.

XVII. Clerici non habent aditum ad actiones publicas, vel quæ ad curias pertinent : nec qui parabolani vocantur, potestatem habent accedendi ad spectacula publica, vel ad curias, nec ad præsides; nisi litis propriæ causa, vel quæ ad ipsorum communitatem (47) spectet. Si quis præter hæc fecerit, in perpetuum ex ipso collegio ejicitur, (48) et supplicio competenti afficitur.

ΙΔ'. Ὁ κατὰ δοκιμασίαν ἐπισκόπων ἐκβληθεὶς ἐπισκοπῆς, ἐάν τις ποιῇ ταραχώδες, καὶ θέλῃ ἐπιβῆναι τῇ αὐτῇ ἐπισκοπῇ, πόρρω τῆς πόλεως ρ' μιλίοις ἐκβάλλεται, καὶ οὐκ ἔχει ἄδειαν προσιέναι βασιλεῖ, ἢ λαμβάνειν ἀντιγραφήν. Ἀλλ' εἰ καὶ λάβῃ, οὐκ ἀπολαύει· καὶ οἱ βοηθήσαντες αὐτῷ ἀγανακτοῦνται.

ΙΕ'. Ἐὰν ἀπηγορευμένα συναχτήρια κληρικῶν ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις γένωνται γνώμῃ τῶν δεσποτῶν, δημεύονται οἱ οἶκοι.

ΙϚ'. Ἐὰν ἀπόγραφος ἄκοντος τοῦ δεσπότου οὐ κληροῦται, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ τῷ χωρίῳ ἐπὶ τούτῳ τῷ ὅρῳ γίνεται, ἐφ' ᾧ διὰ τοῦ δεσπότου τὴν καπιτατίονα συντελεῖν, καὶ δι' ὑποκαταστάτου γεωργεῖν, ἐῤῥωμένης τῆς ἀλειτουργησίας, ἢ τῆς δήλης καπιτατίονης, συγχωρεῖ ταῖς ἐκκλησίαις. Καὶ ἀντιγραφὴ ἐναντιουμένη τῇ διατάξει οὐκ ἐῤῥωται.

ΙΖ'. Οὐκ ἔχουσιν οἱ κληρικοὶ πάροδον εἰς τὰς δημοσίας πράξεις, ἢ τὰς ἁρμοζούσας ταῖς βουλαῖς· οὔτε οἱ λεγόμενοι παραβάλανοι ἔχουσι χώραν πρὸς τὰς δημοσίας (*f.* θέας), ἢ βουλευτήρια, οὔτε πρὸς τοὺς ἄρχοντας, εἰ μὴ διὰ δίκην, ἢ τῆς κοινότητος αὐτῶν. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσει, ἐκβάλλεται τοῦ συστήματος διηνεκῶς, καὶ ἁρμοδίως κολάζεται.

Annibalis Fabroti notæ.

(37*) Integram hanc legem exhibet appendix Codicis Theodosiani.

(38) *Per arbitrium.* Κατὰ δοκιμασίαν ἐπισκόπων ἐκβληθείς. Phot. *Nomoc.* tit. 9, cap. 10. Basilica, ἀπὸ συνόδου, lib. III, tit. 1, c. 1, residentibus episcopis, l. 14 c. eod. Rufinus Aquilei. *Hist. eccles.* lib. X, c. 1 : *Ibique Arium trecentis decem et octo episcopis residentibus adesse jubet.* Concil. Tolet. IV, c. 5 : *Episcopi secundum ordinationis suæ tempora resideant.*

(39) *Episcopatum.* Ἐπισκοπὴν, Bals. et Basil. sacerdotium; d. l. 14, ut sacerdotes pro episcopis, supra c. 10.

(40) *Ab urbe.* Balsamon ad can. 28 Apostol. Ἀπὸ ἑκατὸν μιλίων ἧς ἐξεβλήθη πόλεως; οἰκείτω, ex Basilic. d. c. 1.

(41) *Centum millibus.* Centesimo milliario, centesimo lapide. Œcumenius in Acta c. 1 : Μίλιον ἓν, ἡ τοῦ Σαββάτου ὁδὸς, ὡς φησιν Ὠριγένης. S. Athanasius in Metaphrasi ms. p. 76, vers. 20 : Ὅτι περιεπάτησεν ἐπὶ τῆς θαλάσσης σταδίους κύριε, ἢ τριάκον, οἷς εἶπεν ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅπερ ἐστὶ μίλια τρίτον παρ' ὀλίγον. Locus corruptus in scripto codice, scribe : Σταδίους εἴκοσι πέντε ἢ τριάκοντα, ὡς εἶπεν ὁ Εὐ. (Joan. VI, 19), ὅπερ ἐστὶ μίλια τεσσαρα παρ' ὀλίγον. Nam ut ait Suidas : Ἑπτὰ ἡμισυ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Hero : Τὸ μίλιον ἔχει σταδια ζ' ς'. B. Chrysost. hom. 61, in Joan. Εἰ δὲ ἀπὸ δεκαπέντε σταδίων ἦν ἡ Βηθανία, ὅπερ ἐστὶ μίλια δύο.

(42) *Nec imperatorem.* V. concilii Antiocheni can. 12.

(43) *Conventicula.* In l. 15, c. eod. *conventiculam illicitam*, etc, et mox : *Novam ac tumultuosam conventiculam*, sic vet. exempl. Brodæi : sic etiam legitur in l. 3, infra, *De his qui ad eccl. conf.*, conventicula est συναγωγ . Conventiculum plerumque in malo ponitur. Glossæ, conventiculum perditorum : Δόχειον καὶ καταγώγιον ἀπολλυμένων. Interdum pro loco in quem conveniunt. Cassiodor. *Tripartitæ*, lib. VIII, in fin., ut rursum sint Christiani et conventicula in quibus orare consueverint, l. 8 § 3 *Conventicula* ; l. 11, *Donatistarum conventicula*, in sententia Marcellini post collationem Carthag. cum Donatist. C. Cyprianus *De unitate Eccl.* : *Et cum hæreses et schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt*, etc. S. Ambros. *De dignit. sacerd.* cap. 4 : *Hæreticis et schismaticis, qui extra sanctam Ecclesiam catholicam conventicula sibi profana præficiunt.* D. Augustin. in epist. 50 : *Circuli atque conventicula Donatistarum, vel Maximianensium.* Circuli ut in l. 8, § 4, hoc tit. Τὰ συστήματα τῶν αἱρετικῶν μιαρὰ συστήματα. Cyrillus Hierosolymit. catech. 8 ; Epiphanius Panarii, lib. II : Τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας, ἤτοι φωλεοὺς, καὶ σπήλαια. Οὕτως εἴποιμι τὰς τῶν αἱρετικῶν συνελεύσεις.

(44) *Privatis in ædibus.* Huc pertinet l. V, c. Theod. *De his qui ad eccles.* et est de conventiculis Joannitarum, ut hunc dicebantur fautores Joannis Chrysostomi. Vide *Hist. Tripart.* lib. X, cap. 17.

(45) *Ascriptitius.* Censibus adnotatus l. XVI eod. censib. obnoxius, ascriptus censibus, Ὁ ἀπογεγραμμένος τῇ γῇ πάροικος, ut Græci exponunt, ἀναπογράφος. Glossæ : Ἀναπόγραφος, ascriptitius. Hic quasi servus est, et ideo invito domino non poterat in clerum ascisci. Gelasius PP. in can. *generalis*, distinct. 54.

(46) *In prædio.* In eo vico in quo nascitur mansitare, d. l. 16.

(47) *Ad ipsorum communitatem.* Hoc est corpus vel collegium. In communes totius corporis causas, sic vet. exemp. Brodæi, in l. 22, c. eod.

(48) *Ex ipso collegio ejicitur.* Brevibus parabolanis eximatur, d. l. 17, id est, matricula parabolanorum. Id enim hic significat breve. Alias brevis seu breve, aut breviculum pro indice et inventario, scheda et libello brevi ponitur. Lupus, epist. 88 : *Breves etiam quos de facultate monasterii mittere debuistis.* Concilium Suessionense II, cap. 7 : Thesaurum ac vestimenta seu libros d.li-

ΙΗ'. Παραβολάνοι γίνονται καὶ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, μὴ ὄντες ἀξιωματικοὶ καὶ βουλευταὶ, ὀφείλοντες ἐπιμελεῖσθαι τῶν λελωβημένων, καὶ ταῖς κελεύσεσι τοῦ πάππα πειθαρχεῖν.

ΙΘ'. Οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ κληρικοὶ μόναις συνοικείτωσαν

XVIII. Parabolani (49) ex episcopi Alexandrini arbitrio fiunt, qui non sunt in dignitate constituti (50), vel curiales: et confectorum morbis curam gerere debent, ejusque papæ jussis obsequi (51).

XIX. (51*) Sacerdotes et clerici matribus dun-

Annibalis Fabroti notæ.

genter imbrevient, et breves nobis reportent. Imbrevient etiam quid unusquisque ecclesiarum prælatus, quando prælationem ecclesiæ susceperit, ibi invenerit. — Quæ totidem verbis exstant in concilio apud S. Macram, cap. 4. B. Hieron. Epist. ad Florentium : *Ut vos libros, quos mihi non habere brevis subditus edocebit*, librarii manu in *charta scribi jubeas*, pro quo Græci recentiores βρέβιον dicunt. S. Athanasius Apol. 2 : Πεποίηκε τὸ βρέβιον τοῦτο. Vide ad Glossas Basilic.

(49) *Parabolani.* Qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, l. 18 c. eod. Concilium Chalcedon. act. 1 : Εἰσέτρεχον γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν στρατιῶται μετὰ ὅπλων, καὶ εἱστήκεισαν οἱ μονάζοντες μετὰ Βαρσουμᾶ, καὶ παραβολανεῖς καὶ πλῆθος ἄλλο πολύ. Vet. interp. *Irruebant enim in ecclesiam milites cum armis. Instabant monachi qui cum Barsuma, et parabolani, et multitudo alia grandis.* Forte legendum, *parabolani*, et παραβολάνοι, sic dicti, ut ait summus Novellarum interpres, quasi temerarii, quia qui ægrotis adsunt in periculis sæpe non parvis versentur ægrotorum contactu : eadem nimirum forma rationeque qua bestiarii parabolarii sunt, et Socrati παράβολοι, id est, audaces. Hinc παράβολον τολμᾶν Polyb., dixit 8. Παράβολον τόλμημα alii. De significatione hujus verbi vide Scaligeri epist. 60 et Hug. Grot. in Epist. ad Philippenses, cap. 2. V. Niceph. Call. 14, c. 3.

(50) *In dignitate constituti.* Honorati, d. l. XVIII. Honorati enim sunt qui civilem aut militarem honorem seu dignitatem gerunt, quive ea functi sunt. Vide tit. *De honoratorum vehiculis*, et l. 19 cod. *De episcopali audient. Les gens de qualité.* Vetus inscriptio. HONORATI ET DECURIONES ET NUMERUS MILITUM CALIBATORUM. Et in Leonis epistolis, in constit. Honorii et Theodosii ad Agricolaum præfectum Galliarum : *Honoratos vel curiales.*

(51) *Ejusque papæ jussis obsequi.* Ita ut hi reverentissimi sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent, d. l. 18 : papæ, id est, episcopi : quo nihil frequentius tam in Latinorum, quam Græcorum Patrum scriptis. S. Basilius epist. 325 : Ὁ μακαριώτατος πάπας Ἀθανάσιος. Vide Glossar. nostrum ad Juliani Novellas. Hinc παπικὸν ἀξίωμα, vel παπικὴ ἀξία, Georgio Pachymera, et παραχρῆσιν, Balsam. ad can. 4 concil. N cæn.

(51*) Mulierum consortium alienum est a vita et honestate clericorum. Sanctus Basilius in Constitutionib. monasticis, cap. 3 : Χρὴ δὲ τὰς τῶν γυναικῶν ὁμιλίας, καὶ συντυχίας ὡς τὰ μάλιστα φεύγειν, εἰ μή τις ἀναγκαίας ἕνεκεν τὴν συντυχίαν βιάζοιτο· *Fugiendæ nobis in primis cum mulieribus congressiones, collocutionesque : nisi cum gravissima nos aliqua ad eas necessitas impellat.* Sulpitius Severus, dialogo 2, cap. 7 : *Martinus, quem nulla unquam femina contigisset.* Et ideo principalibus constitutionibus et synodalibus decretis cavetur, ut clerici mulierum extranearum ἢ συνεισάκτων, consortio abstineant, l. 19 cod. *De episc. et cleric.* et can. 3 concil. Nicæn. Cujusmodi constitutio repetita est in synodo Toletana IV, can. 42 : *Cum clericis*, inquit, *extraneæ feminæ nullatenus habitent; id enim et constitutio antiquorum Patrum decrevit.* Et can. 4 : *Quidam*, inquit, *clerici legitimum non habentes conjugium, extranearum mulierum interdicta consortia appetunt.* Denique Justinianus eam Nicænæ synodi definitionem confirmat in Nov. CXXIII, cap. 29 : *Presbyteris*, inquit, *et diaconis, et subdiaconis et omnibus in clero conscriptis, interdicimus secundum vim sanctorum canonum, mulierem aliquam in domo sua extraneam habere.* Et Nov. CXXVII, c. 1, ipsum Nicæni conventûs canonem citat. Ejusmodi autem mulieres συνεισάκτους dicuntur in can. 3. Id est, extraneæ veteri interpreti, et Rufino Aquileiensi, lib. 1 *Histor. eccles.* cap. 6. Alii nialunt subintroductas, vel introinissas vel ascititias interpretari, in can. *Nullus*, et can. *Interdicti*, distinct. 32, et in Aquisgranensis concilii can. 39 ; Arelat. II, c. 4. Erant autem συνεισάκτοι mulieres neque uxores, neque concubinæ, sed tertii cujusdam generis mulieres quas secum clerici non sobolis nec libidinis gratia, sed pietatis studio, aut certe pietatis obtentu fovebant, ut scribit D. Chrysostomus in sermone contra eos qui habent mulieres συνεισάκτους : *Sunt enim quidam*, inquit, *qui puellas innuptas absque nuptiis et conubiis ducentes domi perpetuo collocant, et ad supremam senectam usque inclusas tenent, non quærendorum liberorum gratia, neque enim aiunt se illis misceri, neque libidinis causa, siquidem illas dicunt se incorruptas insuetasque servare.*

Excipiuntur tamen, d. can. 3 concilii Nicæni, mater, filia, soror, aut amita, et denique eæ personæ quæ omnem suspicionem effugiunt. Quod etiam confirmat Justinian. in d. Nov. CXXIII, c. 29 : *In his enim nihil sævi criminis existimari fas, quod naturale permittit.* L. XII c. eod. lege, *sceni.* Honor. et Theodos. in constit. relata in Collat. Carthag. 1 : *Scæva Donatistarum interpretatio.* Excipitur etiam ea quæ ante sacerdotium uxor fuit. Vide Breviationem canonum Fulgentii Ferrandi, c. 122; Georgium Alexandrinum in Vita D. Chrysostomi.

Verum quia clerici et sacerdotes ejusmodi mulieres συνεισάκτους, quarum consuetudine delectabantur, sorores, aut matres, aut filias appellabant, et propudia sua sub his pietatis nominibus obtegebant, quod D. Hieronym. indicat in libro ad Rusticum monach. *De vivendi forma*, et lib. *De vitando suspecti cohab.*, et Ancyran. concilii can. 18, Theodosius in d. l. *Eum qui*, 19, constituit ne quis sacerdos aut clericus tales domi sorores habeat : et generaliter, ne extraneas, neve ullas omnino mulieres præter matrem, filiam germanam, et eam quæ uxor ante sacerdotium fuerit.

Observandum est quod dicitur in l. 29, uxorem retineri posse, quod etiam parumiuter concilii Nicæni can. 4, ex his qui ex lingua Arabica in Latinum sermonem conversi sunt; et synodi Arelatensis II can. 3 : *Si quis clericus*, inquit, *a gradu diaconatus in solatio suo mulierem, præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. Put quoque et mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat.*

Qui jam uxores habebant, si ad episcopatus apicem ascendissent, vel ad presbyterii honorem, officium mariti non exercebant, sed ab uxoribus abstinebant. Gregorius Turonensis, *Histor.* lib. I, cap. 44 : *Apud Arvernos post Stremonium episcopum prædicatoremque, primus episcopus Urbicus fuit, ex senatoribus conversus, uxorem habens, quæ juxta consuetudinem ecclesiasticam remota a con-*

taxat suis, et filiabus, et sororibus, et antea secum matrimonio copulatis cohabitent.

XX. Si presbyter, vel diaconus, vel diaconissa, vel subdiaconus, vel clericus, vel monachus, vel monastria (52), nullo condito testamento decesserit, nec habeat ascendentes, aut descendentes, aut propinquos, aut uxorem (52*), ecclesia sua vel monasterium ei succedit. Eidem, si sit ascriptitius, dominus; si libertus, patronus; si curialis, curia succedit: ita ut ecclesiis et monasteriis actiones, quas adversus defunctos ratione negotiorum gestorum habebant, reserventur.

XXI. Episcopi, et presbyteri, et diaconi, et illustres (53), per substitutos, periculo facultatum suarum, obire munera curialia possunt.

XXII. Qui per calumniam, exhibitionis causa apud judicem competentem accusat episcopum, dat auri triginta libras (54). Confirmat etiam hæc constitutio privilegia ecclesiastica. Item si clericus aut monachus Constantinopolim (55) adierit religionis causa vel ob aliquod negotium ecclesiæ, sine litteris (56) episcopi sui, non putatur (57) esse clericus aut monachus.

XXIII. Eutychem rejicit hæc constitutio, et Flaviani (58) memoriam recipit.

XXIV. Ratum est, quod pauperibus relinquitur; nec incertarum (59) personarum ratione infirmatur.

XXV. Clerici Constantinopolitani, cum actores apud patriarcham (60) eos convenire nolunt, apud solos præfectos prætorio litigant, sive sint actores, sive

A σὺν μητράσιν αὐτῶν, καὶ θυγατράσι, καὶ ἀδελφαῖς καὶ ταῖς πρὸ τούτου γαμηθείσαις αὐτοῖς.

Κ'. Ἐὰν πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ διακόνισσα, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, ἢ μονάστρια τελευτήσῃ ἀδιάθετος, μὴ ἔχων ἀνιόντας ἢ κατιόντας, ἢ συγγενεῖς, ἢ γυναῖκα, ἡ κατ' αὐτὸν ἐκκλησία ἢ τὸ μοναστήριον αὐτὸν διαδέχεται. Τὸν δὲ τοιοῦτον, ἐναπόγραφον ὄντα, ὁ δεσπότης· ἢ ἀπελεύθερον, ὁ πάτρων· ἢ βουλευτὴν, ἡ βουλὴ διαδέχεται· σωζομένων ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῶν ἀγωγῶν, ἃς εἶχον κατὰ τῶν τελευτησάντων προφάσει διοικήσεως.

ΚΑ'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ἱλλούστριοι δύνανται δι' ὑποκαταστάντων κινδύνῳ τῶν οὐσιῶν αὐτῶν τὰς βουλευτικὰς ποιεῖν λειτουργίας.

B ΚΒ'. Ὁ κατὰ συκοφαντίαν ἐπὶ παραστάσει παρὰ προσφόρῳ δικαστῇ αἰτιώμενος ἐπίσκοπον λ' ἴδιαι λίτρας. Καὶ βεβαιοῖ ἡ διάταξις τὰ ἐκκλησιαστικὰ προνόμια. Κληρικὸς ἢ μοναχὸς ἀνιὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ θρησκείαν ἢ πρᾶγμα τῆς Ἐκκλησίας ἄνευ γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὐ νομίζεται κληρικὸς ἢ μοναχός.

ΚΓ'. Ἡ διάταξις ἐκβάλλει Εὐτυχέα, καὶ δέχεται τὴν μνήμην Φλαβιανοῦ.

ΚΔ'. Ἔρρωται τὸ τῆς ψυχῆς πτωχοῖς καταλειπόμενον, καὶ οὐκ ἀκυροῦται τῷ λόγῳ τῶν ἀδήλων, ἢ βεβαίῳ.

ΚΕ'. Οἱ κληρικοὶ Κωνσταντινουπόλεως τῶν ἀκύρων C μὴ βουλομένων αὐτοῖς ἀνάγειν παρὰ τῷ πατριάρχῃ, παρὰ τοῖς ὑπάρχοις μόνοις δικάζονται, ἀνάγοντες καὶ

Annibalis Fabroti notæ.

sortio sacerdotis religiosi vivebat: vacabant enim ambo orationi, eleemosynis, atque operibus bonis. Ex veteri igitur Ecclesiæ more non miscebantur uxoribus, can. *Tenere* 4, et can. *Lex continentiæ* 10, distinct. 31. Et ratio hæc affertur in d. can. 4: Quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. In cap. 2 eod. *in quinta compilatione.* Cum eos cogitare oporteat, quomodo eis placere valeant et servire. In cap. 3 h. tit. Cum simul voluptatibus, ac divinis et ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant. Eodem recidit Alexandri III, in cap. 2 eod. in antiqua Decretali collect. 1, Ne is qui beneficium et uxorem retinet, duplici cura distrahatur, uxoris et ecclesiæ.

(52) *Monastria.* μονάστρια. Ad l. 13, supra *De sacros. eccles.*

(52*) *Aut uxorem.* Lege igitur, ut in Brodæi cod., vel uxor exstiterit: in l. 20 c. eod. alii perperam, nec uxor.

(53) *Illustres.* Ἱλλούστριοι. Victor Uticensis, l. III De persec. Afr. reg. Hunnerici constitut. profert, in qua hæc habentur: Ut illustres sigillatim auri pondo quinquagena darent, spectabiles auri pondo quadragena, senatores auri pondo tricena. Vide Glossas Basil. et infra Parat. ad tit. 4.

(54) *Dat auri* 30 *lib.* Publicis calculis inferendas. l. 22 c. eod., id est, fisco, τῷ δημοσίῳ. Basilica, lib. III, tit. 1, cap. 2.

(55) *Constantinopolim.* Synopsis Bas. lib. LX tit. 1, Τὸ κομιτάτον κατειληφώς: *Qui venerit ad comitatum principis*, ut in l. *Filiusf.* 45, D. *De testam. milit.* et l. *Etsi* 7, c. *De malefic. et mat.* Constantius A. epist. ad S. Athanas. Exstat autem in ejusdem Apolog. II, et Socrat. *Hist. eccles.* II, c. 23; et Niceph. Callisti *Hist. eccl.* lib. X, c. 21: Ἐδηλώσαμεν ὅπως ἀμείμνως εἰς τὸ ἡμέτερον κομιτάτον. Concilium Chalcedonense act. 10: Ἀνεχώρησαν εἰς τὸ κομιτάτον παραγένῃ. Fortunatus, lib. III *De Vita S. Martini*: *Tum pia causa sacrum ad comitatum comsulit ire.* Vid. Sulpitii Sev. dial. 3: *Interea Martinus.* Vide lib. III, Nov. VI, et ad Nov. CXXIII Glossas Basilic.

(56) *Sine litteris.* Basilica: Γράμματα τοῦ ἐπισκόπου. Synops. Συλλαβὼν ἐκτὸς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. Cujusmodi epitome exstat etiam apud Balsamon. ad can. 41 syn. Laod., ubi corrupte legitur, συλλαβὼν ἄνευ pro συλλαβῶν. Quæ levis mutatio effecit, ut pessime Gentianus Hervetus interpretaretur. Vertit igitur: *Absque litteris.*

D (57) *Non putatur.* Clericus vel monachus qui absque litteris episcopi sui, quibus continetur profectionis necessitas et licentia, venerit in sacrum comitatum, clericus vel monachus non habetur. Ἀναξίους ἑαυτοὺς τοῦ σχήματος ποιήσουσιν. Nov. XXCVI c. 8.

(58) *Flaviani.* Lege igitur *Flavianus* et *Flaviani* in l. 23 c. eod., quod præter veterum librorum auctoritatem, et Balsamonem hoc loco confirmat Phot. *Nomoc.* tit. 9, c. 9. Exstat autem hæc lex integra in act. 3 concil. Chalcedon. De Flaviano vide Nicephor. Callist. lib. XIV, c. 47.

(59) *Nec incertarum.* Incertis enim personis antea relinqui non poterat. Quod autem pauperibus relinquitur jure singulari subnixum est. Adde leg. 28 inf.

(60) *Apud patriarcham.*—Archiepiscopum, l. 23, c. eod.

ἐναγόμενοι ὑπὲρ ἰδικῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν χρηματικῶς καὶ ἐγκληματικῶς. Καὶ οἱ μὲν κληρικοὶ τὸν οἰκονόμον, ἢ τὸν ἐκκλησιέκδικον παρέχουσιν ἐγγυητήν, καὶ οὐχ ἕτερον ἕως ν' λίτρας. Καὶ ἐὰν ὑπερβαίνῃ τὸ πρᾶγμα, ὁμολογίαν ἀνώμοτον ἐπὶ τῷ ὑπερβαίνοντι ποσῷ ποιοῦσι. Καὶ οἱ νόμοι γὰρ καὶ οἱ κανόνες κωλύουσι κληρικὸν ὀμνύναι. Ὁ δὲ οἰκονόμος ἐναγόμενος οὐ δίδωσιν ἐγγυητήν. Καὶ αὐτὸς δὲ καὶ οἱ κληρικοὶ δύο νομίσματα ὑπὲρ ὑπομνήσεως καὶ προβολῆς προκουράτορος διδόασι· καὶ τὰ λοιπὰ τῆς δίκης δαπανήματα φειδωλότερον ποιοῦσιν.

A rei, tam de suis, quam ecclesiasticis negotiis et civiliter, et criminaliter. Et clerici quidem œconomum, vel defensorem ecclesiæ, non alium, fidejussorem præbent, usque ad 50 libras auri. Quam summam si lis excedat, pro residua quantitate cautionem, nullo interveniente juramento, præstant: nam et leges et canones clericum vetant jurare (61). Cum œconomus convenitur, nullum dat fide jussorem; sed tam ipse, quam cæteri clerici, duos nummos (62) pro commonitione ac procuratoris institutione, dant, et reliquas etiam litis expensas parcius (63) erogant.

ΚΖ'. Μηδεὶς εἰς δημόσιον τόπον ἢ δημώδεσιν ἀφωρισμένον θέαις σταυρὸν ἢ λείψανον μαρτύρων εἰσαγέτω, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γνώμῃ τῶν ἐπισκόπων.

XXVI. Nullus in locum publicum, vel publicis deputatum spectaculis (64), crucem vel martyrum reliquias (65) inferat; sed in ecclesiis, ex episcoporum arbitrio.

ΚΖ'. Ὁ πληρώσας στρατείαν, ἢ ὀφφίκιον, ἢ λειτουργίαν, καλῶς γίνεται κληρικὸς, οἱᾳδήποτε τύχῃ ὑπόκειται· σωζομένων τῶν κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων ἀγωγῶν. Ἐξήρηνται οἱ πριμιπιλάριοι· διηνεκὼς γὰρ ὑπόκεινται.

XXVII. Qui militiam (66), vel officium, vel munus aliquod implevit, recte fit clericus, cuicunque conditioni subjectus sit, actionibus quæ adversus ipsum, et facultates ipsius competunt, reservandis. Excipiuntur primipilares (67), qui perpetuo obligantur.

ΚΗ'. Τὸ καταλιμπανόμενον εἰς ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων οὐκ ἀκυροῦται τῷ λόγῳ τῶν ἀγνώστων. Καὶ εἰ μὲν εἶπεν ὁ τεστάτωρ τὸν ὀφείλοντα ὑπουργῆσαι τῷ πράγματι, αὐτὸς ἀπαιτεῖ, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν συνείδησιν πληροῖ τὴν διατύπωσιν· εἰ δὲ μὴ εἶπε τὸ πρόσωπον ὁ τῆς ὁριγινάλιος τοῦ διαθεμένου, ὁ ἐπίσκοπος λαμβάνων τὸ καταλειφθὲν φανερὸν ἐπὶ πράξεως δῶρον παρὰ τῷ ἄρχοντι συνισταμένης τὸ ποσὸν τῶν δοθέντων αὐτῷ χρημάτων, καὶ μετ' ἐνιαυτὸν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀναῤῥυσθέντων καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν δοθέντων. Εἰ δὲ βάρβαρος ἦν ὁ διαθέμενος, καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ πόλεως ἀμφιβάλλεται, ὁ ἐπίσκοπος τοῦ τόπου καθ' ὃν ἐτελεύτησε, λαμβάνει τὰ χρήματα, καὶ πληροῖ τὸ διατυπωθέν. Ὁ δὲ γινώσκων τὸ καταλειφθὲν καλῶς ποιεῖ λέγων τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ οὐκ ἔστι δηλάτωρ.

XXVIII. Quod in redemptionem captivorum relinquitur, ratione incertorum non fit irritum. Ac si quidem testator expressit eum, qui negotio subservire debet, is ipse relictum exigit, et pro conscientia sua (68) quod ordinatum est, implet. Sin personam non expressit, episcopus civitatis originalis testatori, donationem relictam accipit, et apud præsidem actis intervenientibus quantitatem datarum sibi pecuniarum manifestat, itemque anno exacto tam redemptorum numerum, quam a se data pretia. Quod si testator natione barbarus erat, ac de ipsius civitate dubitatur, episcopus ejus loci, quo in loco diem obiit, accipit pecunias, et quod ordinatum fuit, implet. Si cui de legato relicto constat, recte facit, si præsidi et episcopo rem indicat, nec propterea delator est.

ΚΘ'. Μόνοι οἱ ἀποκρισιάριοι τῶν μοναστηρίων ἐξιέναι δύνανται, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν εἰσιέναι. Εἰ δὲ φανῶσι διὰ δογμάτων ἢ συμβουλῆς τοὺς ἁπλουστέρους ταράσσοντες, νομίμως σωφρονίζονται.

XXIX (68*) Apocrisarii (69) duntaxat e monasteriis prodire possunt, et civitates ingredi. Verum si constiterit eos per dogmata, vel aliquo consilio simpliciores perturbare, secundum leges castigantur.

Annibalis Fabroti notæ.

(61) *Jurare.* Clerici Constantinopolitani nullo modo jurant: imo episcopis, presbyteris, clericis, omnibus monachis, et sanctimonialibus jurare non permittitur, lib. II legis Longobardorum, et cap. 1 *Extra, De juram. calum.* V. Balsam. ad *Nomoc.* t. 9. c. 27; t. III Concil. Gall. p. 42; add. Cap. Lud. imp. t. XLIII, c. 1, 2, q. 5.

(62) *Duos nummos.* Duos solidos, d. l. 25.

(63) *Parcius.* Ut litis sumptus vel expensæ a clericis pauciores humanioresque præstentur, d. l. 25, quidam codd. parciores. Brodæi, ut ed.

(64) *Deputatum spectaculis.* Populi voluptatibus et oblectamentis, l. 26, c. eod., ut Symmachi epist. 49, lib. II et passim. Quid causam dederit huic constituti docet scholiastes Basilic. lib. I, tit. 1, cap. 10.

(65) *Reliquias.* Synod. VII, c. 7. Balsamon ibid. Paulinus Nolan., epist. 11. Heraclii Nov. Jur. Græco-R m. p. 73.

(66) *Qui militiam.* Milites ordinari non possunt. Conc. Gall. t. I. p. 40 et seq. V. Gregor., II Ep. c. 103.

(67) *Primipilares.* Πριμιπιλάριοι Suid. Πριμοπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις. Glossæ Basil. Πριμιπιλάριος, πρῶτος τῶν ἑκατοντιστῶν, πρωτεύων τῶν δορυφόρων. Papias: Primipilarius, vexillifer, qui primum pilum, id est, signum portat. Spartian. in Pescennio Nig.: *A primipilario posset occidi.*

(68) *Pro sua conscientia.* Brodæi Cod. *pro sua scientia.*

(68*) Integrior constitutio exstat in libris Basil. lib. I, tit. 1 cap. 9. Monachis exeundi licentia denegatur. Concilium Chalcedon. c. 4: Τὰ ἴδια μοναστήρια μὴ καταλιμπάνοντας.

(69) *Apocrisiarii.* Ἀποκρισιάριοι. Ferrandus diaconus Epistola ad Anatolium: Eutychetis apocrisiario: Ἀποκρισιάριος τοῦ Εὐτυχοῦς. Concilii Chalcedonensis act. 1, ἐντολεύς, seu procurator in eod. concilio. Vid. Glossar. nostrum ad Julian. Antecess.

XXX. Tam qui largitione (70) interveniente fit episcopus, quam qui pecuniam accipit, ut eum ordinet, vel eligat, deponitur et infamia perpetua notatur.

XXXI. Orphanotrophi Constantinopolis vicem obtinent tutorum et curatorum, absque fidejussionibus, tam in litibus, quam aliis causis, et tabulariis præsentibus (71), aut intervenientibus actis, hic quidem apud magistrum censuum (72); in provinciis autem apud præsides, aut defensores, accipiunt res pupillorum, et custodiunt; aut æstimatione facta distrahunt, quod facile corrumpantur; aut etiam ratione fœneris, aut ob aliam justam causam. Non sunt autem curatoriis aut tutelaribus ratiociniis obnoxii.

XXXII. Episcopi (73), et clerici, et monachi non propelluntur alio (74), sed apud præsides provinciarum suarum conveniuntur. At si Constantinopoli reperiantur, apud solos præfectos prætorio (75) in jus vocantur, ubi et honor eorum salvus est, et advocatos accipiunt (76). Cum in provin-

Α'. Ὁ ἐπὶ δόσει γινόμενος ἐπίσκοπος, καὶὁ λαμβάνων ἐπὶ τῷ χειροτονῆσαι αὐτὸν ἢ ἐπιλέξασθαι, καθαιρεῖται, καὶ διηνεκῶς ἀτιμοῦται.

ΑΑ'. Οἱ Κωνσταντινουπόλεως ὀρφανοτρόφοι τάξιν ἐπέχουσιν ἐπιτρόπων καὶ κουρατόρων χωρὶς ἐγγυῶν ἔν τε ταῖς δίκαις ἔν τε τοῖς ἄλλοις· καὶ ἐπὶ ταβουλλαρίων, ἢ ἐν ὑπομνήμασιν, ἐνταῦθα μὲν παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἄρχουσιν, ἢ τοῖς ἐκδίκοις παραλαμβάνουσι τὰ πράγματα τῶν ὀρφανῶν, καὶ φυλάττουσιν, ἢ διατιμώμενα πιπράσκουσιν ὡς εὐφθαρτα, ἢ διὰ χρέος ἢ δι' ἄλλην εὔλογον αἰτίαν. Οὐχ ὑπόκεινται δὲ κουρατορικοῖς ἢ ἐπιτροπικοῖς λογισμοῖς.

ΑΒ'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ κληρικοὶ, καὶ οἱ μοναχοὶ οὐ γίνονται διώξιμοι, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν ἐνάγονται. Εὑρισκόμενοι δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει παρὰ μόνοις τοῖς ὑπάρχοις ἐνάγονται, ἔνθα καὶ τιμὴ αὐτῶν φυλάττεται, καὶ συνηγόρους λαμβάνουσιν. Ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις ὑπὲρ

Annibalis Fabroti notæ.

(70) *Tam qui largitione.* Lex lata adversus eos qui sacerdotium pretii venalitate mercantur. Simonia enim nullum atrocius crimen est, cap. *Sicut* 6 hoc tit., et dicitur capitale crimen in can. *Qui studet* 1, quæst. 1. Simoniacus est Christi carnifex, Χριστοκτόνος, Isidor. Pelusiot. I, 315, ad Leontium episcopum. Et ideo publicum crimen est, omnesque ad ejus accusationem admittuntur, sicut in crimine læsæ majestatis, etiam infamia notati et rei criminum, l. *Si quemquam* 31, § ult. c. *De episc. et cler.*, cap. *Tanta est* 7, can. *Licet* 31 h. tit. Ivo Carnotens. in epist. 27, ad Eudonem : *Præterea secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ aliter agitur contra Simoniacam et Neophytorum hæresim, quam adversus cætera crimina; nam cum in aliis accusationibus accusatorum et testium innocentia quæratur, ad insimulationem talium etiam infames personæ admittuntur.* Hoc crimine sese implant, qui pro spiritualibus aliquid largiuntur, vel accipiunt ante ordinationem, vel in ipsa ordinatione, vel post ordinationem : accipere enim est quandocunque accipere, ἐν οἱῳδήποτε χρόνῳ, ut ait Tarrasius episc. Constantinopolit. in Epist ad Adrianum PP. et refertur in can. 21, 1, quæst. 1. Hoc enim est sub pretio redigere gratiam, quæ vendi non potest, ut est in can. *Si quis episcopus*, d. quæst. 1. Neque enim pretio ulla res Dei constat, ut eleganter ait Tertullian. *Apolog.*, cap. 39.

Ordinationes igitur quæ interveniente pretio, precibus, vel obsequio fiunt, damnantur, can. *Ordinationes*, d. quæst. 1.

Quam acriter autem SS. Patres invehant in simoniacos satis constat. D. Hieronymus in Matth. cap. XII; D. Augustinus in sermone 37, ad fratres in Eremo; S. Gregorius PP. in Epistola 50, lib. IV ad Virgil. episcop. Arelat. Adde Isidori Pelusiot. epist. 276, lib. V; Wibertum archidiaconum, in Vi a sancti Leonis papæ, lib. II, c. 4; Hincmari Rhemensis epistolam canonicam ad cler. et plebem Eccles. Laudunensis, tom. II *Concilior. Gall.* Vide et synod. Chalced., c. 2; Cassiodor. 9; Balsamon. ad concilia, p. 540 et seq. Ordinandi jurabant se non simoniace ordinatos. Vide Concil. Toletan. II, c. 9; Capitula Caroli Calvi, p. 55, 192, 364 et seq.; Capit. Car. M. p. 20 et 352. Vide ad Novellam CXXIII.

Est et pœna excommunicationis in simoniacos, eorumque procuratores et mediatores, et a summo Pontifice absolvi possunt, d. cap. 2. *in Extravag.* Hincmarus Rhemens. in cap. 32. Et qui pecunia dignitatis ecclesiasticæ compotes facti fuerint, deponuntur, et consortio fidelium pelluntur. Can. apostol.

Apud Judæos tamen venalem fuisse pontificatum scribit Chrysostom. serm. 48, tom. V.

Integrum legem profert Joannes Saresberiensis, Policratici libro VII, cap. 20, quem olim contuli cum vetere libro D. Peirescii, neque lectorem hic varietate lectionum fraudabo. Nam pro his, *nuda electionis conscientia*, Saresberiensis in membranis habet *n. e. scientia*. Atque ita etiam legitur in scripto codice Joann. Brodæi, paulo post, ubi legitur: *Auri sacra fames in penetralia proserpai?* Saresber. et cod. B melius: *Auri sacra fames penetralia veperanda proserpit.* Interim nemo non videt, illud esse ex Virgilii III Æn. Mox : *Itaque castus et humilis.* Saresb. et B. cod. : *Ita castus et hum.* Sequitur, *non pretio nec precibus.* Sequere lectionem quæ in membranis, *non pretio, sed precibus.* Respexit illud Horatii : *Nunc prece, nunc pretio*, epistola 2 libri II. Postremo observa illa : *Ut quos par facinus coinquinat, et æquat, utrosque similis pœna comitetur*, esse ex illis Lucani V, versu 290: *Facinus quos inquinat, æquat.* Cassiodorus 12, 2. B. Cyprian. epist. 68 : *Et dum junguntur in culpa, sic nec in pœna separantur.* Guntherus Ligurini 8 :*Consensu culpæ meruit consortia pœnæ.* Otroutius Hexaem.: *Par sententia damnat, quos par culpa tenet.*

(71) *Tabulariis præsentibus.* Publicis personis, id est tabulariis, l. 31 c. eod. Sic in § 3 *Inst. de adopt.* publicæ personæ, id est, tabulario.

(72) *Apud magistrum censuum.* Παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων, apud magistrum census, d. l. 31. Vide supra ad l. 17. *De sacros. Eccles.*

(73) *Episcopi.* Orthodoxiæ fidei sacerdotes, l. 32 c. eod. Vide supra ad l. 14.

(74) *Non propelluntur alio.* Ex nullius penitus majoris minorisve sententia judicia pertrahuntur, d. l. 32; in duobus veteribus codicibus deest vox *Commonitoria.*

(75) *Præfectos prætorio.* Theodorus Lector : Ἀέων ἐνομοθέτησε τοὺς κληρικοὺς παρὰ τῷ ἐπάρχῳ πραιτωρίων μόνῳ ἀποκρίνεσθαι. Hunc locum observavit præstantissimus Cujacius ad Nov. LXXIII; cur enim suum cuique non reddamus? Aliter quam hodie plerique facere solent, qui non probabili more scripta Cujacii in rem suam vertunt : quod certe aliud non est, quam aliena doctrina censeri velle.

(76) *Advocatos accipiunt.* Quos oratores vocat d. l. 32.

τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐναγόμενοι, μόνους τοὺς ἐκκλησιεκδίκους ἢ τοὺς οἰκονόμους διδόασιν ἐγγυητάς. Παρὰ δὲ τοῖς ὑπάρχοις χρηματικῶς ἐναγόμενοι ἢ ἄλλοις ἐγγυῶνται, ἢ ὁμολογίας ἐνυποθήκους ποιοῦσιν. Ὑπὲρ δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, μόνος ὁ οἰκονόμος ἐνάγεται, ὃ χρὴ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου γίνεσθαι· καὶ δίδωσι τὸν ἐκκλησιέκδικον ἐγγυητήν. Καὶ ἐν μὲν τοῖς ἥττοσι δικαστηρίοις ὑπὲρ ὑπομνήσεως διδάσιν οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ τοῖς ἐκδιβασταῖς οὐ πλέον τοῦ ἑνὸς νομίσματος· εἰ δὲ δι' ἐκδιβαστοῦ τῶν ὑπάρχων ἀπὸ ψήφου αὐτῶν ὑπομνησθῶσιν ἐν ἐπαρχίαις, οὐ πλέον δύο νομισμάτων διδόασιν ὑπὲρ σπουρτούλων· ἐνταῦθα δὲ νόμισμα ἐν δίδωσιν ὁ ἐξωτικὸς κληρικὸς ὑπὲρ σπουρτούλων ἐφ' ὁσῃδήποτε ποσότητι ἐναγόμενος. Ὁ ἐκδιβαστὴς οἱονδήποτε κληρικὸν ὑβρίζων ἢ σκύλλων, ἀποζώννυται, καὶ ἐσχάτως τιμωρεῖται. Βέβαια δὲ εἶσι τὰ τῶν αὐαγῶν οἴκων προνόμια· καὶ οὔτε αὐτοὶ οὔτε οἱ διοικηταὶ αὐτῶν, ἢ οἱ ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοί, ἢ μοναχοὶ ὀρθόδοξοι λειτουργίαις ἐξτραορδιναρίαις ἢ ῥυπαραῖς ὑπόκεινται. Εἰ δὲ φανῶσιν αὐτοί τινες ἀδίκως ἐνάγοντες, διδόασιν αὐτοὶ πάσας τὰς κατὰ πρόφασιν αὐτῶν ἐκ προνομίου τῆς δίκης προσγινομένας αὐτοῖς δαπάνας.

ΑΓ'. Οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοί, ὅπερ ἂν ἐν τῷ κλήρῳ κτήσωνται, καὶ ὑπεξούσιοι ὄντες, ἴδιον ἔχουσι, καὶ οὐ συνεισφέρουσιν αὐτά· ἀλλὰ ἄδειαν ἔχουσι καὶ ζῶντες ἐκποιεῖν καὶ διατίθεσθαι εἰς ἐξωτικοὺς ἐπ' αὐτοῖς, ἢ κατιοῦσιν αὐτὰ παραπέμπειν.

ΑΔ'. Ἡ διάταξις βεβαιοῖ τὰ βασιλικὰ καὶ ἀρχικά, καὶ τὰ ἐκ συνηθείας προνόμια τῶν ἁγίων οἴκων, καὶ τῶν προσώπων τῶν ὄντων ὑπὸ ὀρφανοτροφείου

A eiis suas ob causas conveninntur, dantnrau ecclesiæ defensores (77), vel œconomos dant fidejussores. At cum apud præfectos prætorio civiliter conveniuntur, vel alios dant fidejussores (78), vel cautiones (79) sub facultatum suarum obligationibus præstant. Ecclesiasticarum causarum nomine solus œconomus (80) convenitur, quem ab episcopo constitui oportet: atque is ecclesiæ defensorem dat fidejussorem. Et in minoribus quidem judiciis episcopi et clerici pro commonitione (81) non amplius, quam unum numisma dant exsecutoribus. At si per exsecutorem præfectorum prætorio, de horum sententia, commoniti fuerint in provinciis, non amplius quam duos nummos sportularum nomine dant: hic vero clericus extraneus dat unum

B nummum sportularum nomine, quantamcunque ob summam convenitur. Exsecutor, qui quemcunque clericum afficit contumelia, vel impulsione molestat, cingulum amittit, et ultimo supplicio punitur. Firma vero venerabilium domorum privilegia sunt, et nec ipse, nec earum administratores, vel episcopi, vel clerici, vel monachi, qui orthodoxi sunt, extraordinariis sordidisve muneribus sunt obligati. Quod si constiterit, quosdam eos injuste convenire, dant eis, ex ipsorum privilegio, omnes litis occasione provenientes expensas.

XXXIII. Episcopi (82) et clerici orthodoxi, quidquid in clericatu acquisiverint, licet adhuc filiisfamilias sint, vindicant, nec conferunt (85): sed potestatem habent, ut id tum vivi alienent, tum ad extraneos et descendentes, condito testamento, transmittant.

XXXIV. Hæc constitutio confirmat imperatoria, et præsidalia (84), et a consuetudine profecta privilegia venerabilium domorum et personarum (85).

Annibalis Fabroti notæ.

(77) *Ecclesiæ defensores.* Ἐκκλησιεκδίκους, Balsamon, ut Justiniani Nov. LVI, c. 1; et edicto 13, cap. 10. Concilium Constantinopolitanum sub Menna act. 2: Ἰωάννης ὁ εὐσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιέκδικος τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης ἐκκλησίας εἶπε. Alias divisim dicuntur ἔκδικοι τῆς ἐκκλησίας. Synod. Nic. II, act. 4; concil. Chalced. act. 4; conc. Constantinop. sub Men. act. 4; Florentin. sess. 23. Hormisdæ epistola 36: *Paulinum Ecclesiæ Romanæ defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus.* Auctor libri *De hæresibus*, hær. 88: *Paulinus diaconus defensor et procurator Ecclesiæ Mediolanensis.* De horum munere vide can. 75 Ecclesiæ Africanæ.

(78) *Vel alios dant fidejussores.* Ἢ ἄλλους ἐγγυῶνται. Sic Leunclavii codex, Peirescianus ἄλλοις. Rescribe, ἀλλήλους, ut constat ex d. l. 32, § *In hoc autem*, ibi aut vicariis fidejussionibus.

(79) *Vel cautiones.* Ἢ ὁμολογίας ἐνυποθήκους ποιοῦσιν. Vera igitur lectio est quam exhibet Brodæi codex: *Aut cautioni et professioni propriæ, ac facultatum suarum obligationibus committantur.*

(80) *Œconomus.* Dispensator pauperum, id est, œconomus ecclesiæ, d. l. 32. Glossæ vet. οἰκονόμος, dispensator, œconomus. Œconomus enim post sufficientia præbita clericorum, quod superat, erogat pauperibus. Nov. III, cap. 3, *De officio œconomi.* S. Isidorus epistola ad Leudefredum, episc. Corduhensem: *Ad œconomum pertinet reparatio basilicarum atque constructio: actiones ecclesiæ in judiciis vel in proferendo vel in respondendo. Tributumque accepta et rationes eorum quæ inferuntur. Cura et agrorum, et cultura vinearum, causa possessionum et servitiorum, stipendia clericorum, viduarum et devotarum pauperum, dispensatio vestimenti, et victus domesticorum clericorum, servitiorum quoque et artificum. Quæ omnia cum jussu et arbitrio episcopi ab eo implentur.* Concilium Toletanum IV, cap. 48: *Eos quos œconomos Græci appellant, hoc est, qui vice episcoporum res ecclesiasticas tractant*, etc.

(81) *Pro commonitione.* In d. l. 32, in provincia degentes eos commonuerit. Sic quidam libri. Brodæi cod. *eos monuerit.* Vide Glossarium nostrum ad Julianum Antecessorem, admonitio.

(82) *Episcopi.* Hodie vero episcopatus solvit patriam potestatem, Nov. LXXXI, cap. ult. et 123, c. 4.

(83) *Nec conferunt.* Ad exemplum filiorumfamilias militum: nam castrense peculium eorum patre mortuo cum fratribus commune non est. In l. 33, c. eod. verba illa: *Nunquam ad divisionem veniant*, non sunt in vet. cod Brodæi, et paulo post sic habetur in duob. mss.: *Certe his procedant.*

(84) *Præsidalia.* Ἀρχικά. Privilegia a judiciariis dispositionibus præstita, l. 31, c. eod.

(85) *Et personarum.* Leunclavius ex hoc loco putat Græcos in d. l. 34: *Cæteris hominibus*, ut

quæ sub orphanotrophio (86) Constantinopolitano sunt : eidemque concedit omnia privilegia, quæcunque nunc habet, vel est habitura Major Ecclesia Constantinopolitana.

XXXV. Quælibet (87) civitas suum habeat episcopum (88). Ac, tametsi quis per divinum rescriptum ausus fuerit, alicui civitati suum episcopum, vel civitatis continentia (89), vel quod aliud jus auferre, facultatibus suis spoliatur, et infamia notatur. Excipitur autem Tomensium Scythiæ civitas (90) : nam ejus episcopus cæterarum quoque curam gerit. Præterea Leontopolis Isauriæ subeat episcopo Isauropolitano.

XXXVI. Ascriptitii (91), qui sine consensu dominorum clerici fiunt, vel solitariam vitam amplectuntur, perinde sunt, eis obligati atque si nihil tale actum esset. Servus autem (92), ne de domini quidem sententia, clero accensetur, nisi prius manumissus fuerit. Omnes vero tum episcopi, tum clerici atque monachi, apud præsides respondent; ac siquidem (93) accusentur, ad tribunal veniunt, non judex ad ipsos.

XXXVII. Servi, qui volentibus dominis solitariam vitam amplexi sunt, efficiuntur liberi. Sin, illa exercitatione relicta, sese aliam ad conditionem contulerint, ad servitutem denuo revocantur.

XXXVIII. Qui monasteria sua relinquunt', res mobiles, quas attulerunt ad ea, non recipiunt, cujuscunque sint quantitatis, etiamsi de his monumentorum gesta (94) confecta non sint. At vero in rerum soli donationibus ea servanda sunt, quæ legibus sunt recepta. Quippe non perimitur ei, qui donavit, harum evictio. Non debent episcopi vel clerici quosquam ad fructus offerendos, vel præ-

A Κωνσταντινουπόλεως, καὶ δίδωσιν αὐτῷ ὅσα νῦν ἔχει ἡ ἐξῆς προνόμια ἡ Μεγάλη ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως.

ΑΕ'. Ἑκάστη πόλις ἴδιον ἐπίσκοπον ἐχέτω. Καὶ κἂν διὰ θείας ἀντιγραφῆς τολμήσοι τις ἀφαιρεθῆναι πόλιν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ τῆς περιοικίδος αὐτῆς, ἢ τινος ἄλλου δικαίου, γυμνοῦται τῶν ὄντων, καὶ ἀτιμοῦται· ἐξήρηται γὰρ ἡ Τομέων Σκυθόπολις. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν προκεῖ. Καὶ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυρίας ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπόν ἐστιν Ἰσαυροπόλεως.

ΑϚ'. Οἱ ἐναπόγραφοι, χωρὶς τῶν δεσποτῶν κληρούμενοι ἢ μονάζοντες, οὕτως αὐτοῖς ὑπόκεινται, B ὡς μὴ τοῦτο γενόμενοι. Δοῦλος δὲ οὔτε κατὰ γνώμην δεσπότου κληροῦται, εἰ μὴ πρῶτον ἐλευθερωθῇ. Πάντες δὲ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ μοναχοὶ τοῖς ἄρχουσιν ἀποκρίνονται, καὶ αὐτοὶ αἰτιώμενοι ἔρχονται εἰς τὸ δικαστήριον, οὐ μὴν ὁ δικαστὴς πρὸς αὐτούς.

ΑΖ'. Οἱ δοῦλοι, γνώμῃ τῶν δεσποτῶν μονάσαντες, ἐλευθεροῦνται. Οἱ δὲ [Ισ. εἰ δέ] καταλιπόντες τὴν ἄσκησιν εἰς ἑτέραν μετέλθωσι κατάστασιν, ἀναδουλοῦνται.

ΑΗ'. Οἱ τὰ ἴδια μοναστήρια καταλιμπάνοντες οὐ λαμβάνουσιν ἃ προσήγαγον αὐτοῖς κινητὰ ὁσησδήποτε ποσότητος ὄντα, κἂν μὴ σύνεστι πρᾶξις ὑπομνημάτων ἐπ' αὐτοῖς. Ἐπὶ δὲ ταῖς δωρειαῖς τῶν C ἀκινήτων δεῖ τὰ νόμιμα φυλάττεσθαι. Ἐπεὶ οὐκ ἀναιρεῖται τῷ δωρησαμένῳ ἡ ἐκνίκησις. Οὐ δεῖ τοὺς ἐπισκόπους ἢ τοὺς κληρικοὺς ἀναγκάζειν τινὰ καρποφορεῖν, ἢ ἀγγαρίας διδόναι, ἢ ἄλλως ὑπηρετάζειν,

Annibalis Fabroti notæ.

habetur in quibusdam. Videtur tamen rectius legi : *Atque cæteris domibus*, propter dictionem *cæteris* ; et quia paulo post legitur : *Domus etiam aliasque res superius nominatas*.

(86) *Orphanotrophio*. Sic vet. cod. in d. l. 34. Omnino autem mihi probatur eorum emendatio, qui pro *œconomi*, substituunt *Niconis* in d. l. 34, quod et sequentia suadent, et veterum librorum auctoritate confirmatur. Postremo non puto prætereundum, in d. l. pro his, *perpetuo potiri*, in vet. Brodæi codice, legi, *perpotiri*. An perpotiri dictum ut perfrui, an vero quod scriptum esset, per. potiri, factum est, perpotiri ? judicent eruditi.

(87) *Quælibet*. Eadem Epitome exstat apud Phot. *Nomoc.* tit. 8, cap. 1. Confer et Basilica lib. III, tit. 1, cap. 3.

(88) *Suum habeat episcopum*. B. Cyprianus, epist. 72. Pridem per omnes provincias et per urbes singulas ordinati sunt episcopi.

(89) *Vel civitatis continentia*. Τῆς περιοικίδος. Conc. Aur. I, c. 19.

(90) *Tomensium Scythiæ civitas*. Totius Scythiæ unicus erat Tomorum episcopus. Sozomenus, VI, 20 : Εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἔθος παλαιὸν ἐνθάδε κρατεῖ τοῦ πανδὸς ἔθνους ἵνα τὰς ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖν. Notitia quinque patriarchatuum quæ in bibliotheca Reg. Montis Regalis : (*Archiepiscopus*) *qui habet sub se quemdam episcopum Græcum, qui est in monte Sinai. Ibi sunt et aliæ civitates, quæ non habent proprios episcopos, scilicet Ascalonia quæ sub episcopo de Bethleem*. Alexii Comneni Nov. Juris Græcorum lib. II.

(91) *Ascriptitii*. Vid. Nov. CXXVIII, c. 17 ; Zon. et Balsamon. ad c. 82. Ap. V. etiam Balsamon. ad Phot. p. 37, can. eccl. univ. p. 109, circa fin. et supra ad l. 16.

(92) *Servus autem*. Anastasius, de Vitis PP., in Bonifacio : *Hic constituit*, etc., *nec servum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cujuslibet rei*. Aimoinus, lib. V, cap. 10 : *Considerans etiam piissimus imperator* (Ludovicus) *non debere Christi ministros obnoxios esse humanæ servituti, sed et propter multorum avaritiam abuti ministerio ecclesiastico ad proprium quæstum, statuit ut quicunque ex servili conditione conciliante scientia et morum probitate ad ministerium asciscerentur altaris, primum manumittantur a propriis dominis vel privatis vel ecclesiasticis, et tunc demum gradibus initientur altaris*. Vide can. *Admittuntur*, distinct. 54 ; Caroli M. cap. 1, 82. V. Fabri Agonist. p. 570.

(93) *Ac siquidem*. V. Nov. CXXIII, c. 8.

(94) *Monumentorum gesta*. Græci ad l. 34 c. *De donat.*, lib. XLVII Basilic. tit. 1 : Εἴρηται δὲ καὶ βιβ' α'· Διατ. λη' ὡς καὶ αἱ παρὰ μοναχῶν προσελθοῦσαι καὶ χωρὶς πράξεως εἰς μοναστήρια δωρεαὶ τὸ κῦρος ἔχουσι κἂν ὑπερβαίνουσι τὰ φ' νομίσματα· *Dicitur et lib. I, tit. 3, constit. 38 : Donationes monasterio factas a monacho etiam sine monumentis validas esse, licet 500 sol. superent*. Cap. Car. M. p. 93, b. 119. V. Bochellum, p. 1041 et 1062. Cap. Car. Calvi, p. 187.

ἢ ἀφορίζειν, ἢ ἀναθεματίζειν, ἢ μὴ διδόναι κοινωνίαν, ἢ διὰ ταῦτα μὴ βαπτίζειν, κἂν ἔθος τοιοῦτον ἐκράτησεν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐκπίπτει τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῆς διοικήσεως αὐτῆς, καὶ δίδωσι δέκα λίτρας. Ταῦτα δὲ κρατεῖ ἐν μόνῃ τῇ βασιλευούσῃ καὶ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς, καὶ τοῖς τόποις τοῖς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου χειροτονουμένοις, μητροπολίταις ἀνήκουσιν, ἢ τοῖς ἐξ ἐκείνων γινομένοις ἐπισκόποις. A standas angarias cogere, vel alio modo afficere injuria, vel segregare, vel anathemati devovere, vel communionem denegare, vel ob hæc non baptizare, licet ejusmodi consuetudo invaluerit. Transgressor ab ecclesia submovetur et ab ejus administratione, simulque libras decem solvit. Hæc vero valent in urbe duntaxat imperatoria et illius territorio, et iis locis, quæ ad metropolitanos, quot-quot ordinantur a patriarcha, vel ad illos episcopos pertinent, qui ab hisce metropolitanis constituuntur.

ΛΘ'. Τὰ μοναστήρια τελοῦσιν ὑπὸ τοὺς ἐπισκόπους τῶν ἐνοριῶν αὐτῶν. Καὶ τοὺς μὲν ἡγουμένους ἐπιβλέπουσιν οἱ ἐπίσκοποι, τοὺς δὲ μοναχοὺς οἱ ἡγούμενοι. Οὐ γίνεται δὲ ἡγούμενος δύο μοναστηρίων.

XXXIX. Monasteria subsunt (95) episcopis territoriorum suorum. Et abbatum (96) quidem inspectores (96*), sunt episcopi: monachorum vero, abbates. Nec quisquam fit abbas duorum monasteriorum (97).

Μ'. Οὐκ ἄρχοντες Κωνσταντινουπόλεως, οὐκ ἐκκλησιέκδικοι, ἀλλὰ μόνος ὁ μαγιστροκήνσος ἐμφανίζει τὰς τελευταίας βουλήσεις, τοῦ παραβαίνοντος ὑποκειμένου ποινῇ ν' λιτρῶν. B

XL. Non magistratus Constantinopolitani, non ecclesiarum defensores, sed duntaxat magister census supremas voluntates insinuat: violatore legis quinquaginta librarum pœna mulctando.

ΜΑ'. Τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων παρὰ τῶν ἐνοικούντων τὴν πόλιν ἐπὶ τρισὶ γίνονται πρασώποις; ὀρθοδόξου καὶ σεμνοῦ βίου, καὶ μὴ ἔχουσι παῖδας ἢ ἐκγόνους.

XLI. Decreta in episcoporum electione fiunt ab iis, qui civitatem incolunt, pro tribus personis, orthodoxis et honestæ vitæ, nec ullos habentibus liberos (98) aut nepotes.

ΜΒ'. Τὰ μετὰ τὴν ἐπισκοπὴν κτηθέντα ἐκποιεῖν ἐπίσκοπος οὐ δύναται, ἢ διατίθεσθαι ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἀπὸ γονέων, ἢ θείων, ἢ ἀδελφῶν εἰς αὐτὸν περιῆλθεν· ἀλλὰ τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ διαφέρουσι, καὶ μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν λογισμοὺς τῶν τοιούτων πραγμάτων ὁ οἰκονόμος ἀπαιτεῖται. Τὰ δὲ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς καὶ ἐκποιοῦσι καὶ διατίθενται ἐπ' αὐτοῖς. Ὁ οἰκονόμος κατὰ δοκιμασίαν γίνεται, καὶ κατ' ἐνιαυτὸν παρατίθεται λόγον τῆς ἑαυτοῦ διοικήσεως τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἀποδίδωσιν, εἴ τι φανῇ βλάψας ἢ κερδάνας. Εἰ δὲ τελευτήσοι πρὸ τῶν λογισμῶν, ὑπόκειται τούτοις ὁ κληρονόμος αὐτοῦ. Τὰ εἰρημένα περὶ τῶν διαφερόντων τοῖς ἐπισκόποις κρατεῖ καὶ ἐπὶ διοικητῶν, καὶ ξενώνων, νοσοκομείων, πτωχείων, ὀρφανοτροφείων, βρεφοτροφείων. C

XLII. Quæ post initum episcopatum sequisita sunt, episcopus alienare non potest, vel de iisdem testari, nisi quæ a parentibus, aut patruis et avunculis, aut fratribus ad eum pervenerint; sed ad ecclesiam ipsius pertinent (99), ac post ipsius obitum rationes de rebus ejusmodi ab œconomo exiguntur. Quæ vero ante episcopatum habuerunt, et alienant, et testamenta de iisdem condunt. Œconomus exploratione intercedente constituitur, et quotannis administrationis suæ rationes apud episcopum deponit, et si quid eum damni dedisse vel esse lucratum constiterit, restituit. Quod si defunctus ante rationes redditas fuerit, hæres ejus reddendis iis est obligatus. Quæ dicta sunt de pertinentibus ad episcopos, locum etiam habent in-

Annibalis Fabroti notæ.

(95) *Monasteria subsunt.* Concil. Chalced. c. 4, et ibi Zonaras et Balsamon; Cap. Caroli Calvi, p. 187; Cap. Caroli M., p. 167. et 205, in fin. Concilium Aurelianens. I, c. 11: *Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant.* Melius quam in Excerptionibus Egberti arch. Eborac. cap. 62. Nisi forte speciali privilegio subnixa sint, ut monasterium Vindocinense, de quo Gosfridus Vindocinensis, epist. 27 lib. II, et Westmonasteriense, in Concil. Anglicanis, p. 633, anno Christi 1066 et p. 534, 540 et 228. Itaque abbates ante consecrationem suam episcopis subjectionis obedientiæque professionem edebant, cujus formula exstat in Notis Jacobi Sirmondi, ad epist. 7, lib. II, Gosfridi Vindoc. et in Notis Joannis Picardi ad epist. 42 S. Bernardi. Fuere tamen qui subjectionem et obedientiam detrectarent nullo etiam privilegio muniti: qua de re conqueritur S. Bernardus, *De consideral.* lib. III, c. 4, et epist. 42, ad Henricum Senonensem archiepiscopum. Imo abbati cuidam Hibernensi etiam episcopos subjectos fuisse refert Beda, lib. III *De gest.* c. 3, ut est in Concil. Anglicanis anno Christi 603, p. 118. D

(95) *Abbatum.* Ἡγουμένους, majores monasterii.

(96*) Speculatores, observatores.

(97) *Abbas duorum monasteriorum.* Ex c. 15 Concil., VII: Nemo potest clericus in duabus Ecclesiis conscribi: ergo multo magis dicendum est, non posse quem duobus monasteriis præesse, nisi plura monasteria pro uno habeantur, ut scribit Balsamon ad *Nomocan.* Photii tit. 1, c. 20.

(98) *Nec ullos habentibus liberos.* Episcopus eligi non poterat, qui non esset illiberis, ἄπαις. Novella Justiniani CXXIII, c. 1. Mem cavetur Novell. XI c. 1, quam abrogavit Leo Nov. II, quæ magis obtinuit etiam in Gallia: et procedente tempore jus illud in Ecclesia in desuetudinem abiit. Sidonius Apollinar. Epist. IV, epist. 12: *Nuper ego filiusque communis Terentinæ Hecyræ sales ruminabamus.* Et in epist. 16, lib. V, ad Papianillam uxorem: *Rascia te salutat, cura communis.* Gregor. Turonens. *Hist.* lib. V: *Perdidimus dulces et charos nobis infantulos.* Et lib. X, c. ult.: *Baudinus ex referendario Chlotarii regis ordinatur episcopus habens filium.* Vide l. 47, et annotata lib. III ad d. Nov. VI.

(99) *Ad ecclesiam ipsius pertinent.* Præsumuntur parta ex rebus ecclesiæ. Vide Zonaram ad can. 33 concil. Carthag.

administratoribus xenonum, nosocomiorum, ptochiorum, orphanotrophiorum, brephotrophiorum. Quæ post necessarias expensas superant, ad emendos reditus conferuntur. Quilibet horum universæ administrationis suæ rationes successori suo reddit. Si per largitionem quispiam factus fuerit episcopus, aut chorepiscopus, aut visitator, aut clericus, aut œconomus, aut ecclesiæ defensor, aut xenodochus, aut nosocomus, aut ptochotrophus, aut qui præfectus mendicis dicitur: tam ipse, quam qui accipit pecuniam, a sacerdotio, et administrator a curatione sua removetur. Clerici, qui per seipsos non psallunt odas nocturnas, matutinas, et vespertinas, et citra reprehensionem cultum divinum non implent, a clericatu submoventur, et in eos inquiritur ab episcopis, et duobus primis presbyteris, et vicario, et cujusvis ecclesiæ defensore. Unusquisque, qui scit horum aliquid violari, rem deferre potest.

A Τὰ μετὰ τὴν ἀναγκαίαν δαπάνην περιττεύοντα εἰς ἀγορασίαν προσόδου προχωρεῖ. Ἑκάστου τούτων ἐπὶ πάσῃ τῇ διοικήσει λογοθετεῖται παρὰ τοῦ μετ' αὐτόν. Ἐὰν ἐπί δόσει γένηταί τις ἐπίσκοπος, ἢ χωρεπίσκοπος, ἢ περιοδευτής, ἢ κληρικός, ἢ οἰκονόμος, ἢ ἐκκλησιέκδικος, ἢ ξενοδόχος, ἢ πτωχοτρόφος, ἢ ὀρφανοτρόφος, ἢ ἐπὶ πτωχείας, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ λαμβάνων ἐκπίπτουσι τῆς ἱερωσύνης, καὶ ὁ διοικητὴς τοῦ φροντίσματος. Οἱ κληρικοί, δι' ἑαυτῶν μὴ ψάλλοντες τὰ νυκτερινὰ καὶ ὀρθρινά, καὶ τὰ ἑσπερινά, καὶ ἀμέμπτως μὴ λειτουργοῦντες, ἐκβάλλονται τοῦ κλήρου, καὶ καταζητοῦνται ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων, καὶ δύο πρωτοπρεσβυτέρων, καὶ τοῦ ἐξάρχου, καὶ τοῦ ἑκάστης ἐκκλησίας ἐκδίκου. Ἕκαστος τούτων γινώσκων τι τούτων παραβαινόμενον δύναται προσαγγέλλειν.

B Unusquisque, qui scit horum aliquid violari, rem

XLIII. Episcopus in quocunque (1) negotio, citra jussionem imperatoriam, Constantinopolim ne proficiscitor, sed apocrisiarios mittito. Qui secus facit, indignationem incurrit, et segregatur.

ΜΓ'. Ἐπίσκοπος ἐφ' οἱῳδήποτε πράγματι παρακέλευσιν [*Isc.* παρὰ κέλευσιν] βασιλικὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει μὴ γινέσθω, ἀλλ' ἀποκρισιαρίους στελλέτω. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιεῖ, ἀγανακτεῖται καὶ ἀφορίζεται.

XLIV. Non cohabitent una monachi et monastriæ, sed habeant monastriæ senem unum, ab episcopo deputatum apocrisiarium; et ad participationem sacræ communionis unus presbyter, et unus diaconus eis dandi sunt, qui honestæ vitæ sint, nec cum eis conversentur aut cohabitent. Qui vero in hæc non inquirit, nec ea corrigit episcopus, episcopatus amittendi periculum incurrit.

ΜΔ'. Μὴ συνδιαγέτωσαν ἀλλήλοις μοναχοὶ καὶ μονάστριαι, ἀλλ' ἐχέτωσαν αἱ μονάστριαι ἕνα γέροντα, παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἀφωρισμένον ἀποκρισιάριον, καὶ εἰς μετάδοσιν τῆς ἁγίας κοινωνίας, ἕνα πρεσβύτερον, καὶ ἕνα διάκονον δίδοται [*Isc.* διδόναι] χρὴ σεμνοῦ βίου, μὴ συνδιαιτωμένους ἢ συνοικοῦντας αὐταῖς. Ὁ δὲ μὴ ταῦτα καταζητῶν καὶ ἐπανορθῶν ἐπίσκοπος κινδυνεύει περὶ τὴν ἐπισκοπήν.

XLV. Si presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, matrimonium contraxerit, et pœnæ canonum est obnoxius, qui non minus (2) quam leges valent, et sacerdotium amittit. Quinetiam liberi, velut ex incestis et nefariis nuptiis procreati, spurii sunt, neque per successionem, aut donationem, aut mutuum fictitium, aut aliam obligationem, quidquam a patribus vel ipsi, vel eorum matres accipiunt; sed ejusmodi res sibi ecclesia ipsorum vindicat.

C ΜΕ'. Ἐὰν πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος γαμήσῃ, ὑπόκεινται μὲν τοῖς κανόσιν, οἵτινες οὐχ ἧττον τὸν νόμον [*in Cod. Just.* τῶν νόμων] ἰσχύουσι. Καὶ τῆς ἱερωσύνης δὲ ἐκπίπτει· καὶ οἱ παῖδες δὲ, ἐξ ἐνκλείστων καὶ νεφαρίων γάμων τεχθέντες, νόθοι εἰσί· καὶ οὔτε διαδοχὴν, ἢ δωρεὰν, ἢ ἐσχηματισμένον δάνειον, ἢ ἑτέραν ἐνοχὴν λαμβάνουσί τι παρὰ τῶν πατέρων, ἢ αἱ μητέρες αὐτῶν· ἀλλὰ ταῦτα λαμβάνει ἡ κατ' αὐτοὺς ἐκκλησία.

XLVI. Si quispiam fecerit dispositionem, per institutionem, aut legatum, aut fideicommissum, aut mortis causa donationem; is qui rem curare jussus est, cogitur per episcopum (3), etiamsi hoc prohibitum episcopo sit per testatorem, providere; ut, siquidem injuncta fuerit ei ecclesiæ exstructio, intra triennium eam absolvat: si vero xenon, intra spatium anni. Sane potest etiam domus aliqua conduci, ad componendos in lectis ægros, donec ipsum opificium impletum fuerit. Quodsi quæ semel ad pias causas dare jussi fuerint, ea præstare confestim

MΓ'. Ἐάν τις εὐσεβῆ ποιήσοιτο διατύπωσιν ἐν ἐνστάσει, ἢ ληγάτον [γρ. ληγάτων], ἢ φιδεικόμισσον μόρτις καῦσα δωρεὰ, ἀνάγκην ἔχει ὁ κελευσθεὶς διὰ τοῦ ἐπισκόπου, κἂν ἐκωλύθη ὑπὸ τοῦ διαθεμένου, προνοῆσαι, εἰ μὲν ἐκκλησία ἐπιτράπη ποιῆσαι, πληροῦν αὐτὴν εἴσω τριετίας· εἰ δὲ ξενῶνα, εἴσω ἐνιαυτοῦ. Δυνατὸν γὰρ καὶ οἶκον εἰς ἀνάκλησιν ἀῤῥώστων μισθώσασθαι, ἕως οὗ τὸ ἔργον πληρωθῇ. Εἰ δὲ πρὸς ἅπαξ εὐσεβές τι παρασχεῖν ἐκελεύσθησαν, ἀναγκάζονται διδόναι παραχρῆμα τοῦ ἁμφισθῆναι τὴν διαθήκην καὶ τὴν κληρονομίαν, ἢ τὸ

D

Annibalis Fabroti notæ.

(1) *Episcopus in quocunque.* Nov. VI, c. 2.

(2) *Qui non minus.* Canones legum habent vigorem. Justinianus Nov. VI, c. 1: Καὶ τοῖς πρὸ ὑμῶν βεβασιλευκόσι, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ὀρθῶς εἴρηται, δεῖν τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἀντὶ νόμου κρατεῖν.

(3) *Cogitur per episcopum.* Similiter episcopus hæredem compellit ut monumentum faciat secundum voluntatem defuncti, tametsi stricta ratione hæres facere non cogeretur. Sic Græci interpretantur quod de pontificali auctoritate dicitur in l. *Hæreditas* 36, D. *Hæredit. petit.* lib. XLII, Basilic. III. 1.

πρεσβεῖον καταβέξασθαι. Τοῦ δὲ τοιούτου χρόνου παρερχομένου, ἀπαιτεῖται τὸ καταλειφθὲν ὁ ἐπίσκοπος μετὰ καρπῶν καὶ αὐξήσεων ἀπὸ τοῦ καιροῦ τοῦ διαθεμένου τελευτῆς· καὶ ποιεῖται τὰς οἰκοδομὰς τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ξενώνων, καὶ γηροκομείων, ἢ ὀρφανοτροφείων, ἢ νοσοκομείων, ἢ πτωχείων, ἢ τὴν τῶν αἰχμαλώτων ἀγοράσιαν, καὶ προχειρίζεται τοὺς διοικητὰς αὐτῶν. εἰ γε μὴ ῥητῶς ὁ τελευτήσας εἶπε τὸν ὀφείλοντα διοικεῖν. Εἰ δὲ καὶ ὠνόμασεν, ἄδειαν ὁ ἐπίσκοπος ἔχει, κακῶς αὐτὸν διαγινόμενον ἀποκινεῖν, καὶ ποιεῖν ἄλλον. Εἰ δὲ ὁ κελευσθεὶς καὶ ὀχληθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου ἀρχικὴν ὄχλησιν ἀναμείνῃ, διπλοῦν δίδωσι τὸ καταλειφθέν. Ῥαθυμοῦντος δὲ τοῦ ἐπισκόπου, ἀναγκάζει πληρωθῆναι τὸ διατυπωθὲν ὁ μητροπολίτης. ἢ ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης ἀρχιεπίσκοπος, καὶ πᾶς ὁ βουλόμενος τῶν πολιτῶν κινεῖν τῶν ἐγκλήτων. Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἰδίαν τελευτὴν οἱ κληρονόμοι ἐκελεύσθησαν ποιῆσαι, ὁ προδηλούμενος χρόνος μετὰ τὴν ἀποβίωσιν αὐτῶν ἀριθμεῖται. Οἱ δὲ ἄρχοντες ἀναγκάζουσι ταῦτα πληροῦσθαι. [Εἰ] ἐνάλιον ληγατευθῇ ἢ δωρηθῇ τόποις εὐαγέσιν, ἢ κλήρῳ, ἢ μοναχοῖς, ἢ μοναστηρίοις, ἢ πτωχοῖς, καὶ ἁπλῶς εὐαγέσιν, ἢ οὐκ ἀπηγορευμένοις συστήμασιν, οὐκ ἔξεστιν ἐπ' αὐτῷ διαλύεσθαι, εἰ μὴ δοθῇ πρόσοδος εὐθαλὴς, μὴ βεβαρημένη δημοσίοις, καὶ προσθήκην οὐχ ἧττον τοῦ τετάρτου τῆς καθαρᾶς προσόδου μέρους ἔχουσα, μηδέποτε ἐκποιηθησομένη. Δεῖ δὲ καὶ συνθήκας καὶ διαλύσεις ἐγγράφους ἐπὶ τοῦτο γίνεσθαι, καὶ ἐπὶ πράξεως ἐμφανίζεσθαι. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτα γένηται, ἐκπίπτει τοῦ δοθέντος χρυσίου ὁ διαλυσάμενος, καὶ ἐκδικεῖ τὸ πρᾶγμα ὁ εὐαγὴς τόπος, ἔχων ὑποθήκην τὰ πράγματα τοῦ καταλείψαντος καὶ ἐπὶ καιροῖς καὶ προσόδοις, καὶ πάσῃ νομίμῳ ἐπαυξήσει· καὶ οὐκ ἀντίκειται τῇ ἀγωγῇ χρονία παραγραφή· κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ τίκτεται.

A coguntur, ubi primum publicatum testamentum, et ipsi hæreditatem atque legatum fuerint adepti. Quod tempus ubi præterierit, relictum episcopus exigit, una cum fructibus et accessionibus, inde usque a tempore mortis ejus, qui testamentum condidit; et structuras ecclesiarum, xenonum, gerontocomiorum, vel orphanotrophiorum, vel nosocomiorum, vel ptochiorum perficit; aut captivorum redemptionem, aliasve pias actiones procurat, et administratores horum instituit, si defunctus eum, qui administrare debeat, disertis verbis non expressit. Sin eum nominavit, potestatem habet episcopus, ut male se gerentem removeat, et alium instituat. Sin aliquis jussus (4) ac molestatus ab episcopo, præsidum interpellationem exspectaverit, rei testamento relictæ duplum præstat. Quod si episcopi negligentia intervenit, metropolitanus impleri, quod testamento dispositum est, cogit, vel ejus diœceseos archiepiscopus. Atque adeo civium quilibet ex lege condictitiam habet. Si vero hæredes post obitum suum, hoc ædificium struere jussi fuerint, tempus indictum ab eorum obitu numeratur, et ipsi præsides opus absolvunt. Si quod legatum annale relictum fuerit, aut donatum venerabilibus locis, aut clero, aut monachis, aut monasteriis, aut pauperibus, et simpliciter religiosis, vel non prohibitis corporibus: de eo transigere non licet, nisi datus fuerit opimus reditus, nec fiscalibus oneratus cum appendice, non minus quarta parte puri reditus habente, qui denique nunquam alienari possit. Atque hæc tum pacta, tum transactiones, hoc nomine per scripturam fieri debent, et apud acta insinuari. Si quid secus factum fuerit, aurum solutum amittit is, qui transegit; et ipsam rem locus religiosus vindicat, retinens interim obligatas sibi res testatoris, tam legatorum respectu, quam fructuum, et redituum, et omnis accessionis legitimæ. Nec præscriptio longi temporis opponitur huic actioni, cum quotannis nascatur.

MZ'. Ὁ ἡγούμενος κατ' ἐκλογὴν ἐπὶ ἀσκήσει καὶ διοικήσει τῶν λοιπῶν ἢ τῶν πλειόνων ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων γίνεται δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ἡγουμένης μοναστριῶν, ἤτοι ἀσκητριῶν. Εἰ δὲ πρῶτοι ἱκανοὶ πρὸς τὴν ἡγουμενείαν εὑρισκόμενοι, προτιμῶνται τῶν μετ' αὐτούς.

XLVII. Abbas per electionem (5), habita exercitationis et administrationis ratione a reliquis monachis, vel a pluribus, propositis evangeliis, episcopi approbatione interveniente, instituitur. Idem fit in præfecta monastriarum (6) sive ascetriarum. Cæterum si primi ad præfecturæ munus idonei reperiantur (7), potiores sunt illis, qui eos sequuntur.

MH'. Ἐάν τις ἔχων γαμετὴν ἢ παῖδας [*Cod. Just.*

XLVIII. Si quis uxorem (8) et liberos habens,

Annibalis Fabroti notæ.

(4) *Sin aliquis jussus.* Ἐνοχληθέντες, admoniti et conventi. Vide § *Sed furti.* 25, *Instit. de action.*

(5) *Abbas per electionem.* Abbas eligi debet: electio enim quæ per sortes fit, prohibetur l. 46, c. eod.

(6) *In præfecta monastriarum.* Ἐπὶ τῶν ἡγουμένων τῶν ἐναγῶν μοναστηρίων, d. l. 46.

(7) *Idonei reperiantur.* Alioquin eligi quoque poterit minor natu. Vid. *Constit. Apost.* lib. II, c. 1. Vide epistolam S. Ignatii ad Magnesios, inter eas quæ interpolatæ dicuntur. Balsamon ad c. 80 Apostol.: Καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος οὐ τὸν νέον ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὸν ἐκ νέου φυτευθέντα· *Jam vero et magnus Paulus non juvenem prohibet*, id est, νέον fieri episcopum, sed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον.

(8) *Si quis uxorem.* Qui uxorem aut liberos habet, episcopus creari non potest, Nov. VI. c. 1, § 3, nisi maritus esse desinat, ut ait B. Hieron. *Advers. Vigilantium.* Vid. ad d. Nov. et l. 39 supra. Aut certe uxoribus abstinebant episcopi et superioris gradus clerici exemplo B. Petri, qui ut est in canonibus Ælfrici ad Vulfinum episcopum, quamprimum factus est discipulus Christi, qui castitatis exemplum præbuit, uxorem derelinquit, et mundana omnia. Ne autem in periculum vocaretur castitas Deo promissa (nam Genebau lum episco-

fit episcopus, non amplius ipse in episcoporum erit numero, et qui eum ordinaverit, episcopatum amittit.

XLIX. Recte ac utiliter captivos quis hæredes scribit, ac hæreditatem episcopus et œconomus civitatis, in qua domicilium habuit, accipit; et in captivorum redemptionem expendunt, vel ipsarum rerum pretia, vel immobilium reditus, nihil retinentes jure Falcidiæ. Iidem nomine debitorum et agunt, et conveniuntur. Pauperes etiam recte quis scribit hæredes: ac si distincte non adjecerit, quosnam intelligat, ejusdem civitatis xenodochus illas res accipit, et ex ipsarum distinctione reditum comparat. Sin plures in civitate sunt xenones, magis inops hasce res accipit, discutiente causam episcopo, et subditis ei clericis. Quod si nullum civitas xenonem habet, per episcopum vel œconomum res distribuuntur in pauperes, vel alioqnin egenos, nulla Falcidiæ ratione habita. Sin ad manifestum, non incertum ecclesiæ nomen, vel religiosæ domus, respiciendo reliquit: ea ipsa legatum accipit, interveniente Falcidia.

L. Episcopi, et presbyteri, et diaconi, peculium castrense habent, ac de hoc legitime testantur: nec ipsorum testamentum inofficiosi querelæ subjacet.

LI. Etiam clerici recte in instrumentis fori præscriptioni renuntiant: quippe generaliter cuivis licet, ut ea, quæ pro se faciunt, negligat.

LII. Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi et monachi licet ordinationem (9) nullam habeant, immunes sunt omni tutela (10) et curatione: ea tamen lege, si ecclesiis et monasteriis suis vacent (11), nec divinum cultum negligant.

LIII. Curialis et apparitor (12) si factus fuerit episcopus aut presbyter, loco movetur, licet antea

sic habet, γαμετὴν, ἢ παλλακὴν, ἢ φυσικοὺς] ἐπίσκοπος γένηται, καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτὸν ἐκπίπτει.

Μθ'. Ἐρρωμένως τις γράφει τοὺς αἰχμαλώτους κληρονόμους, καὶ λαμβάνει τὴν κληρονομίαν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως ἐν ᾗ τὸ δομικίλιον εἶχε· καὶ δαπανῶσιν εἰς ἀνάρρυσιν τῶν αἰχμαλώτων, ἢ τὰς τιμὰς τῶν πραγμάτων, ἢ τὰς προσόδους τῶν ἀκινήτων, μὴ παραχρατοῦντες Φαλκιδίῳ. Καὶ ἐνάγουσι, καὶ ἐνάγονται ἐπὶ τοῖς χρέεσι. Καὶ τοὺς πτωχοὺς τις καλῶς γράφει κληρονόμους· καὶ ἐὰν μὴ προσδιορίσῃ ποίους, ὁ ξενοδόχος τῆς αὐτῆς πόλεως λαμβάνει τὰ αὐτὰ πράγματα, καὶ ἐν τῇ διαπράσει αὐτῶν ἐξαγοράζει πρόσοδον. Εἰ δὲ πολλοὶ ξενῶνές εἰσιν ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον ὁ ἀπορώτερος αὐτὰ λαμβάνει, τὰ περὶ τούτου δοκιμάζοντος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν κληρικῶν. Εἰ δὲ μὴ ἔχει ξενῶνα ἡ πόλις, διανέμονται τὰ πράγματα διὰ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ οἰκονόμου εἰς τοὺς πτωχοὺς, ἢ ἄλλως ἐνδεεῖς, μὴ παραχρατουμένου Φαλκιδίου. Εἰ δὲ πρόδηλον ἢ ἄδηλον ὄνομα ἐκκλησίας ἢ εὐαγοῦς οἴκου ἀπὼν κατέλιπεν, αὐτὸς μόνος λαμβάνει, μὴ ὑφιστάμενος Φαλκίδιον.

Ν'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι peculium castrense ἔχουσι, καὶ διατίθενται νομίμως ὑπ' αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπόκειται ἡ διαθήκη διενοφρικίσσῃ.

ΝΑ'. Καὶ οἱ κληρικοὶ καλῶς ἐν συμβολαίοις ἀπολέγουσι τῇ τοῦ φόρου παραγραφῇ. Γενικῶς γὰρ ἔξεστιν ἑκάστῳ τῶν ἑαυτοῦ καταφρονεῖν.

ΝΒ'. Οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ μοναχοὶ, κἂν μὴ ἔχωσι χειροτονίαν, ἐλειτουργήσαν ἔχουσι πάσης ἐπιτροπῆς καὶ κουρατίονος· καὶ σχολάζοντες μέντοι εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ τοῖς μοναστηρίοις αὐτῶν, καὶ μὴ ἀμελοῦντες τῆς θείας λειτουργίας.

ΝΓ'. Ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης, ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος γένηται, ἐκπίπτει, κἂν ἦν πρὸ

Annibalis Fabroti notæ.

pum illecebris deceptum uxoris liberos ex ea procreasse scribit Flodoardus, lib. I *Hist. Rhemens.* cap. 14, et vide omnino Gregorium Turonensem, *De gloria confessorum* cap. 78), postea constitutum est, ut non aliter episcopus crearetur, quam si uxor vitam solitariam amplecteretur. Eaque de re exstat Isaaci Angeli constitutio apud Leuncl. lib. VIII Resp. matrim. Sic Joannes Glycis cum factus esset patriarcha Constantinopolitanus uxorem ejus statim monasticum habitum induisse scribit Nicephorus Gregoras, *Histor. Rom.* l. VII; concilium Arelat. sup. Vide Balsamonem in synodum VI, in Trullo, can. 48; concilium Arelat. II, sub Siricio, c. 2, assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio. Vide Gregorium Nazianzenum, orat. 40.

(9) *Licet ordinationem.* Licet non sint clerici, l. 51 c. eod. Vid. Balsamonem *Nom.* tit. 1, c. 31; et Zonaram ad can. 8 IV syn. Chalced. B. Hieron. ad Heliodorum mon.: *Sed de hoc gradu pulsus provocabis ad clericos.* Vita S. Pachomii interprete Dionysio Exiguo, c. 24: *Cogitatio feralis ambitus si in mentes irrepserit monachorum ut vel primi cupiant esse, vel clerici, nisi cito suggestionis hujus ardorem de suo corde pepulerint, illico perdent continentiam multis laboribus acquisitam.* Clerici tamen fieri possunt. V. Bals. ad can. 77 VI syn. in Trullo. Ex monachis fieri possunt episcopi, Nov. VI, cap. 1, § 7. Vide *Ibid.*

(10) *Ab omni tutela.* Ex Nov. CXXIII, c. 5, episcopi et monachi tutores fieri non possunt; clerici volentes unam legitimam tutelam suscipiunt. V. can. 3 concilii Chalced. et ibi Zonar. et Balsam. Clerici tamen non prohibentur esse testamentorum executores, Nov. Leonis LXVIII.

(11) *Si ecclesiis suis vacent.* Justinianus in l. 31: *Qui apud sacrosanctas ecclesias vel monasteria permanent, non divagantes.* In quibusdam cod. et ms. Brodæi, legitur, *devagantes.* De his B. Augustinus lib. singul. *De opere monachor.*: *Tam multos hypocritas sub habitu monachorum usquequaque dispersit, circumeuntes provincias nusquam missos, nusquam fixos, nusquam stantes, nusquam sedentes.* V. synod. Chalced. c. 4. Cæterum d. l. 31, perperam Leoni tribuitur a Gratiano, quæst. 16, cap. 1, generaliter.

(12) *Curialis et apparitor.* V. Innoc. I, epist. 4, et distinct. 51, et c. *Aliquantos*, eod. d. Breviar. can. Cresconii, n. 219.

τούτου κληρικός· καὶ γινόμενος ἰδιώτης, ἀποδίδοται τῇ οἰκείᾳ λειτουργίᾳ. Εἰ δὲ ἀπὸ ἀνήβου ἡλικίας ἐμόνασε, καὶ διέμεινε, γίνεται πρεσβύτερος, καὶ ἐπίσκοπος καὶ ἀρχιμανδρίτης, καὶ λειτουργίας ἀπαλλάσσεται· τοῦ μὲν βουλευτοῦ διδόντος τὴν τετάρτην μοῖραν τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ, τοῦ δὲ ταξεώτου τῷ δημοσίῳ μόνῳ· ὁ δὲ παρανόμως χειροτονηθεὶς καθαιρεῖται. Ἐάν τις ὢν κληρικὸς ἢ ἐνόπλως στρατεύηται, ἢ καθαιρεθεὶς μετέλθῃ στρατείαν, βουλευτὴς παραχρῆμα γίνεται τῆς ἰδίας πόλεως, ἢ ἑτέρας, μέχρι μιᾶς ἐπαρχίας, ἐὰν ἡ πόλις αὐτοῦ πολλοὺς ἔχῃ βουλευτάς. Εἰ δὲ λανθάνει, ἐπιλαμβάνονται οἱ βουλευταὶ τῶν πραγμάτων αὐτοῦ, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ ἐν προσόδῳ, οὗσῃ, ἢ ὀνουμένῃ, λαμβάνουσι· τὸ δὲ ἥμισυ τῇ τραπέζῃ τῶν ὑπάρχων εἰσκομίζεται. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ μοναχοῦ ὅπως οὖν στρατευομένου, ἢ ἀξίαν λαβόντος, ἢ τὸν ἐν δικαστηρίοις βίον μεταδιώκοντος. Ἐάν τις βαρηθῇ ἀποκαταστάσει, ἢ ὑποκαταστάσει ἐξ ἀπαιδίας, καὶ βουληθῇ γαμῆσαι διάσκησιν, μένει ἔχων τὰ πράγματα, καὶ δαπανᾷ αὐτὰ περιών, ἢ καταλιμπάνει ὡς θέλει, εὐσεβῶς μέντοι. Εἰ δὲ καὶ ὑπὸ αἵρεσιν παιδοποιίας καταλειφθῇ αὐτοῖς, ἔχουσιν αὐτὸ καὶ μὴ παιδοποιοῦντες. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ παρθενευούσαις, καὶ ἐπὶ τοῖς γαμεῖν βουλομένοις κωλυομένοις κληρικοῖς. Ἐάν ὁ εἷς τῶν συνοικούντων μονάσῃ, πέμπει ῥεπούδιον ὁ ἄλλος, καὶ χώραν τοῖς ἀπὸ τελευτῆς συμφώνοις· καὶ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος φυλάττεται, ὡς εἰκὸς, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γάμου παισὶν, εἰ καὶ τὸ κερδᾶναν πρόσωπον μὴ ἔλθῃ πρὸς ἕτερον γάμον καὶ μένῃ ἡ γυνὴ γαμουμένη ἑτέρῳ ἐνιαυτὸν ἕνα.

A clericus esset: et factus privatus, muneri suo restituitur(13). Sin ab impuberi ætate solitarius fuit, ac in eo perseveravit, et presbyter fit, et episcopus, et archimandrita, et a munere suo liberatur: ita quidem, ut curialis quartam (14) patrimonii sui partem det curiæ, ac fisco: apparitor vero, tantumdem fisco duntaxat. Qui autem præter leges ordinatus fuerit, deponitur. Si quis, cum clericus sit, vel armatæ militiæ se dederit, vel a clericatu remotus, militaverit, extemplo fit curialis civitatis suæ, vel alicujus alterius, ad unam usque provinciam, siquidem ipsius patria multos habeat decuriones. Sin latitat, facultates ejus decuriones apprehendant, earumque semissem ipsi accipiunt, in reditu, vel exsistente, vel comparando: altera semissis mensæ B præfectorum prætorio infertur. Idem etiam in monacho locum habet, si quomodocunque militaverit, aut dignitatem adeptus sit, aut in judiciis versetur. Si quis gravatus fuerit fideicommisso (15), vel substitutione, ex causa non exstantium liberorum, ac propter exercitationem monasticam, matrimonium contrahere non voluerit, manet in eodem statu ac res ipsas retinet, easque superstes expendit, vel testamento relinquit, pro libitu suo, pias tamen ad causas. Quod si etiam sub conditione procreandorum liberorum eis aliqua legata fuerunt, retineat ea, tametsi nullos procreant liberos. Idem obtinet etiam in feminis virginitatem profitentibus, et in clericis, qui matrimonium contrahere prohibentur. Si conjugum alteruter (16) solitariæ vitæ se dederit, alter repudium ei mittit, et locus est pactis in casum mortis, ac lucrum inde proveniens reservatur C communibus ex eodem matrimonio liberis, si quidem ea persona, quæ lucrum illud acceperit, ad secundas nuptias non accesserit, et ipsa mulier annum unum innupta maneat.

ΝΔ'. Τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τοῖς κηδεμόσι τῶν παρθένων καὶ διακονισσῶν, καὶ τῶν ἀνειμένων τῷ Θεῷ χηρῶν, ἔξεστι τοὺς ἁρπαγὰς αὐτῶν, καὶ τοὺς ἐν καιρῷ τῆς ἐφόδου βοηθοῦντας αὐτοῖς ἐπ' αὐτοφώρῳ [αὐτοφώρῳ] φονεύειν. Εἰ δὲ διαφύγωσιν, ἀναζητοῦσιν αὐτοὺς, ἐν Κωνσταντινουπόλει μὲν οἱ ὕπαρχοι καὶ ὁ ἔπαρχος, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις πάντες οἱ ἄρχοντες πολιτικοί τε καὶ στρατιωτικοί· καὶ μετὰ ἀπόδειξιν μὴ χρωμένους φόρου

LIV (16*). Licet parentibus, et fratribus et curatoribus virginum, diaconissarum, et viduarum Deo consecratarum, ut earum raptores, et illos, qui tempore invasionis auxilium eis præbent, in ipso facinore interficiant. Sin effugiunt, perquirunt eos, Constantinopoli quidem, præfecti prætorio, et præfectus urbi; in provinciis autem, magistratus universi, tam civiles, quam militares: et probatione secuta, nulla fori præscriptione utentes extremo

Annibalis Fabroti notæ.

(13) *Muneri suo restituitur.* Curiæ vel cohorti: D ut infra munere suo liberatur, id est, curia, vel officio. Ad curiam retrahitur.

(14) *Quartam.* Dodrantem ex Nov. CXXIII, ex qua monachus post annos 15, curia liberatur, atque ita episcopus creari potest.

(15) *Si quis gravatus fuerit fideicomm.* Vide d. Nov. CXXIII, c. 37.

(16) *Si conjugum alteruter.* Jure civili uni ex conjugibus etiam invito altero religionis gratia licet divertere, et divortium ejusmodi dicitur fieri bona gratia, id est, citra culpam alterutrius et communi consensu. Et divortium illud legum pœnis solutum est, l. 52, c. *De episc. et cleric.* Nov. XXII, c. 5, Nov. CXVII, c. 12. Quod tamen jus Ecclesia non probavit; matrimonium enim sola morte dirimitur. Asterius in homilia, in qua disserit, an liceat homini dimittere uxorem suam quacunque ex causa: Πείσθητε ὅτι γάμος θανάτῳ μόνῳ καὶ μοιχείᾳ διακόπτεται· *Hoc persuasum habete, exceptis morte ac adulterio, nulla ex causa matrimonium dirimi.* Et ei qui semel conjugalem vitam elegit, temere consilium mutare non licet, nisi religionis assumpserit habitum; Dei enim causa præcipua est, et merito auditur qui a conjugali consortio ad cultiorem et Deo magis acceptam vitam transire velle dicitur. Alterius tamen conjugis voluntatem prius explorandam esse docet tit. *De conversione conjugatorum.* D. August. in epist. 45: *Nam et vovenda talia non sunt a conjugatis, nisi ex consensu et voluntate communi.* Videndus Hincmarus, *De divortio Lothar. et Tetbergæ*, in resp. ad interrog. 23: et D. Augustin. epist. 70; et Paulinus Nolanus, in epist. 50 ad Celantiam; Cantacuzenus, lib. IV, cap. 42.

(16*) Raptores sanctimonialium ac diaconissarum impune occiduntur a parentibus, fratribus, vel tutoribus seu curatoribus earum.

supplicio afficiunt, ac bona raptoris, et ejus, qui (sicuti dictum est) auxilium illi præbuit, accipit ipsum monasterium, vel asceterium; ita tamen, ut ea, cui vis illata fuit, ex iis ibidem alatur. Sin violata duntaxat est diaconissa, non ascetria, vel monastria, proprietatem illorum bonorum ecclesia ipsius accipit; ipsa vero, suffragium (17). Qui autem aliter eis auxilium præbuerint, vel ministri fuerint, vel conscii, vel susceptores, vel opem quamcunque tulerint, ultimo duntaxat supplicio subjacent. Est autem locus his, quæ dicta sunt, etiamsi mulierum indicatarum aliqua volens peccaverit.

LV. Si quis ex sponsis solitariam vitam elegerit, arrhæ simplæ restituuntur, nec quidquam præter has amittitur. Et in iis, qui matrimonium contraxerunt, casus post mortem locum inveniunt (18). Non licet parentibus impedire liberos, qui vitam solitariam amplecti, vel clerici fieri volunt; nec illa sola de causa potestatem habent exhæredandi: sed si testamentum condiderint, tres uncias eis relinquere coguntur: sin nihil omnino disposuerint, locus est successioni ab intestato. Quodsi ecclesias ipsi, vel monasteria reliquerint, ac mundani facti fuerint, omnia ipsorum jura pertinent ad monasterium, vel ad ecclesiam. Si Christianus Judæo, vel hæretico, vel pagano servierit, libertatem adipiscitur. Sed et si quis necdum christianus, ad orthodoxam fidem accedat, licet postea dominus etiam fidem Christianam amplexus fuerit, nihil pro ejus pretio consequitur, violatore legis non solum multæ pecuniariæ, verum etiam ultimo supplicio subjacente.

LVI. Iis, quæ sancita sunt in extremo capite constitutionis 45 tituli præsentis, adjicit hæc constitutio, ut quæ nomine transactionis aut venditionis rei, quæ perpetuo relinquitur, cujusmodi leges annalia vocant, præter vim dictæ constitutionis data sunt, religiosæ domui addicantur; et ut ei, qui dedit, obligatus is sit, qui cum ipso contraxit; et hæredes contrahentis alteri de suo, quæ data sunt præstent.

Paralilla tituli III.

Libri I, tit. 1, constit. 3, cujus initium, *Sancimus*. Episcopus vel clericus, qui Nestorianus est, ex ecclesia ejicitur.

Lib. I, tit. 1, constit. 4, cujus initium, *Nemo*. Clericus, qui publice de fide disceptationem instituit, a sacerdotio removetor.

Lib. I, tit. 2, constit. 6 (19), cujus initium, *Omni*. Etiam in Illyrico prisci canones ecclesiastici servantor, ut cum ecclesiasticum aliquod dubium emerserit, fide archiepiscopi Constantinopolitani (20), synodo conveniente, decidatur.

παραγραφῇ, τιμωροῦνται ἐσχάτως, καὶ τὰ πράγματα τοῦ ἁρπαγος καὶ τοῦ (ὡς εἴρηται) βοηθήσαντος αὐτῷ λαμβάνον τὸ μοναστήριον ἢ τὸ ἀσκητήριον ἐφ' ᾧ καὶ τὴν βιάσασαν ἐξ αὐτῶν ἐκεῖθεν τρέφεσθαι. Εἰ δὲ μόνον διακόνισσά ἐστιν ἡ βιασθεῖσα, καὶ οὐκ ἀσκήτρια ἢ μονάστρια, τὴν μὲν δεσποτείαν ἡ κατ' αὐτὴν ἐκκλησία λαμβάνει, αὐτη δὲ τὴν ἀποτροφήν. Οἱ δὲ ἄλλως αὐτοῖς βοηθήσαντες, ἢ ὑπουργήσαντες ἢ συνειδότες, ἢ ὑποδεξάμενοι, ἢ σπουδὴν οἱανδήποτε συνεισαγαγόντες, μόνῃ τῇ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑπόκεινται. Χώρα δὲ τοῖς εἰρημένοις, κἂν ἑκοῦσά τις τῶν εἰρημένων γυναικῶν ἡμαρτήθη.

ΝΕ'. Ἐάν τις τῶν μνηστόρων [Ισ. μνηστήρων] μονάσῃ, οἱ ἀῤῥαβῶνες ἁπλοῖ ἀποδίδονται, καὶ οὐδὲν ζημιοῦται. Ἐπὶ δὲ γαμησάντων οἱ ἀπὸ τελευτῆς κάσοι χώραν λαμβάνουσιν. Οὐκ ἔξεστι τοῖς γονεῦσι βουλομένους τοὺς παῖδας μονάσαι ἢ κληρωθῆναι κωλύειν, οὔτε διὰ τοῦτο μόνον ἐξεριβατεύειν· ἀλλ' εἰ μὲν τὰ καθ' ἑαυτοὺς διατυπώσωσιν, ἀνάγκην ἔχουσι τρεῖς οὐγκίας αὐτοῖς ἐᾶν· εἰ δὲ μὴ διατυπώσωσι, χώρα τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου. Εἰ δὲ τὰς ἐκκλησίας ἢ τὰ μοναστήρια καταλίπωσι, καὶ κοσμικοὶ γένωνται, πάντα τὰ δίκαια αὐτῶν τῷ μοναστηρίῳ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ διαφέρει. Ἐὰν Χριστιανὸς δουλεύσῃ Ἰουδαίῳ ἢ αἱρετικῷ, ἢ Ἕλληνι, ἐλευθεροῦται. Καὶ ὁ μὴ ὢν μὲν Χριστιανός, προστρέχων δὲ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, κἂν ὕστερον ὁ δεσπότης χριστιανίσῃ, οὐδὲν ὑπὲρ τιμῆς λαμβάνει, τοῦ παραβαίνοντος οὐ μόνον ποινῇ χρηματικῇ, ἀλλὰ καὶ ἐσχάτῃ τιμωρίᾳ ὑποκειμένου.

ΝϚ'. Τοῖς νομοθετηθεῖσιν ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τῆς [τεσσαρακοστῆς πέμπτης] διατάξεως τοῦ παρόντος τίτλου προστίθησιν ἡ παροῦσα διάταξις, ὥστε ὑπὲρ διαλύσεως ἢ πράσεως τοῦ διηνεκοῦς καταλιμπανομένου, ὑπὲρ ἀννάλια [f. ὑπεραννάλια] καλοῦσιν οἱ νόμοι, παρὰ τὴν δύναμιν αὐτῆς δοθήσεται, τῷ εὐαγεῖ προσκυρούμενα τόπῳ, ὑποκεῖσθαι τῷ δεδωκότι, τὸν συμβάλλοντα αὐτῷ, καὶ οἱοσθὲν αὐτῷ διδόναι κληρονόμου αὐτοῦ.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτλος α', διάταξις γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, Νεστοριανὸς ὑπάρχων, τῆς Ἐκκλησίας ἐκβάλλονται.

Βιβ. α', τίτ. α', διάταξις δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo*. Κληρικὸς δημοσίᾳ περὶ πίστεως ζήτησιν ποιούμενος τῆς ἱερωσύνης ἐκπιπτέτω.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ϛ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omni*. Καὶ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ οἱ παλαιοὶ κανόνες τῶν Ἐκκλησιῶν κρατείτωσαν· ὥστε ἡνίκα τι ἐκκλησιαστικὸν ἀνακύψει, τέμνεσθαι γνώμῃ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, συνόδου γινομένης.

Annibalis Fabroti notæ.

(17) *Ipsa vero suffragium*. Συφράγιον et in ora libri Leunclavii exponitur, ἀποτροφή. Glossæ Basilic. συφράγιον, ἀποστροφή, lege, ἀποτροφή. Justinian. in l. 53, c. eod. usumfructum consequatur.

(18) *Casus post mortem*. Lucrum consequatur ab eo qui solitariam vitam elegit, quod debuit legitime vel ex pacto in casum mortis exigere, l. 54, c. eod.

(19) Lib. I, tit. 11, const. 6. Vide supra ad tit. 2, n. 6.

(20) *Fide archiep. CP.* Græci videntur legisse, *sententia*. Iidem vertunt, γνώμῃ, sententia, arbitrio.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Privilegia*. A Ὅτι τὰ παριερχόμενα ἐκ τοῦ δημοσίου ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις λόγῳ πτωχῶν ἀδιστάκτως καὶ ἀμειώτως αὐταῖς καταβάλλεσθαι χρὴ, ἐν οἱοισδήποτε εἴδεσιν ὄντα.

Lib. 1, tit. 2, constit. 12, cujus initium, *Privilegia*. Quæ ex publico perveniunt ad sanctissimas ecclesias ratione pauperum, sine dubitatione ac immunitione debent eis præstari, quibuscunque tandem in speciebus sint.

Βιβ. α', τίτ. β', διάταξις ιγ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Generaliter*. Γυνὴ ἀφιερωμένη Θεῷ, ἢ καὶ χήρα, δύναται ἐκκλησίᾳ, ἢ μοναστηρίῳ, ἢ κλήρῳ, ἢ πτωχοῖς ἐν διαθήκῃ ἐν κωδικίλλοις πᾶν ὅπερ βούλεται καταλιμπάνειν.

Lib. 1, tit. 2, constit. 13, cujus initium, *Generali lege*. Mulier Deo consecrata, et vidua, potest ecclesiæ, vel monasterio, vel clero, vel pauperibus, in testamento vel in codicillo, quidquid omnino vult, relinquere.

Βιβ. α', τίτ. β', διάταξις ιδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Jubemus*. Ὁ οἰκονόμος ἐκποιῶν ἀκίνητον τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως πρᾶγμα, ἢ πολιτικοὺς ἀννώνας, ἢ γεωργοὺς, ἐκπίπτει τῆς οἰκονομίας.

Lib. 1, tit. 2, constit. 14, cujus initium, *Jubemus*. Œconomus, qui rem immobilem Ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel annonas civiles, vel colonos alienat, ab œconomi officio removetur.

Βιβ. α', τίτλος β', διάτ. ιε', ἧς ἡ ἀρχὴ. . . . Εἴ τις νοσοκομεῖον, ἢ πτωχεῖον ἢ ξενοδοχεῖον δωρεᾶς τρόπῳ B κτίζειν ἐπηγγείλατο, τοῦτο πληροῦν ἀναγκάζεται προνοίᾳ τῶν κατὰ πόλιν ἐπισκόπων καὶ οἰκονόμων.

Lib. 1, tit. 2, constit. 15, cujus initium. . . . Si quis nosocomium, vel ptochium, vel xenodochium, modo donationis, exstructurum se promiserit, rem implere cogitur, episcoporum qualibet in civitate, atque œconomorum interveniente providentia.

Βιβλίον α', τίτλος β', διάταξις ις', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Decernimus*. Ἡ διάτ. βούλεται τὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν μοναχῶν προνόμια βέβαια μένειν.

Lib. 1, tit. 2, constit. 16, cujus initium, *Decernimus*. Vult hæc constitutio, ut clericorum et monachorum privilegia firma maneant.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ιζ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Νομοθετεῖ ἡ διάταξις περὶ ἐκποιήσεως, καὶ ἀνταλλαγῆς, καὶ ὑποθήκης, καὶ ἐμφυτεύσεως, καὶ δωρεᾶς πραγμάτων διαφερόντων ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μαρτυρίοις, καὶ ξενοδοχείοις, καὶ πτωχείοις, καὶ ὀρφανοτροφείοις αὐτῆς, καὶ τῶν δεχομένων ἐξ αὐτῆς χειροτονίαν ἐπισκόπων, πόλεως τε κλιμάτων, καὶ τῶν δεχομένων C τὰς παρὰ τῶν μητροπολιτῶν χειροτονίας. Ἀνάγνωθι οὖν αὐτὴν, ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ σαφηνίζουσαν, καὶ ἀνελλειπῶς διαγορεύουσαν, πότε καὶ πῶς, καὶ ἐκ ποίας αἰτίας, καὶ ἐπὶ ποίοις γράμμασι, καὶ τίνα τρόπον, καὶ παρὰ τίσι γίνονται ἐκποιήσεις ἢ ἐμφυτεύσεις τῶν διαφερόντων πραγμάτων τοῖς αὐτοῖς τόποις. Μαθήσῃ γὰρ ἐξ αὐτῆς καὶ περὶ ποίων ταῦτα νομοθετεῖ πραγμάτων. Μὴ λάθῃ δέ σε ὅτι ἐπὶ τῆς ἐμφυτεύσεως τὰ αὐτὰ κρατεῖν παρακελεύεται, καὶ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πραγμάτων τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Κωνσταντινουπόλεως, ἅπερ ἐνομοθέτησε τοῖς μνημονευθεῖσιν εἰς τὰ τοῖς ἄλλοις τόποις προσήκοντα θαύματα. Ὑπεξαιρεῖ δὲ τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἡ διάταξις τὰ ἱερὰ ἀναθήματα. Σημείωσαι δὲ ἐκ τῶν ῥημάτων αὐτῆς ὅτι κινητὰ μόνα καλεῖ τὰ ἱερὰ ἀναθήματα.

Lib. 1, tit. 2, constit. 17, cujus initium. *Sancimus*. Hæc constitutio statuit de alienatione, et permutatione, et hypotheca, et emphyteusi, et donatione rerum pertinentium ad sanctas Constantinopolis ecclesias, et ad martyria, et monasteria, et xenodochia, et ptochia, et orphanotrophia ejus, et ad episcopos, qui ordinationem ab ea consequuntur; et ad eos, qui a metropolitanis civitatum ipsius ac regionum ordinantur. Quapropter illam legito, ad verbum declarantem, ac plene sanctionem, quando, et quomodo, et quibus ex causis, et quibuscum litteris, et quo pacto, et apud quos fiant alienationes, vel emphyteuses rerum ad eadem loca pertinentium. Nam ex ea cognosces etiam, de quibus hæc sanciat rebus. Neque te lateat, quod in emphyteusi eadem valere jubeat in rebus ad Majorem Ecclesiam Constantinopolitanam pertinentibus, quæ statuit et de rebus ad alia indicata loca pertinentibus. Excipit autem ab hac lege constitutio anathemata sacra (21). Et ex ipsius verbis nota, quod sola dicat non alienanda sacra donaria.

Βιβ. α'. τίτ. β', διάτ. ιη' ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἡ Μεγάλη*. D Ἡ Μεγάλη ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως ὑπὲρ προίκα θάπτεσθαι τοὺς τελευτῶντας ἑβδομήκοντα λίτρας χρυσίου ἐκ βασιλικῆς φιλοτιμίας εἴληφεν.

Lib. 1, tit. 2, constit. 18, cujus initium, *Ἡ Μεγάλη*. Ecclesia Major Constantinopolitana pro iis gratuito sepeliendis, qui moriuntur, 70 libras auri ex augustali liberalitate accepit.

Βιβ. α', τίτ. β', διάτ. ιθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Illud*. Ὁ δωρεὰν μέχρι φ' νομισμάτων εἰς ξενοδοχεῖον, ἢ νοσοκομεῖον, ἢ ὀρφανοτροφεῖον, ἢ εἰς αὐτοὺς τοὺς πτωχοὺς ποιούμενος ὑπομνημάτων οὐ χρῄζει.

Lib. 1, tit. 2, constit. 19, cujus initium. *Illud*. Qui donationem usque ad quingentos nummos in xenodochium, vel nosocomium, vel orphanotrophium, vel in ipsos pauperes facit, actorum monumentis non indiget.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si clericus*. Ἐὰν κληρικὸς πρὸ τοῦ τέλους τῆς ἀποφάσεως ἐκ-

Lib. 1, tit. 4, constit. 2 (22), cujus initium, *Si clericus*. Si clericus ante sententiam definitivam appel-

Annibalis Fabroti notæ.

(21) Constitutio 17, in fine, *Anathemata sacra*. Integra constitutio sup. tit. 2, ἱερὰ σκεύη, sacra vasa.

(22) Lib. 1, tit. 4, const. 11. V. d. t. 4, infra.

laverit, 50 libris argenti multatur : quæ pauperibus per fidelissimum quemdam distribuentur.

Lib. I, tit. 4, constit. 4, cujus initium, *Mimæ*. Quæ scortatione (23) simplici peccat, nequaquam habitu perpetuæ virginis aut diaconissæ utitor.

Lib. I, tit. 4, constit. 6, cujus initium, *Addictos*. Nullus clericus, vel monachus, vel qui synodita vocatur, condemnatum rapiat vel detineat. Sin præter sancita, damnatum rapuerint, a præside pro dignitate puniuntor. Quod si magnam clericorum manum, et copiis suis superiorem præses viderit, ad imperatorem de ipsis referat, ut conveniens eis pœna irrogetur. Nec eorum locorum episcopus expers est culpæ, quibus in locis a clericis aut monachis peccatum fuerit. Nam ab ipso castigari debent horum omnia delicta, quandoquidem ipsi, cum admittuntur, reprehensionem afferunt.

Lib. I, tit. 4, constit. 9, cujus initium, *Judices*. Debet episcopus eorum curam gerere, qui sunt in custodia, et si quidem eas negligi viderit, præsidem provinciæ de hoc moneat.

Lib. I, tit. 4, constit. 10, cujus initium, *Mathematicos*. Tradant mathematici libros erroris sui episcopis, ut in oculis eorum concrementur, atque ipsi hoc modo christiani fiant.

Lib. I, tit. 4, constit. 12, cujus initium, *Si lenones*. Si quis filia, vel mancipio suo, ad lenocinium fuerit abusus, licet eis, quæ ita coactæ prostituuntur, episcopum adire, atque hoc modo ab ejusmodi misera necessitate liberari.

Lib. I, tit. 4, constit. 13, cujus initium, *Decernimus*. Qui litem habet adversus clericum, invitus haud cogitur, ut apud episcopum Constantinopolitanum litiget.

Lib. I, tit. 4, constit. 18, cujus initium, Θεσπίζομεν. Cum miles queritur de bonitate specierum, quæ ipsi annonarum ratione præbentur, episcopus curam eorum gerere debet, qui tributa conferunt, neque permittere, ut a militibus vexentur.

Lib. I, tit. 4, constit. 19, cujus initium, *Jubemus*. Episcopi et clericorum suffragio defensor constituitor.

Lib. I, tit. 4, constit. 21, cujus initium, *Si præsens*. Cum locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ, nec præses adest, potest aliquis accedendo ad episcopum, tempus interrumpere.

Lib. I, tit. 4, constit. 22, cujus initium, *Οὐδέν*. Religiosissimi quovis in loco episcopi, uno septimanæ cujuslibet die, vel feria quarta, vel in Parasceve, custodias perscrutantor.

Lib. I, tit. 4, constit. 23, cujus initium, Ἰδιωτικά. Si quis in carcerem privatum conjectus fuerit,

καλέσηται, ν' λίτρας ἀργυρίου προστιμᾶται· αὗται δὲ τοῖς πένησι διά τινος πιστοτάτου διαμερισθήσονται.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Μιμαί*. Ἡ ἁπλῶς πορνεύουσα μηδαμῶς κεχρήσθω σχήματι ἀειπαρθένου ἢ διακονίσσης.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Addictos*. Μηδεὶς κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, ἢ καλούμενος συνοδίτης, ἁρπαζέτω τὸν κατάκριτον. Εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα τὸν κατάκριτον ἁρπάσωσιν, ἀξίως τιμωρεῖσθωσαν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος. Εἰ δὲ καὶ πολλὴν ἴδῃ τὴν χεῖρα τῶν κληρικῶν ὁ ἄρχων, καὶ κρείττονα τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, ἀναφερίσθω τῷ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν, ὅπως ἂν ἡ δέουσα τούτοις ἐπαχθῇ τιμωρίαμέμψεως· δὲ οὐκ ἔστιν ἐκτὸς ὁ τῶν τόπων ἐπίσκοπος, ἐν οἷς τοῦτο ἡμάρτηται παρὰ τῶν κληρικῶν ἢ τῶν μοναχῶν. Πάντα γὰρ τὰ τούτων πλημμελήματα παρ' αὐτῷ δεῖ σωφρονίζεσθαι, διότι καὶ πλημμελούμενα τὴν μέμψιν αὐτῷ φέρει.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. θ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Judices*. Χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν ἐν φυλακῇ ὄντων, καὶ εἰ παραμελουμένους αὐτοὺς ἴδῃ, διδασκέτω τὸν τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ι', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Mathematicos*. Οἱ μαθηματικοὶ τοῖς ἐπισκόποις τὰ βιβλία τῆς οἰκείας πλάνης παραδιδότωσαν, ἵνα ἐπ' ὄψεσιν ἐκείνων καυθῇ, καὶ οὕτως ἐκεῖνοι γένωνται Χριστιανοί.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si lenones*. Ἐάν τις τέκνον ἢ ἀνδράποδον ἴδιον πορνοβοσκήσῃ, ἔξεστι ταῖς οὕτως ἀνάγκῃ προϊσταμέναις προσιέναι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ οὕτως ἀπαλλάττεσθαι τῆς τοιαύτης ἀθλίας ἀνάγκης.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιγ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Decernimus*. Ὁ δίκην ἔχων πρὸς κληρικὸν ἄκων οὐκ ἀναγκάζεται παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως δικάζεσθαι.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιη', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Ἠνίκα ὁ στρατιώτης διαβάλλει περὶ καλλονῆς τῶν παερχομένων αὐτῷ εἰς λόγον ἀννωνῶν εἰδῶν, χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν ὑποτελῶν, καὶ μὴ συγχωρεῖν αὐτοὺς διατρίφεσθαι ὑπὸ τῶν στρατιωτικῶν.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Jubemus*. Ψήφῳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν ὁ ἔκδικος προβαλλέσθω.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. κα', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si præsens*. Ἠνίκα χώραν ἔχει ἡ παραγραφὴ τῆς ἀναργυρίας, καὶ μὴ πάρεστιν ὁ ἄρχων, δύναταί τις προσερχόμενος τῷ ἐπισκόπῳ, ταύτην διακόπτειν.

Βιβ. α', τίτ. δ' διάτ. κβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Οὐδέν*. Οἱ θεοφιλέστατοι κατὰ τόπον ἐπίσκοποι μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν ἢ τὴν Τετράδα, ἢ τὴν Παρασκευὴν, τὰς φυλακὰς διερευνάτωσαν.

Βιβλίον α', τίτλος δ', διάταξις κγ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἰδιωτικάς*. Ἐάν τις ἐμβληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ,

Annibalis Fabroti notæ.

(23) Lib. I, tit. 4, const. 4. *Quæ scortatione*. Vide tit. 4, const. 4.

προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφιέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημείωσαι ὅτι, ῥᾳθυμουμένου τούτου τοῦ πράγματος, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων. Τοῦτο γὰρ, φησὶ, μὴ ποιήσαντες, οὐ περὶ μόνην τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον.

A religiosissimorum episcoporum cura extemplo e custodia dimittitor. Nota, cum hoc negotium seguiter procedit, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit rebus sacris privatis. Quippe ni fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium, verum etiam circa salutem ipsam periculum incurrent.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes.* Οἱ ἐπίσκοποι τῶν αἱρετικῶν μηδεμίαν πίστιν, ἣν οὐκ ἔχουσι, εἰκάσθωσαν.

Lib. 1, tit. 5, constit. 2, cujus initium, *Omnes.* Hæreticorum episcopi nullam fidem, quam non habent, doceant.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχὴ *Quicunque.* Οἱ ἐπίσκοποι οἱ τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολλιναρίου φρονοῦντες μηδὲ διάκονον, μηδὲ πρεσβύτερον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, μηδεμίαν χειροτονίαν ποιείτωσαν.

Lib. 1, tit. 5, constit. 8, cujus initium, *Quicunque.* Episcopi, qui Eutychis et Apollinaris dogmata sectantur, neque diaconum, neque presbyterum, neque (simpliciter loquendo) ullam ordinationem instituant.

Βιβ. α', τίτ. ε', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τοὺς αἱρετικούς.* Ὅπως ἂν τὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν νομοθετηθέντα φυλαχθείη, προνοείτωσαν οἱ ἐπίσκοποι. B

Lib. 1, tit. 5, constit. 18, cujus initium, Τοὺς αἱρετικούς. Ut adversus hæreticos promulgata serventur, episcopis curæ esto.

Βιβ. α', τίτ. ς', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Antistitem.* Ὁ ἐπίσκοπος τὸν ἤδη βαπτισθέντα ἀναβαπτίσαι τολμήσας ἀποχειροτονείσθω. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἀποστολικοῖς μάχεται παραγγέλμασιν.

Lib. 1. tit. 6, constit. 1, cujus initium, *Antistitem.* Episcopus, qui jam baptizatum rebaptizare fuerit ausus, ordinatione sua excidat. Hoc enim cum præceptis apostolicis pugnat.

Βιβ. α', τίτ. ζ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Eos qui.* Οἱ τῆς ὀρθοδόξου θρησκείας κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ, ἐὰν εἰς τὸ Ἀπολλιναρίου ἢ Εὐτυχοῦς μετέλθωσι δόγμα, πικρῶς τιμωροῦνται, καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἀδάφους ἐξορίζονται.

Lib. 1, tit. 7, constit. 6, cujus initium, *Eos qui.* Clerici vel monachi orthodoxæ religionis, si ad Apollinaris vel Eutychis dogmata transierint, acerbe puniuntur, et in exsilium extra solum Romanum pelluntur.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιη', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Hac victura.* Ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος μὴ ἀπαξιούτω παρὰ τοῖς ἐκδίκοις δικάζεσθαι. Ἔχουσι γὰρ δίκαιον τοῦ δικάζειν καὶ τοῖς ἐπισκόποις. Σημείωσαι ἐξ ἀντιστολῆς. C

Lib. 1, tit. 9, constit. 18, cujus initium, *Hac victura.* Episcopus civitatis non dedignetur apud defensores civitatum litigare. Nam hoc illi jus habent, ut de controversiis episcoporum cognoscere possint. Nota, hoc colligi ex distinctione contraria (23*).

Βιβ. α', τίτ. ια', διάτ. ϐ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Προστάττομεν.* Χρὴ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀσεβῆ θρησκείαν ἀνασκόπτειν τοὺς ἐπισκόπους, καὶ μηνύειν ταῦτα τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι.

Lib. 1, tit. 11, constit. 3, cujus initium, Προστάττομεν. Episcopi paganorum impietatem resecare debent, et de his præsidi provinciæ indicare.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Pateant.* Ἀνεῴχθεσαν. Τοὺς ἐνόπλους πρόσφυγας ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα μὴ πεισθέντας, μήτε εἴξαντας τῇ παραινέσει τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν, καὶ τῇ ἐπαγγελθείσῃ ἀσφαλείᾳ, μεθ' ὅρκου δόσεως· οὐδὲ οὕτως ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου γνώμης ἔξεστιν ἀποσπᾶσαι.

Lib. 1, tit. 12, constit. 3, cujus initium, *Pateant.* Armatos confugas necesse est arma deponere, si non obtemperaverint, neque cesserint exhortatione episcopi, et clericorum, et promissæ securitati, cum præstatione jurisjurandi, ne sic quidem eos inconsulto episcopo licet abstrahere. D

Βιβλίον α', τίτλος ιϐ', διάταξις ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Præsenti.* Ὁ ὑπονοούμενος κληρικὸς ἔχειν πράγματα τοῦ προσφεύγοντος λόγον διδότω τῆς οἰκείας συνειδήσεως τῷ ἐπισκόπῳ.

Lib. 1, tit. 13, constit. 6, cujus initium, *Præsenti.* Clericus, quem suspicio est habere res ejus, qui ad ecclesiam confugit, episcopo rationem conscientiæ suæ reddat.

Βιβ. α', τίτ. ιγ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Jamdudum.* Οἱ ἐπίσκοποι ἐν τάξει μαρτύρων ὑπογραφέτωσαν ἐν τοῖς συμβολαίοις τῶν ἐν ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένων.

Lib. 1, tit. 13, constit. 1, cujus initium, *Jamdudum.* Episcopi vice testium subscribant instrumentis eorum, qui in ecclesiis manumittuntur.

Βιβ. α', τίτ. ιγ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Qui religiosa.* Ὁ κληρικὸς, κἂν ἐν ἐκκλησίᾳ, κἂν ἐν διαθήκῃ δι' οἱωνδήποτε ῥημάτων ἐλευθερώσῃ τὸν οἰκέτην, πο-

Lib. 1, tit. 13, constit. 2, cujus initium, *Qui religiosa.* Clericus sive in ecclesia, sive in testamento, quibuscunque verbis servum manumiserit, civem

Annibalis Fabroti notæ.

(23*) Nimirum hoc modo: Judæus non potest fieri defensor, ne judex sit episcoporum; ergo alius defensor judicare potest episcopos.

Romanam efficit, ac directam libertatem ei tribuit, quæ competit ex die publicatorum testamentorum. Et ejusdem tituli prima constitutio tradit, etiam episcopos in ecclesia posse manumittere, ac in testamentis libertatem relinquere.

Lib. I, tit. 55, constit. 8, cujus initium, *Defensores*. Etiam [civitatis] defensor consensu episcopi, et clericorum, iisdemque decretum fscientibus constituitur. Ejusdem vero tituli constitutio 11 requirit ut prius defensor apud acta monumentorum, præsente civitatis episcopo, cum præstatione jurisjurandi deponat, quod religioni Christianorum addictus sit.

Lib. II, tit. 3, constit. 26, cujus initium, *Si quis*. Qui propter sacerdotium habere fori præscriptionem potest, si per scripturam ei renuntiaverit, ex pœnitentia nequit eadem uti.

Lib. II, tit. 15, constit. 2, cujus initium, *Ne quis*. Clericus, qui regia vela, vel titulos immittere fuerit ausus, absque jussione judicis competentis, publicatione bonorum multatus, et deportatus, etiam ipsa libertate privatur.

Lib. III, tit. 2 (24), constit.... cujus initium, Ἀπαγορεύομεν. Si executor citatum vexet ob constituendum fidejussorem, quem dicat esse personam, quæ solvendo non sit, providentia et judicio episcopi eum accipiat.

Lib. III, tit. 43, constit. 1 (25), cujus initium, Ἡ τῶν κόβων. In alea lusum inquirere possunt episcopi, et prohibere ne fiat.

Lib. IV, tit. 30, constit. 14, cujus initium, *In contractibus*. Qui propter difficultatem quamdam nequit per locorum præsidem, vel per defensorem, facere denuntiationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, licentiam habeat adeundi episcopum, et per ipsum episcopum hanc manifestandi creditori.

Lib. V, tit. 4, constit. 25, cujus initium, *Si furiosi* (26). Quando furiosi filia nuptias est contractura, inquirere debet episcopus de illius existimatione, qui eam ducturus est.

Lib. V, tit. 4, constit. 29, cujus initium, Πάσης. Scenica mulier, quæ liberari vult, et a præside impeditur, episcopum adire potest, ut ejus providentia ad vitam honestam ac pudicam se conferat.

Lib. V, tit. 70, constit. 7, cujus initium, *Quum*. Curatores judicio et arbitratu episcoporum constituuntor.

Lib. VI, tit. 23, constit. 23, cujus initium, *Consulta*. Ignominiosum est clericis, si præ se ferant, scire se causidicorum disciplinam. Ideoque defensores ecclesiarum, ne quidem, si eis insinuentur,

A λίτην Ῥωμαΐον τοῦτον ἀποτελεῖ, *directam* ἐλευθερίαν ταύτῃ χαρίζεται, ταύτης ἁρμοζούσης, ἐξ οὗπερ ἀνηνέχθησαν αἱ διαθῆκαι. Ἡ πρώτη δὲ τοῦ αὐτοῦ τίτλου φησὶν ὅτι καὶ οἱ ἐπίσκοποι δύνανται ἐν ἐκκλησίᾳ ἐλευθεροῦν, καὶ ἐν διαθήκαις ἐλευθερίαν καταλιμπάνειν.

Βιβ. α', τίτ. νε', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχὴ *Defensores*. Ὁ ἔκδικος, συναινοῦντος τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν, καὶ ψηφιζομένων αὐτῶν, προβαλλέσθω. Ἡ δὲ ια' τοῦ αὐτοῦ τίτ. διάτ. ζητεῖ τὸ πρότερον ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων, παρόντος τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου, μεθ' ὅρκου δόσεως αὐτὸν καταθέσθαι, ὅτι τῆς τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχει θρησκείας.

B Βιβ. β', τίτ. γ', διάτ. κθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis*. Ὁ διὰ ἱερωσύνην δυνάμενος ἔχειν φόρου παραγραφὴν, ἐὰν ἐγγράφως ταύτης ἀποτάξηται, οὐ δύναται ἐκ μεταμέλου κεχρῆσθαι αὐτῇ.

Βιβ. β', τίτ. ιε', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ne quis*. Ὁ κληρικὸς ἐπιβαλεῖν βασιλικὰ βῆλα ἢ τίτλος τολμήσας ἄνευ προσφόρου δικαστοῦ, δημευθεὶς καὶ διπορτευθεὶς, καὶ αὐτῆς τῆς ἐλευθερίας στερίσκεται.

Βιβ. γ', τίτ. β', διάτ. ..., ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἀπαγορεύομεν*. Ἐὰν ὁ ἐκδίβαστὴς διαστρέψῃ τὸν ὑπομνησθέντα περὶ τοῦ ἐγγυητοῦ προσώπου, φάσκων αὐτὸ ἄπορον, προνοίᾳ καὶ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου τοῦτον δεχέσθω.

C Βιβ. γ', τίτ. μγ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἡ τῶν Κόβων*. Τὴν τοῦ κόττου παιγνίαν δύνανται οἱ ἐπίσκοποι ἀναζητεῖν, καὶ κωλύειν γίνεσθαι.

Βιβ. δ', τίτ. λ', διάτ. ιδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *In contractibus*. Ὁ διά τινα δυσχέρειαν μὴ δυνάμενος διὰ τοῦ ἄρχοντος τῶν τόπων ἢ τοῦ ἐκδίκου ποιεῖσθαι τὴν περὶ τῆς ἀναργυρίας διαμαρτυρίαν ἄδειαν ἐχέτω τοῦ προσεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ δι' αὐτοῦ ταύτην ποιεῖν φανερὰν τῷ λεγομένῳ χρεδίτορι.

Βιβ. ε', τίτ. δ', διάτ. κε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si furiosi*. Ἡνίκα ἡ τοῦ μαινομένου μέλλει γάμῳ προσομιλεῖν, χρὴ τὸν ἐπίσκοπον περὶ τῆς ὑπολήψεως τοῦ μέλλοντος αὐτὴν ἄγεσθαι ἀναζητεῖν.

D Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. κθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Πάσης*. Ἡ σκηνικὴ ἀνεθῆναι βουλομένη, καὶ παρὰ τοῦ ἄρχοντος κωλυομένη, δύναται προσεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα προνοίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ σώφρονα βίον μετέλθῃ.

Βιβ. α', τίτ. ο', διάτ. ζ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quum*. Οἱ κουράτορες κρίσει καὶ δοκιμασίᾳ τῶν ἐπισκόπων προβαλλέσθωσαν.

Βιβ. ς', τίτ. κγ', διάτ. κγ', *Consulta*. Ἐπονείδιστόν ἐστι κληρικοῖς προπαιδεῦσθαι τὴν τῶν δικολόγων ἐπιστήμην εἰδέναι· διά τοι τοῦτο μηδὲ ἐμφανιζομένας οἱ ἐκκλησιέκδικοι δεχέσθωσαν τελευταίας

Annibalis Fabroti notæ.

(24) Lib. III, tit. 3. Est constitutio 3, quam restituit Cujac. ex Basilicis, lib. XII, Obs. cap. 24.

(25) Lib. III, tit. 43, const. 1. Integra constitutio incipiebat ab his verbis, ut etiam constat ex veteri ejus interpretatione, *Aleatum usus*, etc.

(26) Lib. V, t. 4, const. 25, *Quando furiosi filia*. Liberi cujuscunque sexus l. 25, c. *De nupt.* et l. *Tam dementis*, 28, c. *De episc. aud.*

βουλήσεις, ἃς δεῖ παρὰ τῷ μαγίστρῳ τῶν κήνσων ἐμφανίζεσθαι, πεντήκοντα χρυσίου λιτρῶν ὑφορώμενοι ζημίαν.

Βιβ. ζ', τίτ. μη', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Certus*. Ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις ὅτι δύναταί τις ληγάτον ἐκκλησίαν καταλιμπάνειν, ἤγουν κληρονομίαν.

Βιβ. ζ', τίτ ξβ', διάτ. κθ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Addictos*. Οὐ δεῖ παρὰ τῶν κληρικῶν ἢ μοναχῶν ἢ τῶν καλουμένων συνοδιτῶν ἀποσπᾶσθαι καὶ κατέχεσθαι τοὺς ἅπαξ ὑποπεσόντας ἐγκλήματι, καὶ κατὰ τὴν ποιότητα τοῦ ἁμαρτήματος ἀποφάσει παραδοθέντας.

Βιβ. ζ', τίτ. ζε', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τοὺς συνειδότας*. Οἱ κληρικοὶ, πρὸ ἀποφάσεως ἐκκαλούμενοι, προτιμῶνται παρὰ τοῦ ἄρχοντος ν' λίτρας ἀργυρίου. Ταῦτα δὲ λήψεται οὐχ ὁ φίσκος, ἀλλὰ τοῖς πένησι καὶ τοῖς δεομένοις πιστῶς ταῦτα ῥογευθήσεται.

Βιβ. θ', τίτ. δ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Οὐδένα*. Ὁ θεοφιλέστατος κατὰ τόπον ἐπίσκοπος μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν, ἢ τὴν Τετράδα, ἢ τὴν Παρασκευὴν, τὰς φυλακὰς διερευνάτω.

Βιβ. θ, τίτ. ε', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἰδιωτικὰς*. Ἐάν τις ἐμβληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ, προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφελέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημειωτέον ὅτι, ῥαθυμουμένου τοῦ πράγματος, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων· Τοῦτο γὰρ, φησὶ, μὴ ποιήσαντες, οὐ τὸν περὶ μόνην τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὸν περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον.

Βιβ. θ', τίτ. λε', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Atrocem*. Σκαιὰν ὕβριν ἁμαρτάνει ὁ τὸν ἱερέα τὸ σχῆμα τῆς ἱερωσύνης ἐπιφερόμενον ὑβρίσας.

Βιβ. θ', τίτ. μζ', διάτ. κς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Οἱ κατὰ τὸν τόπον ἐπίσκοποι φροντιζέτωσαν παραφυλαχθῆναι ἐν τοῖς ἐξοριζομένοις διηνεκῶς, ἢ ἐπί τινα χρόνον ῥητὸν, τὰ προστεταγμένα τῇ διατάξει.

Βιβ. ι', τίτ. θ', διάτ. ι', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Σημείωσαι ὅτι ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξιώτης δύνανται γενέσθαι κληρικοὶ, κἂν δημοσίᾳ χρεωστῶσιν. Ἑτέρῳ δὲ λόγῳ, ὅτι τολμηρῶς καὶ ῥιψοκινδύνως ἐῤῥωται ἡ ἐπὶ τούτοις χειροτονία.

A ad se recipiant voluntates ultimas, quas apud magistrum censuum insinuari oportet : violatore 50 librarum auri multam metuente.

(27) Lib. VI, tit. 48, constit. 1, cujus initium, *Certus*. Ejus octavo capite dicit constitutio, quod possit aliquis legatum, vel hæreditatem, ecclesiæ relinquere.

(28) Lib. VII, tit. 62, constit. 29, cujus initium, *Addictos*. Non debent a clericis, vel monachis, vel qui synoditæ vocantur, abstrahi et detineri, qui semel criminis rei facti sunt, ac pro qualitate delicti sententiæ traditi.

(29) Lib. VII, tit. 65, constit. 4, cujus initium, Τοὺς συνειδότας. Clerici ante sententiam appellantes, B multantur a præside 50 libris argenti. Verum hæc non fiscus accipiet, sed pauperibus et egenis bene liter erogabuntur.

(30) Lib. IX, tit. 4, constit. 6, cujus initium, *Οὐδένα*. Religiosissimi quovis in loco episcopi uno cujuslibet septimanæ die, vel feria quarta, vel in Parasceve, custodias perscrutantor.

(31) Lib. IX, tit. 5, constit. 2, cujus initium, Ἰδιωτικὰς. Si quis in carcerem privatum conjectus fuerit, religiosissimorum episcoporum cura extemplo e custodia dimittitor. Notandum, cum hoc negotium segniter procedit, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum qui pro tempore præpositus fuerit sacris rebus privatis. Quippe ni fecerint, inquit, non C modo circa solum patrimonium, verum etiam circa salutem ipsam periculum incurrent.

Lib. IX, tit. 35, const. 4, cujus init., *Atrocem*. Peccat qui sacerdotem veste sacerdotali indutum injuria affecerit.

Lib. IX, tit. 47, constit. 28 (32), cujus initium, *Θεσπίζομεν*. Episcopi cujusvis loci curent, ut in iis, qui vel in perpetuum, vel ad certum tempus relegantur, hac constitutione præcepta serventur.

Lib. X, tit. 9, constit. 1 (33), cujus initium, *Θεσπίζομεν*. Nota, quod curialis et officialis fieri possint clerici, licet fisci debitores sint. Et alia quoque ratione nota, quod non sine temeritate ac D periculo fiat ac rata sit in eorum personis facta ordinatio.

Annibalis Fabroti notæ.

(27) Lib. VI, t. 48, constit. 3. Addidi numerum ex mss. Cod.

(28) Lib. VI, t. 62, const. 29. Lex 29, c. *De appellat.* ait, nulli licere. Lex autem 6, c. *De episcop. aud.*, ait, nulli clericorum vel monachorum, etc., ut hic.

(29) Lib. VII, tit. 65, const 9. In scripto cod. videtur legi Latinis litteris, *abstinendum :* quomodo incipit l. 4, c. *Quor. appell. non recip.* in qua tamen non continetur quod hic refertur ex constit. 4. De verbo ῥογεύεσθαι, vide Gloss. ad Cedr.

(30) Lib. IX, tit. 4, const. 6, feria 4, vel in Parasceve, id est, die Mercurii et Veneris.

(31) Lib. IV, tit. 5, const. 2. Pars legis 2, c. *De privat. carcer. inhib.* conjungenda cum epitome Cujac. quam edidit in Par. C. d. t. ex lib. LX, Basil. tit. 55. Vestigium privati carceris sæculo Justiniani exstat apud Gregor. II, epist. 94.

(32) Lib. IX, tit. 47, const. 26. Portio legis ult. c. *De pœn.* ex qua discimus non esse integram constitutionem quæ legitur lib. LX Bas., t. V, c. ult.

(33) Lib. X, tit. 9, const. 10. Sic in Gr. Vide tamen legem *Si quis* 12, c. *De episc. et cler.* et Nov. VI, cap. 4; Nov. CXIII, c. 15 et infra ex lib. X, tit 31, const. 26.

Lib. x, tit. 27, constit. 2 (34), cujus initium, *Θεσπίζομεν σιτώνην*. Arbitratu religiosissimi civitatis episcopi, et primatum inter possessores, ex ipsius regionis officio creatur frumenti comparator, sive is, qui (35) ad officium est allegendus, vel qui munus hoc implet, aut implevit.

Lib. x, tit. 27, constit. 4, cujus initium, *Ἦλθεν*. Interveniente cura episcopi, officialis regionis frumenti comparatores conveniunt.

Lib. x, tit. 31, constit. 26, cujus init. *Quidam*. Si decuriones relictis civitatum muneribus, in monasteria sese conjecerint, facultatibus suis spoliantur, vel curiis denuo redduntur.

Lib. xi, tit. 40, constit. 5, cujus initium, *Nemo*. Qui per coactionem prostituti sunt ad fornicationem, episcopos locorum adeant, et sic alea liberabuntur. Simile quod tradit ordine sequens constitutio, cum ait, posse clericum atque monachum ab eadem turpi professione prostitutos vindicare.

Lib. xi, tit. 41, constit. 6, cujus initium, *Lenones*. Quæ in potestate est, a patre vel domino suo ad fornicationem prostituta, episcopum adire potest, et ab ejusmodi coactione liberari. Eadem quoque lex 7 tituli ejusdem generaliter tradit. Quapropter illam legito.

Lib. xi, tit. 75, constit. 4, cujus initium, *Absit*. Curatio pontium, et itinerum instructio non connumeratur inter munera sordida. Quapropter et sanctissimæ ecclesiæ coguntur hæc præstare.

Lib. xii, tit. 37, constit. 19, cujus initium, *Θεσπίζομεν*. Miles arbitratu defensoris, cum præses provinciæ non adest, et religiosi locorum episcopi, speciem accipiat a collatore.

Lib. xii, tit. 63, constit. 2, cujus initium, *Θεσπίζομεν*. Qui quædam nuntiando insinuaverit in provincia, si amplius 6 nummis a provinciis velit exigere, per episcopi providentiam depellitor.

Legito quoque novellam quintam post codicem editam cujus est inscriptio: *De monasteriis, et monachis, et abbatibus*. Item 6, cujus hæc est inscriptio: *Lex, quæ tradit, quomodo sint ordinandi episcopi, et presbyteri, et diaconi*, etc. Item 22, cujus inscriptio est: *De secundas nuptias celebrantibus*. Item 75, cujus inscriptio est: *Hæc constitutio priorem constitutionem interpretatur, quæ est de ingredientibus in monasterium*, etc. Item 73, cujus inscriptio est: *Apud*

Βιβ. ι', τίτ. κ ζ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν σιτώνην*. Δοκιμασίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς πόλεως καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων ἐκ τῆς κατὰ χώραν τάξεως ὁ σιτώνης προχειρίζεται, ἤγουν μέλλων ἐν τῇ τάξει καταλέγεσθαι, ἢ πληρῶν, ἢ πληρώσας.

Βιβ. ι', τιτ. κζ', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἦλθεν*. Προνοίᾳ ἐπισκόπου οἱ κατὰ χώραν ταξεῶται τὴν σιτωνίαν μετέρχονται.

Βιβ. ι', τίτλος λϐ', διάτ. κς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quidam*. Ἐὰν βουλευταὶ, τὰς λειτουργίας τῶν πόλεων καταλιπόντες, ἑαυτοὺς εἰς μοναστήριον ἐμβάλλωσι, τῶν πραγμάτων ἐκπιπτέτωσαν, ἢ πάντα ἀποδιδόσθωσαν τοῖς βουλευτηρίοις.

Βιβ. ια', τίτ. με', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo*. Οἱ ἐξ ἀνάγκης προτεθέντες εἰς πορνείαν τοῖς ἐπισκόποις τῶν τόπων προσίτωσαν, καὶ ταύτης ἀπαλλαγήσονται. Ὅμοιον καὶ ἡ ἑφεξῆς λέγουσα, καὶ ὅτι κληρικὸς καὶ μοναχὸς δύνανται τῆς αἰσχρᾶς ταύτης προστασίας τοὺς προστεθέντας διεκδικεῖν.

Βιβ. ια', τίτ. μα', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Lenones*. Ἡ ὑπεξουσία παρὰ τοῦ ἑαυτῆς πατρὸς ἢ δεσπότου ἐπὶ πορνείᾳ προτεθεῖσα δύναται προσελθεῖν τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἀπαλλάττεσθαι τῆς τοιαύτης ἀνάγκης. Τὰ αὐτὰ καὶ ἡ ἑβδόμη διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου γενικῶς φησιν. Ἀνάγνωθι οὖν αὐτήν.

Βιβ. ια', τίτ. οε', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ. *Absit*. Ἡ τῶν γεφυρῶν ἐπιμέλεια καὶ ὁδοστρωσία οὐ συναριθμεῖται τοῖς ῥυπαροῖς λειτουργήμασι. Διὸ καὶ αἱ ἁγιώταται Ἐκκλησίαι ταῦτα ποιεῖν ἀναγκάζονται.

Βιβ. ιβ', τίτ. λζ', διάτ. ιϑ', ἧς ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Ὁ στρατιώτης δοκιμασίᾳ τοῦ ἐκδίκου, ἐν ᾧ μὴ πάρεστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ τοῦ θεοφιλοῦς τῶν τόπων ἐπισκόπου λαμϐανέτω τὸ εἶδος παρὰ τοῦ συντελεστοῦ.

Βιβ. ιβ', τίτ. ξγ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν*. Ὁ μήνυσίν τινα ἐμφανίσας ἐν ἐπαρχίᾳ, καὶ πλέον ἢ νομισμάτων βουλόμενος διαγράψαι τὰς ἐπαρχίας, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀπωθείσθω.

Ἀνάγνωθι καὶ τὴν ε' διάταξιν, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Περὶ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν*, καὶ ἡγουμένων καὶ τὴν ς', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσϐυτέρους, καὶ διακόνους*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τὴν κϐ', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Περὶ τῶν δευτερογαμούντων*. Καὶ τὴν οε', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ· *Ἡ διάταξις ἐρμηνεύει τὴν προτέραν διάταξιν τὴν περὶ τῶν εἰσιόντων εἰς μοναστήριον*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τὴν οϛ', ἧς ἡ ἐπιγραφὴ·

Annibalis Fabroti notæ.

(34) Lib. x, t. 27, const. 2. Epitome legis 3, c. *Ut nem. lic. in exempt. spect.* quam edidit Cuj. ex Basil. Nota autem sententiam magis constitutionis, quam verba illic proponi, ut constat ex verbo Θεσπίζομεν.

(35) *Sive is qui*, etc. Corrigenda est versio, hoc modo: *Id est, qui ad officium est allegendus*, etc., hoc sensu, ut qui ad stationem promovendus est, vel ad officium deligi debeat, vel jam munus hoc impleat, aut impleverit; denique ut sit ex cohortalibus: Ἤτοι, ἀντὶ τοῦ, ἤ, ut alias. V. Scholiast. Theophili *ad* § 8 *De jure nat.* et ad tit. *De re dir.* in princ. In d. l. 3 sic habetur: Ταξεωτῶν τῶν στρατευομένων, καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν· *Ex officialibus militantibus, vel qui jam militarint, eamque curam sustinuerint.* In Græco legendum, προχειρίζεται. V. tit. 4, l. 17.

Ἡ διάταξις παρίστησι δικάζεσθαι μοναχοὺς καὶ ἀσκητρίας. Καὶ τὴν π', ἧς ἡ ἐπιγραφή· Ἡ διάταξις ἡ τῶν ἀξιωμάτων καὶ ἐπισκοπῆς ἐλευθεροῦσα τῆς ὑπεξουσίας.

A *quos oporteat litigare monachos et sanctimoniales.* Item 80, cujus inscriptio est : *Constitutio, quæ per dignitates et episcopatum a patria potestate liberat.*

Εὑρήσεις γὰρ ἐν μὲν τῇ ε', πῶς δεῖ κτίζεσθαι τὰ μοναστήρια, καὶ ποίαν δίαιταν χρὴ τοὺς μονήρη βίον ἀναιρουμένους ἔχειν, καὶ ἐντὸς πόσου χρόνου χρὴ αὐτοὺς τὸ μοναχικὸν σχῆμα λαμβάνειν, καὶ ποίᾳ τιμωρίᾳ ὑποβάλλεται ὁ τὸν μονήρη βίον καταλιπών.

Nam invenies in quinta quidem novella, quomodo struenda sint monasteria, et quali diæta, qui solitariam vitam suscipiunt, uti debeant; et intra quot annos habitum monachicum sumere, et quali pœnæ subjiciatur, qui vitam solitariam reliquerit.

Ἐν δὲ τῇ ς', πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ διακονίσσας· καὶ ποῖα ἐπιτίμια ὥρισται κατὰ τῶν παραβαινόντων τὴν διάταξιν, καὶ παρὰ τὸν ὅρον αὐτῆς χειροτονουμένων.

In sexta vero, quonam ordinari modo debeant episcopi, et presbyteri, et diaconi, et diaconissæ : quæve statutæ sint pœnæ tam adversus violatores hujus constitutionis, quam qui præter sanctiones ejus ordinantur.

B

Ἐν δὲ τῇ κβ', ὥστε μηδένα γαμεῖν τῶν ὑπὸ χειροτονίαν ὄντων ἀπὸ ὑποδιακόνου καὶ ἄνω. Εἰ δὲ ἀναγνώστης ἢ ψάλτης γαμήσοι, οὐκέτι δύναται προκόπτειν εἰς διακονίαν, καὶ πρὸς τὰ μείζω τῆς ἱερωσύνης. Ὁμοίως δὲ πᾶς μὴ ἔχων γυναῖκα ἐκ παρθενίας οὐ δύναται χειροτονίας ἀξιωθῆναι ὑποδιακόνου, ἢ διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου.

In vicesima secunda, ne quisquam ex iis matrimonium contrahat, qui sub ordinatione sunt, a subdiacono sursum numerando. Quod si lector, aut cantor matrimonium contraxerit, amplius ad diaconatum, et majores sacerdotii gradus progredi nequit. Consimiliter quisquis uxorem non duxit virginem, ordinationem subdiaconi, vel diaconi, vel presbyteri consequi non potest.

Ἐν δὲ τῇ οε', ὡς δεῖ πάντα εἰς μοναστήρια εἰσιόντα ἔχοντα παῖδας, εἴτε ἀνὴρ ἐστιν εἴτε γυνή, διατίθεσθαι τὰ καθ' ἑαυτούς. Ἑρμηνεύει δὲ καὶ τὴν ἔκτην διάτοξιν τοῦ παρόντος συντάγματος.

In septuagesima sexta, quod omnes ingredientes monasterium, qui liberos habent, sive vir, sive mulier sit, pro se testari debeant. Interpretatur etiam constitutionem sextam præsentis operis.

Ἐν δὲ τῇ οη', ὡς πάντες οἱ μοναχοὶ καὶ αἱ μονάστριαι παρὰ τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ δικάζονται, οὐ μὴν πρὸς τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντας.

In septuagesima octava, quod omnes monachi et monastriæ apud episcopum loci litigent, non apud præsides provinciæ.

C

Ἐν δὲ τῇ πε', ὡς πᾶς τις ἐπίσκοπος ἀξιωθεὶς ἐλευθεροῦται, καὶ βουλευτικῆς τύχης καὶ ὑπεξουσιότητος.

In octogesima, quod quicunque prætectorium vel episcopatus dignitatem consecutus est, tam a conditione curiali, quam potestate patria liberetur.

ΤΙΤΛΟΣ Δ'.

Περὶ ἐπισκοπικῆς ἀκροάσεως, καὶ διαφόρων κεφαλαίων ἀνηκόντων πρὸς δικαιοδοσίαν καὶ φροντίδα, καὶ αἰδῶ ἱερατικήν.

TITULUS IV.

De episcopali audientia (36), et diversis capitulis, quæ pertinent ad jurisdictionem, curamque et reverentiam pontificalem.

Α'. *Ἑρμηνεία.* Εἰ καὶ τῷ θείῳ οἴκῳ διαφέρουσιν οἱ πραγματευταὶ, διδόασι τὰ πραγματευτικὰ τέλη.

1. Etiamsi (37) negotiatores ad divinam (37*) domum pertinent, negotiatoria tributa præstant.

Annibalis Fabroti notæ.

(36) *Audientia.* Severus Sulpitius, *Hist. sacr.* II : *Aliis episcopis audientiam reservare.* V. Leonis M. epist. 91.

(37) *Etiamsi.* Non videntur interpretes intellexisse legem 1, c. h. t. cujus hanc putant esse sententiam, episcopos curare debere, ut negotiatores justo pretio merces distrahant. Ego dicebam, ad curam episcoporum pertinere, ne negotiatores, qui ad divinam domum pertinent, obtentu domus Augustæ in populi perniciem modum excedant in comparandis mercibus : quo forte carius vendant, quæ vilius emerint : nisi enim ejusmodi hominum licentia cohibeatur, non modicum exinde ad pauperes damnum pervenire, præcepta eis mercandi facultate. Ex diverso, si mercatores qui ad sacram domum pertinent, modum mercandi servaverint, pauperibus non erit ea res fraudi, quibus emendi copia non auferetur. Verum, ne quid dissimulem, videor hic Tribonianismum odorari : cum enim Valentinianus et Valens rescripsissent, episcopos, qui rebus venalibus præerant, l. *Munerum* 18, vers. *Irenarchæ*, D. *De muner. et hon.*, curare debere, ne *negotiatores divinæ domus seu principis mercandi modum excederent*, Tribonianus id retulit ad episcopos et sacros antistites, quos videtur appellare Christianos episcopos, quibus verus cultus est, adjuvare pauperes, et positos in necessitate, quo nomine cura hæc ad Christianos episcopos magis pertinet, quam ad paganos episcopos. Itaque non esset ejicienda vox *episcopi* in d. l. 1. Tametsi absit a veteri cod. Juliani Brodæi, in quo etiam dict. l. 1 et seq. inseruntur tit. superiori. Græci tamen in libris suis eumdem legum ordinem invenerunt, nec auctor sum ut receptus immutetur. Postremo videamus an Græci d. l. 1 perceperint, quod idem in ea caveri putent quod in l. 1, c. *De commerc. et mercat.*, ut scilicet negotiatores etiam qui ad *domum* principis pertinent, aurum negotiatorum præstent, idque suadere videtur d. l. 1 *De comm.*, cujus pars est lex 1, c. h. t. sed eam interpretationem non patiuntur verba constitutionis, ut a Triboniano transformata sunt : omnino necesse est Græcos vetustiores codices habuisse, quorum interpretatio verbis Tribon. nullo modo convenit.

(37*) Hoc est Augustam.

II. Si clericus ante sententiam definitivam appellaverit, statutam ob hoc pœnam in alios, quinquaginta librarum argenti, ab eo fiscus non accipit; sed in pauperes erogatur.

III. Diebus paschalibus (38) nemo in carcere, vel in vinculis tenetur; excepto adultero (39), et stuprum incestumve committente, et raptore virginum (40), et violatore sepulcrorum (41), et veneficio (42), et adulteratore monetæ (43), et homicida, et parricida, et perduelle (44). Nam omnes hi (45) semper suas accipiunt pœnas, cum cæteris semel duntaxat ignoscatur.

IV. Mimæ, ac meretrices, quæ corpore suo publice quæstum faciunt (46), habitu sacrarum virginum non utuntor.

V. Archigerontes, et ergasiotarum (47) dicecetæ sunt, qui Christiani sunt.

VI. Licet clericis, et monachis, et iis, qui synoditæ vocantur (48), ut pro condemnatis criminaliter, intra certum tempus appellent, non autem, ut eos abstrahant et abducant. Quippe præsides multam 50 librarum (49) præstant, et primates officii capitaliter puniuntur, si confestim eos persecuti non fuerint. Sin clerici atque monachi semet eis opponunt, rem præsides ad imperatorem referunt, et episcopi reprehensione non carent, si monachos talia perpetrantes non fuerint persecuti.

A Β'. Ἐὰν πρὸ τελείας ψήφου κληρικὸς ἐκκαλέσηται τὴν ὡρισμένην, τούτου ποινὴν κατὰ τῶν ἄλλων τῶν ν' λιτρῶν τοῦ ἀργυρίου ὁ φίσκος οὐ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς πένησι διανέμεται.

Γ'. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πασχαλίας οὐδεὶς ἐγκλείεται ἢ δεσμεῖται πλὴν μοιχοῦ, στουπρονίκτου πλημμελοῦντος, ἢ ἁρπαγὸς παρθένων, καὶ τυμβωρύχου, καὶ γόητος, καὶ παραχαράκτου, καὶ φονέως, καὶ πατροκτόνου, καὶ τυράννου· πάντοτε γὰρ οὗτοι πάντες ἀπολαμβάνουσιν. Ἅπαξ δὲ μόνον οἱ λοιποὶ συγγινώσκονται.

Δ'. Οἱ μῖμοι καὶ αἱ πόρναι ἐκ τοῦ σώματος δημόσιον πόρον ποιούμεναι τῷ σχήματι τῶν ἱερῶν παρθένων μὴ κεχρήσθωσαν.

B Ε'. Οἱ ἀρχιγέροντες καὶ οἱ διοικηταὶ τῶν ἐργασιωτῶν Χριστιανοὶ γίνονται.

Ϛ'. Ἔξεστι τοῖς κληρικοῖς, καὶ μοναχοῖς, καὶ τοῖς λεγομένοις συνοδίταις ὑπὲρ τῶν ἐγκληματικῶς κατεδικασθέντων ἐμπροθέσμως ἐκκαλεῖσθαι, οὐ μὴν ἀποσπᾶν αὐτοὺς ἀπαγομένους. Ἐπὶ προστιμῶνται οἱ ἄρχοντες τριάκοντα λίτρας, καὶ οἱ πρῶτοι τῆς τάξεως κεφαλικῶς τιμωροῦνται, εἰ μὴ παραχρῆμα τοῖς τοιούτοις ὑπεξέλθωσιν. Εἰ δὲ ἀνθίστανται οἱ κληρικοὶ ἢ οἱ μοναχοί, ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ οἱ ἄρχοντες, καὶ οἱ ἐπίσκοποι οὐκ εἰσὶν ἔξωθεν λόγου μὴ ἐπεξιόντες τὰ τοιαῦτα πλημμελοῦσι μοναχοῖς.

Annibalis Fabroti notæ.

(38) *Diebus paschalibus.* Paschali tempore rei carcere liberantur. Leo Mag. in epist. et Balsamon. in *Nomoc.* Photii tit 9, cap. 25: Monachi Eutychis hæretici in libello supplici ad pseudosynod. C Ephesinam in actis concilii Chalced. Pagani quoque festis diebus abstinebant suppliciis. V. Casaub. ad Suetonium, et Meursii Græciam feriatam in epistolam 14, inter Socraticas.

(39) *Excepto adultero.* Genialis thori ac lectuli alieni invasore, ad differentiam adulteri monetæ, de quo infra. V. Chrys. t. 1, p. 95, 256, et not. et in Joan. p. 822 et seq. in pr. Hermogen. p. 37. Senecæ Controv. p. 363, comment.

(40) *Virginum.* Vox virginis deest in quibusdam: eam autem agnoscunt Græci, et Brodæi codex.

(41) *Violatore sepulcrorum.* Novella Leonis xcvi, eos qui arcas defunctorum perscrutantur, ut quæ in his sunt expilent, verberari jubet, si iterum deprehensi sint post veniam semel impetratam. Verba Leonis: Μάστιξι ταῖς κατὰ νώτου καὶ τοιχῶν ἐριτθήσεται κουρεῖς. Theodorus Balsamon ad tit. 15 *Nomocanon.* c. 32, in referenda d. Nov. utitur his verbis: Τὸν κακὸν σωφρονίζεσθαι διὰ μαγκλαβίων καὶ κουρέως. Ex quibus intelligimus, μαγκλάβια esse flagra, verbera. Vide Glossaria nostra ad Cedrenum et Nicetam edit. Regiæ. Sed non putat idem Theodorus d. Nov. Leonis pertinere ad sepulcrorum violatores: Aliud enim, inquit, est, reliquias defunctorum transferre, et aliud furandi animo quid eorum quæ inter ipsas sunt, contrectare, tametsi et hoc quoque improprie dicatur sepulcrorum violatio. Vide lib. LX Basil., t. XXIII, ad leg. 3, § 4 D.

(42) *Et veneficio.* Prætermisit Balsamo sacrilegum, ἱερόσυλον, ad Photii *Nomocan.* tit. 9, c. 25, et maleficum, γόητα, ad Phot. ibid.

(43) *Adulteratore monetæ.* Qui Græcis παραχαράκτης, aduher violatorque monetæ, l. 3, c. eod.

(44) *Perduelle.* Κατὰ βασιλέως ἢ πόλεως μηχανησαμένου, Bals. ad *Nom.* t. 9, c. 25, lege, πολιτείας, ut apud Th. *De pub. jud.* qui contra Imp. vel remp. aliquid moliius est. Perduellis, τύραννος. Vide Theophil. lib. III, tit. 1. et lib. IV, tit. ult. Photium *Nomocan.* tit. 7, c. 1, reus perduellonis, l. 3 c. eod.

(45) *Omnes hi.* Iis omnibus principibus indulgentia non prodest; cæteri leviorum criminum rei liberantur, nisi sæpius deliquerint. Eleganter in d. l. 3: *Nec in eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputaverint.* V. not. ad cod.

(46) *Publice quæstum faciunt.* Græci videntur legisse corporis sui quæstum faciunt publice, habitu, etc. Sic Photius, *Nomocanonis* tit. 11, cap. 12: Αἱ πόρνη ἐκ τοῦ σώματος δημοσίᾳ ποιούμεναι: *Quæstum ex corpore publice facientes.* Quæstuariæ mulieres prohibentur uti habitu earum virginum quæ Deo dedicatæ sunt. Nov. CXXIII, cap. ult.

(47) *Ergasiotarum.* De lectione hujus loci mira est inter interpretes concertatio. Mihi constat, recte legi in veteribus, *Ergasiotanorum*, ut hic ἐργασιωτῶν. Ergasiotæ sive ergasiotani, sunt artifices et operarii, quorum certum erat corpus et collegium. Dicam tamen quod legi in libro cod. editionis Nivellianæ, quique Jacobi Cujacii fuisse dicebatur, his omnino verbis: *Ego plane credo legendum, ex Christianorum numero deliganiur, et esse vetustissimum errorem.* Quæ verba ipsius esse Cujacii non dubito, quoniam ab eodem in Paratitl. cod. ita scriptum invenio: *De quibus nisi vetus error insideret, et Theodosiano et Justinianeo codici, legeremus, ut ex Christianorum numero deliganiur.* Vide tamen eumdem Cujac. *Observ.* lib. XXIII, c. 3, et infra tit. 5 Paratitla. V. Fradini edit.

(48) *Qui synoditæ vocantur.* Socrates, *Hist. Eccles.* IV, c. 23.

(49) *L librarum.* Græca, Τριάκοντα λιτρῶν. Et in l. 6, c. eod.

Ζ'. Ἐπὶ μόνων χρηματικῶν, μεταξὺ συναινούντων, οὐ μὴν ἀκόντων, ἰσχυρῶς δικάζει ἐπίσκοπος.

Η'. Ἡ τῶν ἐπισκόπων ψῆφος ἐρρῶσται μεταξὺ τῶν ἐπιλεξαμένων αὐτούς· καὶ ἔοικε ταῖς τῶν ὑπάρχων ψήφοις, ἀφ' ὧν ἐκκαλεῖσθαι οὐκ ἔξεστιν, Ἐκδιδάζονται δὲ διὰ τῶν τάξεων τῶν ἀρχόντων.

Θ'. Τοὺς φυλαττομένους ὁ ἄρχων κατὰ Κυριακὴν ἐξάγων ἐρωτάτω μή τι παρὰ τῶν φυλάκων ἀπάνθρωπον ὑφίστανται· καὶ ὁριζέτω τροφὴν τοῖς ἐνδεέσι διὰ τῶν κουμμενταρίων, καὶ κελευέτω τοὺς χρείαν ἔχοντας ἀσφαλῶς λούεσθαι. Παρορωμένων δὲ τούτων, ὁ ἄρχων προστιμᾶται εἴκοσι λίτρας. Καὶ τοσαύτας ἡ τάξις, καὶ ἡ βουλὴ γ'. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος προνοεῖ καὶ ὑπομιμνήσκεται τὸν ἄρχοντα.

Ι'. Οἱ μαθηματικοὶ, μὴ καίοντες ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων τὰς βίβλους αὐτῶν, καὶ μὴ προσιόντες τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, πάσης ἀπωθοῦνται πόλεως. Εἰ δὲ ἐν πόλει εὑρεθῶσι τὰ τῆς ἰδίας θρησκείας δημοσιεύοντες, ἐκπορτατεύονται.

ΙΑ'. Προνοείτωσαν οἱ Χριστιανοὶ παρὰ μηδενὸς κρατεῖσθαι ἢ ὑβρίζεσθαι, ἢ ζημιοῦσθαι τοὺς ὑποστρέφοντας αἰχμαλώτους Ῥωμαίους.

ΙΒ'. Ἐὰν προαγωγὸς ἀναγκάσῃ δούλας ἰδίας, ἢ θυγατέρας ἁμαρτάνειν, προσιοῦσαι τοῖς ἐπισκόποις, τῆς ἐντεῦθεν ἀθλώσεως ἀπολύονται.

ΙΓ'. Βουλόμενος ὁ ἀνάγων, οὐ μὴν ἄκων, ἀνάγει παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, τῷ οἰκονόμῳ καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ κληρικοῖς, εἴτε πρὸς αὐτοὺς, εἴτε πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔχει.

ΙΔ'. Μήτε τοῖς σκηνικοῖς ἐξέστω δούλην ἢ ἐλευθέραν εἰς πορνείαν προάγειν, ἢ προΐστᾶν. Ἐπεὶ ἡ δούλη ἐλευθεροῦται πάντως ἀζημίως τοῖς ἄρχουσιν ἢ τοῖς ἐπισκόποις προσιοῦσα· οἵστισι μέλλει μὴ συγχωρεῖν ἄκουσαν δοῦλην, ἢ ἐλευθέραν συνεῖναι μίμοις ἢ χοροῖς, ἢ θέαν ἄλλην ἐν τοῖς θεάτροις ἐκτελεῖν.

ΙΕ'. Ἐάν τις, μὴ ὢν ὀρθόδοξος, γένηται συνηγο-

VII. In causis duntaxat pecuniariis, inter contentientes, non invitos, recte cognoscit episcopus.

VIII. Episcoporum sententia rata est inter eos, qui episcopos judices elegerunt; et similis est sententiis præfectorum prætorio (50), a quibus appellare non licet. Mandantur autem executioni per apparitores præsidum (51).

IX. Eos, qui sunt in custodia, præses die Dominico producens, interroget num quid inhumani (52) a custodibus perpetiantur: et egenis assignet alimenta per commentarienses (53), ac præcipiat eos, quibus hoc opus erit, tuto lavari. Quæ si negligantur, præses 20 libris multatur, ac tantumdem præstat ipsum officium: decurionum ordine tres libras solvente. Rem ipsam curat episcopus, et præsidem admonet.

X. Mathematici (54) libros suos præsentibus episcopis non concremantes, nec ad fidem orthodoxam accedentes, ex omnibus civitatibus expelluntur. Sin autem in civitatibus reperti fuerint, superstitionem (55) suam publicantes, deportantur.

XI. Provideant Christiani, ne a quoquam detineantur, vel injuriis aut damnis afficiantur captivi Romani, qui revertuntur.

XII. Si perductor ancillas suas, vel filias, peccare coegerit, ad episcopos accedentes, ea miseria liberantur.

XIII. Actor volens, non invitus, apud archiepiscopum Constantinopolitanum agit adversus œconomum, et reliquos ejus clericos, sive contra ipsos, sive contra Ecclesiam habeat actionem.

XIV. Ne scenicis quidem liceat, ut ancillam, vel ingenuam, ad scortationem perducant, aut prostituant. Quippe omnino ancilla vindicatur in libertatem absque ulla jactura, si ad præsides aut episcopos accedat: quibus etiam erit curæ, ne permittant ancillam, vel ingenuam mulierem, invitam versari cum mimis, aut choris, aliudve spectaculum in theatris exhibere.

XV. Si quis non orthodoxus (56), factus fuerit

Annibalis Fabroti notæ.

(50) *Præfectorum prætorio.* A sententia episcopi non appellatur. Hæc lex dirigitur ad præfectum prætorio, a cujus sententiis etiam appellare non licet, l. 19 et 30, c. *De appellat.*

(51) *Per apparitores præsidum.* Per publicum officium, in Appendice cod. Theod. num. 18, quam conferre cum l. 8, c. eod. operæ pretium erit. Episcopus igitur suæ sententiæ non habet executionem, sicut nec judices delegati (l. 2 *divo Pio* 15, D. *De re judic.*)

(52) *Num quid inhumani.* Ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur, in l. 9 c. eod. Græci sic accipiunt, quasi legeretur, *Num his.* Humanitatem quidam interpretantur victualem exhibitionem, seu cibum potumque humanitati sufficientem, ut Cassiod. Var. 7, 33. Ego Græcis assentior humanitatem hic accipientibus ἀντὶ τῆς φιλανθρωπίας. Vide lib. VI Basil. tit. 3 n. 17 V. Gothofr. ad Liban. p. 20.

(53) *Commentarienses.* Carcerum custodes. Menologium Græcum mense Jan. ἐπισπᾶται πρὸς τὴν πίστιν τὸν κομενταρίσιον Ἀθανάσιον. Gesta S. Marcelli, Surii t. I: *Eductum de carcere*; erat enim commentariensis, etc. Vide ad Glossas Basilic.

(54) *Mathematici.* Theodorus Balsamon ad Photii *Nomocan.* tit 12, cap. 3: Οἱ μαθηματικοὶ μὴ καίοντες ἐπὶ τῶν ἐπισκόπων τὰς βίβλους αὐτῶν, καὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ προσιόντες, πάσης ἀπωθοῦνται πόλεως, αὐρισκόμενοι δὲ ἐν ταῖς πόλεσι, ἐκπορτατεύονται· *Qui mathematici coram episcopis libros suos non concremant, neque ad orthodoxam fidem accedunt, omnibus pelluntur civitatibus: inventi deportantur.* Idem dicit ad titulum 9, cap. 25, p. 119.

(55) *Superstitionem.* Τὰ τῆς ἰδίας θρησκείας δημοσιεύοντες, Photius, *Nom.* tit. 9, c. 25; quæ interpretantur verba hæc legis 10, c. h. t. *Vel secreta erroris sui et professionis insinuaverint.*

(56) *Si quis non orthodoxus.* Alii quam Christiani, advocati non recipiuntur. Judæis vel paganis causas agendi vel militandi licentiam denegamus in constit. Theod. ad Valentin. num. 6, in Append. cod. Theod.

advocatus apud præfectos prætorio, centum libris ipsum officium multatur. Qui vero fieri advocatus, et patrocinium præstare fuerit ausus, ab advocatorum numero removetur, et bonis per proscriptionem amissis, in perpetuum relegatur : regionis autem præses, dimidia patrimonii parte multatus, exsilio quinquennii punitur.

XVI. Si non prohibitum lege sit matrimonium (57), sed sponsa propter diversitatem (58) religionis sponsum recuset : siquidem id noverant ipsius parentes prius, quam arrhas accepisset, duplas restituit. Sin autem princeps interressit hæc causa, restituit simplas. Idem in sponsa quoque obtinet, ad recipiendas vel perdendas arrhas.

XVII. Delectu (59) episcopi et primatum inter possessores, fit comparator frumenti, ex illis, qui militant in ejus regionis officio, sive munus suum impleverint, sive adhuc militaturi sint. Hoc qui transgreditur, 50 libris multatur (60).

XVIII. Milites, qui præpositi sunt (60*), et intenti agendis excubiis, in stationibus suis, species, quæ per agrorum culturam in civitate, vel in ejus territorio proveniunt, annonarum (61) suarum nomine acciplant, arbitratu episcopi et præsidis, aut defensoris, si præses absit. Nec collator adærationem præstare cogitur.

XIX. Defensores per episcoporum, et clericorum, et in dignitate constitutorum (62), et possessorum, et curialium decreta constituuntur : prius illis qui eos cognoscunt, in actis monumentorum, esse ipsos orthodoxos jurantibus. Actus ipse, in episcopi præsentia celebratur.

XX. Nullus ad ullam militiam (63) admittitur, nisi per tres in actis monumentorum, propositis sacrosanctis evangeliis, ei testimonium perhibitum fuerit, quod sit Christianus orthodoxus : qui quidem actus apud ejus loci præsidem celebratur ubi militaturus est, duobus solidis ejus nomine solvendis. Quod si neglectum fuerit, præses 10 libras solvit, et officium ejus 20, et qui militiam consecutus est, 10, simulque loco movetur. Qui falsum dixere testimonium, pœna corporali afficiuntur, atque ipsæ multæ, periculo comitis rerum privatarum, privatis inferuntur.

XXI. Si quis denuntiationem pecuniæ non numeratæ mittere nequeat, propterea quod ipsius adversarius provinciæ præses sit : alium magistratum civilem vel militarem adeat, eique rem manifestet :

ρος τῶν ὑπάρχων, ἢ ἐπιχωρίου ἑτέρου δικαστηρίου, ἡ μὲν τάξις τῶν ὑπάρχων ρ', λίτρας προστιμᾶται· ὁ δὲ συνήγορος γενέσθαι καὶ συνηγορῆσαι τολμήσας ἐκβάλλεται τοῦ καταλόγου· καὶ δημευόμενος διηνεκῶς ἐξορίζεται· ὁ δὲ ἐπιχώριος ἀρχων εἰς τὸ ἥμισυ τῆς οὐσίας δημευόμενος ἐπὶ πενταετίαν ἐξορίζεται.

ΙϚ'. Ἐὰν τῷ νόμῳ μὴ κεκώλυται ὁ γάμος, ἀλλ' ἡ μνηστὴ διὰ τὴν διάφορον θρησκείαν αὐτὸν παραιτεῖται· εἰ μὲν ἤδεσαν τοῦτο οἱ γονεῖς αὐτῆς πρὶν ἢ λάβῃ τοὺς ἀρραβῶνας, ἑαυτοῖς μεμψέσθωσαν· εἰ δὲ ἠγνόουν, ἢ μετὰ τοὺς ἀρραβῶνας ἡ αἰτία γέγονεν, ἁπλοῦς αὐτοὺς ἀναβίδωσι. Τὰ αὐτὰ δὲ ἐπὶ μνήστορος εἰς τὸ ἀναλαβεῖν ἢ ἀπολέσαι τοὺς ἀρραβῶνας.

ΙΖ'. Ἐπιλογῇ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων οἰκητόρων γίνεται ὁ σιτώνης ἀπὸ τῶν στρατευομένων ἐν τῇ ἐπιχώρῳ τάξει, ἢ τῶν πληρωσάντων, ἢ τῶν μελλόντων στρατεύεσθαι· καὶ ὁ παραβαίνων λ' λίτρας προστιμᾶται.

ΙΗ'. Οἱ ὑφεστῶτες ἐν τῇ φυλακῇ, προσκαρτεροῦντες στρατιωτταῖς, ἐν τοῖς σεδέτοις αὐτῶν τὸ προσφερόμενον εἶδος ἐκ τῶν ἐν τῇ πόλει ἢ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς γεωργουμένων δεχέσθωσαν ὑπὲρ τῶν ἀννωνῶν αὐτῶν δοκιμασίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος, ἢ τοῦ ἐκδίκου ἐξ ἀπολείψεως τοῦ ἄρχοντος· καὶ οὐκ ἀναγκάζεται ὁ συντελεστὴς ἀπαργυρισμὸν διδόναι.

ΙΘ'. Οἱ ἔκδικοι κατὰ ψήφισμα τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀξιωματικῶν κληρικῶν καὶ κτητόρων καὶ βουλευτῶν γίνονται, πρότερον ὀμνύοντων ἐν ὑπομνήμασιν ὀρθοδόξους αὐτοὺς εἶναι τῶν τοῦτο γινωσκόντων. Ἡ δὲ πρᾶξις παρουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου συνίσταται.

Κ'. Οὐδεὶς στρατεύεται, εἰ μὴ ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρηθῇ ἐπὶ τριῶν ἐπὶ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων Χριστιανὸς ὀρθόδοξος, συνισταμένης τῆς πράξεως παρὰ τῷ ἄρχοντι, ἔνθα μέλλει στρατεύεσθαι, δύο νομισμάτων ὑπὲρ αὐτῆς διδομένων. Εἰ δὲ τοῦτο παρημελήθη, δίδωσιν ὁ ἄρχων πεντήκοντα λίτρας, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ κ', καὶ ὁ στρατευόμενος δέκα, καὶ ἐκβάλλεται. Καὶ οἱ ψευδομαρτυρήσαντες σωματικῶς τιμωροῦνται. Αἱ ποιναὶ τοῖς πριδάτοις εἰσάγονται κινδύνῳ τοῦ κόμητος.

ΚΑ'. Ἐὰν διαμαρτυρίαν ἐπὶ ἀναργυρίᾳ πέμψαι τις οὐ δύναται, διὰ τὸ ἄρχειν τῆς ἐπαρχίας τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ, προσίτω ἄρχοντι ἑτέρῳ πολιτικῷ ἢ στρατιωτικῷ, καὶ τοῦτο φανερούτω· ἢ ἐν ἀπορίᾳ

Annibalis Fabroti notæ.

(57) *Matrimonium.* Speratæ nuptiæ in l. 16, id est, sponsalia, l. *Si puellæ* 6, *d. De sponsalib.*; legibus inter orthodoxum et hæreticum nuptiæ permissæ sunt, ut scribit Photius, *Nomocan.* tit. 12, c. 13. Quid autem sacris canonibus ea de re cautum sit, vide in concilio Laodic. et Chalced. IV. Jure autem miratur Balsamon ad d. t. 12, quod episcoporum negligentia apud Hispanos parentes orthodoxi filias suas Saracenis nuptum collocent.

(58) *Propter diversitatem.* Hæc non sunt in *Basilicis*, auctore Balsamone, d. c. 13.

(59) *Delectu.* Vide supra Parat. ad tit. 3. in fine. Corrige et hic versionem hoc modo : *Vel qui munus hoc impleverint, vel qui militaturi sint.*

(60) *L. libris mult.* Man. Peiresc. habet λ'.

(60*) *Milites, qui præpositi sunt.* Milites qui in stativis sunt; de sedetis dixi ad Theoph. *De milit. testam.*

(61) *Annonarum.* ἀννώνων. Vide Glossarium ad Cedrenum.

(62) *In dignit. constit.* Honoratorum. l. 19, c. eod. Vide quæ dixi supra ad l. 18 cod., *De episcop. et cleric.*

(63) *Nullus ad ullam militiam.* Alii quam Christiani militare non possunt. Theodosius et Valentin. in Appendice C. Theodosiani, num. 9 : *Paganis causas agendi, vel militandi licentiam denegamus.* Vide ad l. 12, tit. 5.

τούτων τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ οὕτως ἐκκόπτει τὸν χρόνον. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀναργυρίας προικός. A

vel in horum defectu, adeat episcopum, atque ita tempus interrumpat. Idem locum habet etiam in exceptione non numeratæ dotis.

ΚΒ'. Μηδεὶς ἐμβαλλέσθω φυλακῇ χωρὶς προστάξεως τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν ἐκδίκων. Τοὺς ἐμβαλλομένους δὲ ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος βλεπέτωσαν οἱ ἐπίσκοποι, καὶ τὰς αἰτίας πολυπραγμονοῦντες, παρασκευαζέτωσαν τοὺς ἄρχοντας πρᾶξαι τὰ νόμιμα, ἀδείας οὔσης τοῖς ἐπισκόποις ἀναφέρειν τῇ βασιλείᾳ περὶ τῆς ῥᾳθυμίας τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τάξεων.

XXII. Nemo conjicitur in carcerem, non interveniente præsidum, vel defensorum actu. Et eos, qui in carcerem conjiciuntur, episcopi semel in septimana visitent, et curiose causas inquirentes, efficiant, ut legibus consentanea præsides agant: habentibus facultatem iisdem episcopis, ut de culpa præsidum et officiorum imperatoriam majestatem referant.

ΚΓ'. Ἰδιωτικαὶ φυλακαὶ μὴ ἑστωσαν, τῶν ἐμβαλλομένων ἀφιεμένων προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων.

XXIII. Privati carceres nulli sunto, dimittendis iis, qui in eos conjiciuntur, episcoporum providentia.

ΚΔ'. Οὐδεὶς δύναται τὰ ἐκτιθέμενα βρέφη ἐξ ἐλευθέρων ἢ δούλων τεχθέντα ἐκδικεῖν, ὡς δοῦλα ἢ ἀναπόγραφα, ἢ γεωργικὰ κολωνά· οὐδὲ μετὰ τοιαύτης διαστίξεως ἔξεστιν αὐτὰ εἰς τροφὴν ἀναλαμβάνειν· ἀλλ' εἰσὶν εὐγενεῖς, καὶ τὰ τικτόμενα παραπέμπουσι τέκνα ἐξωτικοῖς, ὡς βούλονται, καὶ προνοοῦσι τούτων οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ ἄρχοντες. B

XXIV. Nemo potest infantes, ex ingenuis, vel servis natos, qui exponuntur, sibi vindicare tanquam mancipia, vel ascriptitiæ, colonariæve conditionis, neque cum tali distinctione, licet eos nutriendos suscipere; sed ingenui sunt, et quæ acquirunt, ad liberos suos, vel extraneos, quo modo voluerint, transmittunt; quarum sane rerum curam præsides et episcopi gerunt.

ΚΕ'. Προνοοῦσιν οἱ ἐπίσκοποι τῶν νενομοθετημένων ἐπὶ τῇ κωλύσει τῶν κύβων, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας σωφρονίζουσι διὰ τῶν ἀρχόντων καὶ πατέρων, καὶ ἐκδίκων τῶν πόλεων.

XXV. Solliciti sunt episcopi de iis, quæ sancita sunt in prohibitione alearum, et inhoneste se gerentes, opera præsidum castigant.

ΚϚ'. Ὁ τὰ πολιτικὰ διοικήσας λογοθετεῖται ἢ ἐκών, ἢ διὰ τοῦ ἄρχοντος ἀζημίως ἀναγκαζόμενος κατ' ἐνιαυτὸν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τριῶν τῶν ἐν τῇ πόλει προεχόντων ἐπὶ πράξεως προκειμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, καὶ φανερουμένου τί μὲν ἐδαπάνησε, τί δὲ, ὡς εἰκὸς, λοιπασθεὶς ἔδωκεν· καὶ ἔχει τὸ ἀσφαλὲς, ἕως ἂν ἡ βασιλεία τὸν αὐτῇ δοκοῦντα στείλῃ ἐποπτεύσοντα τὰ λογοθέτια· καὶ εἴπερ ὀρθῶς αὐτὰ εὑρῇ γινόμενα, τὸ ἀσφαλὲς περιποιεῖ διὰ ψήφου τῷ διοικήσαντι, καὶ οὐκέτι δευτέραν ὑφίσταται ζήτησιν. C

XXVI. Qui res municipales administravit, obnoxius est reddendis rationibus, vel sponte, vel interveniente absque damno (64) coactione præsidis, idque quotannis, apud acta monumentorum, in præsentia episcopi et trium primorum in municipio, propositis sacris evangeliis; ubi manifestandum, quas impensas fecerit, et quid reliquorum nomine (ceu consentaneum est) solverit: ac securitatem habet, donec imperatoria majestas aliquem arbitratu suo mittat, qui rationes inspiciat; qui si recte factas invenerit, per decretum ei, qui administravit, cavet, nec alteri deinceps obnoxius est inquisitioni.

Οὐκ ἔξεστι τοῖς ἄρχουσι πέμπειν εἰς τὰς ἐπαρχίας διεκδύσσορας, ἢ λογοθέτας, ἢ ἐξισωτὰς, ἐπὶ ταῖς ἐξετάσεσι τῶν δημοσίων λογισμῶν. Ἀλλ' εἰ μὲν θεῖον τύπον ἐκ συναρπαγῆς ἐπιφέρωνται, ἄδειαν ὁ ἐπίσκοπος ἔχει προσδέχεσθαι αὐτὸν, καὶ μηνύειν τῇ βασιλείᾳ· εἰ δὲ πρόσταξιν ἢ κομμονιτώρια, ἢ ψήφους ἀρχικὰς ἔχει, παντελῶς αὐτὰ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ ἄρχοντες . . . . . σιωπῶν δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀναναχτεῖται. D

Non licet præsidibus, ut in provincias discussores (65), sive ratiocinatores, vel peræquatores, ad discutiendas rationes publicas, mittant: sed si qui sacram formulam (66) subreptitiam asserunt, episcopi potestatem ejus accipiendæ habent, et ad imperatoriam majestatem referendi. Cæteraque ejusmodi mandata, vel commonitoria (67), vel decreta præsidalia ne prorsus admittantur, efficiant episcopi. Quod si rem silentio præterit episcopus, indignationem incurrit.

Ὁ ἐμφανίζων ἐν ἐπαρχίᾳ θείους τύπους, ἢ διατάξεις, ἢ προαγωγὰς ἀρχόντων, ἢ ὑπάτων, ἢ καθιδρύ-

Qui sacras in provincia formulas, vel constitutiones, vel præsidum consulumve perductiones (68)

Annibalis Fabroti notæ.

(64) *Absque damno.* Absque ullo sumptu, ut apud Justin. *Quid alien. lic.*, § 21. Sine omni damno, δίχα πάσης δαπάνης, Th. sine ullo sumptu. Χωρὶς ζημίας πάσης, sine omni damno, in integra const c. h. t. Confer legem 28, infra cum l. 28, c. eod.

(65) *Discussores.* Recte hic, et in integra const. Διεκδύσσορας ἢ λογοθέτας. Τὸ ἢ, est ἑρμηνευτικόν, discussorem enim Græci λογοθέτην vocant. Vide tit. c. *De discussor.* et ibi Cuj.

(66) *Sacram formulam.* Θεῖον τύπον, *sacram formam, typum.*

(67) *Commonitoria.* Κομμονιτώρια, Sic etiam scribitur in constit. integra. Glossæ juris: Κομμονιτόριον, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προστάξεως· Epistola missa cum præcepto, jussione. Dicam ibid.

(68) *Consulumve perductiones.* Προαγωγὰς ἀρχόντων. Contius vertit: *Consulum processiones.*

vel statuarum erectiones insinuat, si amplius sex solidis acceperit ex universa provincia, quadruplum jus, quod hanc quantitatem superat, restituit : habente hujus rei prohibendæ potestatem episcopo, et pœna decem auri librarum incumbente præsidi, atque officio, et ipsi episcopo, si summæ majoris exactionem non prohibuerint.

A σεις ἀνδριάντων, ἐὰν πλέον ἓξ νομισμάτων ἐξ ὅλης λάβῃ τῆς ἐπαρχίας, τὸ τετραπλοῦν τοῦ περιττοῦ ἀποδίδωσιν, ἄδειαν ἔχοντος τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο κωλύειν, καὶ ποινῆς δέκα χρυσίου λιτρῶν ἐπικειμένης τῷ ἄρχοντι, καὶ τῇ τάξει, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ, εἰ μὴ τὴν ὑπερπραξίαν κωλύσωσιν.

Non admittendus est, qui cum formula mittitur a præsidibus ad expurgationem æquæductuum, vel demolitionem ædificiorum, aliorumve talium, vel imaginum causa. Qui hoc non prohibet episcopus, eidem obnoxius est pœnæ.

Οὐ δεῖ προσδέχεσθαι τὸν μετὰ τύπου παρὰ τῶν ἀρχόντων στελλόμενον ἐπὶ καθαιρέσει ὀλκῶν, ἢ καθαιρέσει οἰκοδομημάτων, ἢ τοιούτων ἄλλων· ἢ καὶ μὴ κωλύων ὁ ἐπίσκοπος, τῇ αὐτῇ ὑπόκειται ποινῇ.

Debet episcopus, et municipii pater (69) providere, ne loca municipii jure nullo ab aliquibus possideantur, neve sine formula sacra locentur : et eos perquirere, qui ex formula sacra possessiones aquarum habent ; ne minus hic, ille plus, quam par sit, habeat.

B Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸν πατέρα προνοεῖν τοῦ μὴ παρά τινων ἀλόγως κατέχεσθαι τοὺς πολιτικοὺς τόπους, μηδὲ τούτους ἐκδίδοσθαι χωρὶς θείου τύπου καὶ ἀναζητεῖν τοὺς ἐκ θείου τύπου νομὰς ὑδάτων ἔχοντας· ὥστε μὴ τὸν μὲν ἧττον, τὸν δὲ πλέον ἔχειν τοῦ προσήκοντος.

Si habent patrimonium in aliqua re soli constitutum, qui commoniti sunt in provinciis : juratoria cautione præstita, fidei suæ committuntur. Sin autem, pro ipsius causæ modo dant fidejussorem, usque ad summam, quæ nunc est in usu. Quod si, num fidejussores solvendo sint ambigitur, ab episcopo, et municipii patre, et defensore, in unum conventientibus, explorantur : nec qui missus est exactor, quidquam nomine juratoriæ curationis, aut satisdationum accipit. Sin ex speciali jussu principis, aut mandato maximi magistratus, imperatum exactori fuerit, ut ipsam personam abducat, nec eam fidejussioni committat, hoc ipsum, absque jactura tamen ipsius, faciat : habentibus hic quoque locum pœnis iisdem adversus episcopum atque præsidem, si legem hanc violari permiserint ; aut cum aliquid delinquitur, confestim id principi non indicaverint. Et oportet eos non amplius sibi retinere, quam constitutum sit dari nomine sportularum (70) : neque per coactionem aliqua fieri debet exactio, præter indicatos superius sex solidos, in constitutionum publicatione, causisque cæteris : et

Εἰ μὲν ἀκίνητον ἔχουσιν οὐσίαν οἱ ἐν ἐπαρχίαις ὑπομνησθέντες ἐξωμοσίας, καταπιστεύονται· εἰ δὲ μή, πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐγγυητὴν διδόασι μέχρι τῆς ἤδη κρατούσης ποσότητος. Εἰ δὲ περὶ τῆς ἀξιοπιστίας τῶν ἐγγυητῶν ἀμφιβάλλεται, δοκιμάζονται παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἐκδίκου εἰς ταυτὸ συνιόντων· καὶ ὁ σταλεὶς οὐδὲν λαμβάνει ὑπὲρ τῆς ἐξωμοσίας ἢ τῶν ἐγγυητῶν. Εἰ δὲ ἐξ ἰδικῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως ἢ προστάξεως ἄρχοντος ἐπιτραπείη τὸ πρόσωπον ὁ πράκτωρ ἄγειν ἐγγύῃ μὴ καταπιστευόμενος, τοῦτο ποιεῖ ἀζημίως, κἂν ταῦθα τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων κρατούντων κατὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος, εἰ παραβαθῆναι συγχωρήσαιεν, ἢ παραβαινομένου τινὸς, μὴ θᾶττον μηνύσωσι τῇ βασιλείᾳ. Δεῖ δὲ αὐτοὺς φυλάττειν μηδὲν πλέον τοῦ διατεταγμένου δίδοσθαι σπόρτουλα. Ἐξ ἀνάγκης οὐ δεῖ γίνεσθαι διάγραφα πλὴν τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων ἐξ νομισμάτων ἐπιφανείᾳ διατάξεων καὶ λοιπῶν αἰτιῶν, καὶ τῶν εἰς κοινωφελεῖς πολιτικὰς χρείας καὶ πᾶσιν ἀρεσκούσας. Παραφυλάξει δὲ ὁ ἐπίσκοπος τὰ νομοθετηθέντα περὶ κωλύσεως ἀφοπλισμοῦ καὶ ἀπαργυρισμοῦ μητάτων.

quæ in publicis utiles, et eos municipii usus, qui probentur universis, expenduntur. Servabit etiam episcopus ea, quæ sancita sunt de ademptione armorum (71), et adæratione metatorum (72).

XXVII. Si pater furioso curatorem in testamento reliquerit, is absque satisdatione fit curator. Si nullum reliquit, agnatus ejus, qui ex lege vocatur, curationem accipit. Sin agnatus nullus exstet, aut non idoneus inveniatur ; alius arbitratu præsidis constituitur. Ac siquidem patrimonium sufficiens habet, non satisdat ; sin autem, pro modo facultatum suarum fidejussorem præstat. Et utroque casu

D ΚΖ'. Εἰ μὲν ὁ πατὴρ ἐάσῃ κατὰ διαθήκας τῷ μαινομένῳ κουράτορα, γίνεται χωρὶς ἐγγυῶν· εἰ δὲ μὴ κατέλιπεν, ὁ ἐκ τοῦ νόμου καλούμενος συγγενὴς αὐτοῦ, γίνεται. Ἢ συγγενοῦς μὴ ὄντος, ἢ ἀνικάνου εὑρισκομένου, καὶ ἕτερος κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἄρχοντος γίνεται· καὶ εἰ μὲν ἔχῃ ἀξιόχρεων οὐσίαν οὐ δίδωσιν ἐγγύας· εἰ δὲ μή, δίδωσι πρὸς τὸ ἐγχωροῦν. Ἐφ' ἑκατέρου δὲ θέματος ἐνωμότως

Annibalis Fabroti notæ.

(69) *Municipii pater.* Pater civitatis, qui simpliciter hic πατὴρ dicitur, ut in l. integra.

(70) *Nomine sportularum.* Σπόρτουλα. Utitur Justin. infra l. 29. Idem Nov. LXXXII, c. 7, Ἐπὶ τοῖς σπορτούλοις. Basilica interpretantur, ἐπὶ ταῖς συνηθείαις. *In sportulis seu consuetudinibus.* Utitur etiam Theophilus in § *tripli De action.*, ubi agitur de salariis quæ dantur litium executoribus conventionis nomine. Utitur et concilium Chalcedon. act. 10 : Λαμβάνων Δανιὴλος ἐπίσκοπος σπόρτουλα. Vide Glossas Basilic.

(71) *De ademptione armorum.* Non recte quidam interpretantur, de rapinarum prohibitione. Ἀφοπλισταὶ enim dicuntur, qui privatis hominibus arma habere non concedunt, Juliano Antecessori Nov. XV, c. ult.

(72) *Adæratione metatorum.* Adæratio metatorum est illatio pecuniæ vice metatorum.

καὶ πράξεως κατατίθεται, τῶν Εὐαγγελίων ἁπτόμενος παρουσίᾳ τοῦ ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τριῶν πρωτευόντων, ἐπὶ συμφέροντι τοῦ μαινομένου πάντα ποιεῖν. Ποιεῖ δὲ καὶ δημόσιον ἐμβεντὸν, καὶ οὕτως λαμβάνει τὰ πράγματα, καὶ διοικεῖ αὐτὰ πρὸς τὴν ἰδίαν δοκιμασίαν, καὶ ὑπόκεινται τὰ πράγματα αὐτοῦ καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ κουράτορος τοῦ νέου. A

ΚΗ'. Οἱ παῖδες τῶν μαινομένων καὶ τῶν παραφρονούντων δύνανται γαμεῖν, προικὸς προγάμου δωρεᾶς ἐπιδιδομένης παρὰ τῶν κουρατόρων αὐτῶν, κατὰ δοκιμασίαν ἐνταῦθα μὲν τοῦ τῆς πόλεως ἐπάρχου, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις, τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων, τῆς ὑπολήψεως τῶν προσώπων καὶ τοῦ πόσου τῶν ἐπιδεδομένων σκοπουμένου. Ταῦτα δὲ γίνεται χωρὶς ἀπάνης, παρόντων καὶ τῶν κηδεμόνων καὶ τῶν ἐπισήμων συγγενῶν τοῦ μαινομένου καὶ τοῦ παράφρονος. B

ΚΘ'. Μηδεὶς ἐκ πρώτης αἰτιάσθω κληρικὸν παρὰ τῷ πατριάρχῃ, ἀλλὰ παρὰ τῷ ἐπισκόπῳ αὐτοῦ· εἰ δὲ πρὸς αὐτὸν ὑπόπτως ἔχει, παρὰ τῷ μητροπολίτῃ. Εἰ δὲ κἀκεῖνος ὕποπτός ἐστι, δεῖ συνδικάζειν αὐτῷ ἐκ προσώπου τῆς ὅλης συνόδου τρεῖς, τοὺς κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτεύοντας. Καὶ εἰ μὴ στερχθῇ τὰ κεκριμένα, τὸν τῆς διοικήσεως πατριάρχην ἐπικαλεῖσθαι, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ κρινομένοις ἐμμένειν, ὡσανεὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸς διῴκησεν. Οὔτε γὰρ ἐκκαλοῦνται αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι. Τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τῶν τοῖς ἐπισκόποις ἐναγόντων. Ἔξεστι δὲ παρὰ τῷ πατριάρχῃ αἰτιᾶσθαι ἐφ' ᾧ διὰ γραμμάτων αὐτοῦ τὴν ὑπόθεσιν ἐπισκόπῳ παραπεμφθῆναι· καὶ οὐδὲν πλέον δ' κεράτιον ὑπὲρ σπουρτούλου λαμβάνει ὁ παρὰ τοῦ πατριάρχου ἢ μητροπολίτου πεμπόμενος κληρικός· ἢ ἔνθα ἐπίσκοπος ὁ πεμφθεὶς εἴη, οὐ πλέον τῶν ξ νομισμάτων ἐφ' ὁρισθήποτε αἰτίᾳ ἢ ποσότητι. Ὁ δὲ πατριάρχης ἀκροᾶται τῆς ἐκκλήτου, τῶν κατ' ἐπιτροπὴν αὐτοῦ δικαστῶν ἐπισκόπων ἢ μητροπολιτῶν. Ὁ παρὰ ταῦτα ποιῶν διπλοῦν εἰδωσι τὸ ὑπερπραχθὲν, καὶ γίνεται παρὰ τοῦ πατριάρχου ἢ τοῦ μητροπολίτου ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον, ἐκβαλλόμενος τῶν ἐκκλησιαστικῶν καταλόγων. Ταῦτα μὲν, ἔνθα πρὸς ἐκκλησιαστικὴν ὁρῶν κατάστασιν· εἰ δὲ πολιτικὴ εἴη ἡ ἀμφισβήτησις, οὐκ ἐναγκάζεται ὁ κατηγορῶν ταῦτα φυλάττειν, ἀλλὰ ἄδειαν ἔχει παρὰ τοῖς ἄρχουσι κινεῖν. C

Α'. Πᾶσα κηδεμονία, τῆς οὐσίας οὔσης ἄχρι φ' νομισμάτων, οὐ παρὰ τῷ ἄρχοντι γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τῷ τῆς πόλεως ἐκδίκῳ ἢ στρατηγῷ· καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῷ Ἰουριδίκῳ ἅμα τῷ ἐπισκόπῳ ἢ δημοσίοις προσώποις, εἰ D

tam juramento, quam actis intervenientibus, Evangelia tangens, in præsentia præsidis, et episcopi, et trium primatum deponit; omnino se res furiosi ad utilitatem ejus gesturum. Facit etiam publicum inventarium, atque ita res accipit, et administrat eas arbitratu suo; manentibus interim sub hypotheca rebus ipsius, ad similitudinem episcopi, et curatoris pupilli.

XXVIII. Furiosorum (73), et mente captorum liberi, matrimonium contrahere possunt; tam dote, quam donatione, ante nuptias, a curatoribus eorum præstanda: sic tamen, ut hic quidem æstimatione præfecti urbi, in provinciis vero ipsorum præsidum et episcoporum, tam opinio personarum quam rerum præstandarum summa spectetur. Et fiunt hæc absque sumptu (74), præsentibus curatoribus, et insignioribus furiosi dementisque cognatis.

XXIX. Nullus (75) ab initio clericum accuset apud patriarcham, sed apud episcopum ipsius: quem si suspectum habet, agat apud metropolitanum. Sin et ille suspectus est, una cum ipso judices esse debent ex totius synodi persona tres, qui ordinationis serie priores sint (76). Quorum sententiis si non contentus sit, diœcesis suæ patriarcham imploret, ac pronuntiatis ab illo acquiescat, quasi sibi ab initio jus ille dixisset. Nam a patriarcharum sententiis (77) non appellatur. Idem et in iis locum habet, qui episcopos conveniunt. Licet autem in eum fiarm apud patriarcham conqueri, ut is per litteras suas causam ad episcopum remittat: nec amplius quatuor siliquis nomine sportularum accipit clericus, qui a patriarcha vel metropolitano mittitur. Vel si, qui accusatus est, episcopus sit, non amplius sex solidis, in quacunque causa vel summa. De appellatione patriarcha cognoscit, et judices per ipsius commissionem sunt episcopi, vel metropolitani. Qui præter hæc agit, duplum restituit ejus, quod ultra modum exegit, et a patriarcha vel metropolitano ecclesiasticæ pœnæ subjicitur, et a catalogis ecclesiasticis removetur. Et hæc quidem, si ad ecclesiasticum statuti causa spectet. Sin disceptatio civilis sit, non cogitur actor hæc servare, sed apud præsides conveniendi facultatem habet.

XXX. Omnis curatio; si patrimonium ad quingentos usque solidos se porrigat, non apud præsidem constituitur; sed apud defensorem civitatis, vel dumvirum, et Alexandriæ apud juridicum, præsente episcopo, vel personis publicis (78), si earum in

Annibalis Fabroti notæ.

(73) *Furiosorum.* In Basilicis additur, nec patris consensum exspectant, lib. XXVIII, tit., c. 19.

(74) *Absque sumptu.* Recte, ut l. 26, supra.

(75) *Nullus ex totius synodi persona.* Ἐκ προσώπου τῆς ὅλης συνόδου. Delegati a synodo. Collatio S Maximi cum Theodosio episcopo Cæsareæ: *Ex persona Petri Constantinopolitani præsulis missus.* Item: *Mittemus ad eum ex persona nostra patricios duos.* Vide quæ diximus ad Theophilum tit. *De suspect. int.*

(76) *Qui ordinationis serie priores sunt.* Gregor. M. VII. epist. 114.

(77) *A patriarcharum sententiis.* Si appelletur a sententia judicis delegati a patriarcha, tunc ἀρχιεπατικὸς θρόνος, id est *patriarchica sedes* appellationem dirimat. Photius, *Nomoc.* tit. 9, c. 6. Vide Balsamon. ad can. 11 syn. Antioch.

(78) *Vel personis publicis.* Ex hoc loco constat

civitate, copia sit: fidejussore pro modo patrimonii præstando, dictarum personarum arbitratu, atque cæteris, quæ creandis curatoribus fieri solent, observandis; ac duobus aureis solvendis: eo, qui creationem majoris lucri causa differt, vel amplius accipit, id omne triplum restituente, et munus curationis amittente. Cæterum ubi curatorem defensor episcopo præsente dat, gesta in archivo ecclesiæ reponenda sunt. Constantinopoli quidem apud prætorem duntaxat curatores creantur

A τούτων ἡ πόλις εὐπορίᾳ· ἐγγυητοῦ διδομένου πρὸς τὸ μέτρον τῆς οὐσίας, δοκιμασίᾳ τῶν εἰρημένων προσώπων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰωθότων ἐπὶ ταῖς κηδεμονίαις πρρλόντων, καὶ δύο νομισμάτων διδομένων· τοῦ τὴν χειροτονίαν ὑπερτιθεμένου διὰ μεῖζον κέρδος, ἢ πλέον λαμβάνοντος, ἅπαν ἀναδιδόντος τριπλοῦν, καὶ τοῦ φροντίσματος ἐκπίπτοντος. Ἔνθα δὲ κηδεμονίαν ὁ ἔκδικος παρουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ποιεῖ, δεῖ τὰ πραττόμενα ἐν τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀρχείῳ ἀποτίθεσθαι. Ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ παρὰ μόνῳ τῷ πραίτωρι αἱ κηδεμονίαι γίνονται.

XXXI. Si is, qui (79) detinet rem ad me pertinentem, absens est, vel in magistratu constitutus, vel infans, vel furiosus, nec tutorem aut curatorem habet: licitum mihi est ut intra constitutum tempus hoc nomine præsidem adeam, vel libellum porrigam, et tempus interrumpitur. Quod si præsidem accedere nequeo, convento episcopo per scripturam animi mei sententiam manifestare debeo.

ΛΑ'. Ἐὰν ὁ κατέχων πρᾶγμα διαφέρον μοι ἀπεστιν, ἢ infans ἐστὶν, ἢ μαίνεται, καὶ οὐ κηδεμονεύεται, ἔξεστί μοι ἐμπροθέσμως ἄρχοντι περὶ τούτου προσιέναι, ἢ λίβελλον ἐπιδιδόναι, καὶ ὁ χρόνος ἐκκόπτεται. Εἰ δὲ μὴ δύναται ἄρχοντι προσελθεῖν, δεῖ με πρὸς τὸν ἐπίσκοπον εἰσιόντα ἐγγράφως τὴν γνώμην μου φανερῶσαι.

XXXII. Cum dominus in recipienda emphyteutica re (80) moram interponit, emphyteuta potestatem habet ejus signandæ; ac Constantinopoli quidem sub triennii finem attestationis faciendæ apud præfectos prætorio, vel præfectum urbi, vel judicem ei, qui emphyteusim recipere recusat, competentem; vel apud patriarcham denique, si dominus emphyteuticæ rei potens sit (81): in provinciis autem, apud præsidem, vel absente præside, apud defensorem vel episcopum ejus civitatis, in qua recusans degit: atque horum alterutrius testimonium accipiendi. Quod si ne ita quidem receperit ille rem emphyteuticam, sane nec contractus emphyteuticus solvitur et emphyteuta sequentis etiam temporis pensionem lucratur: donec ipse dominus attestationem miserit, qua eam exigit. Tunc enim illam ab attestatione facta non ratione præteriti temporis, accipiet: exactoque triennio post factam attestationem, si contumax emphyteuta sit, eum expellere potest.

ΛΒ'. Ἀναβαλλομένου τοῦ δεσπότου δέξασθαι τὸ ἐμφύτευμα, ἄδειαν ὁ ἐμφυτευτὴς ἔχει σφραγίζειν αὐτό· καὶ ἐν μὲν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ πέρατι τῆς τριετίας ἐκμαρτύρασθαι τοῦτο παρὰ τοῖς ὑπάρχοις, ἢ τῷ ἐπάρχῳ, ἢ παρὰ τῷ προσφόρῳ τοῦ παραιτουμένου ἄρχοντι, ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ, τοῦ δεσπότου δυνάστου ὄντος· ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τῷ ἄρχοντι· ἢ μὴ ἐνδημοῦντος αὐτοῦ, παρὰ τῷ ἐκδίκῳ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως, καθ' ἣν ἐστιν ὁ παραιτούμενος, καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς αὐτῶν προσλαβεῖν μαρτυρίαν. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτω δέξηται, οὔτε τὸ ἐμφύτευμα λύεται, καὶ κερδαίνει τὸ τέλος ὁ ἐμφυτευτὴς καὶ τοῦ ἑξῆς χρόνου, ἕως ἂν ὁ δεσπότης στείλῃ διαμαρτυρίαν ἀπαιτῶν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ, οὐ μὴν ὑπὲρ τοῦ προλαβόντος χρόνου λήψεται· καὶ ἐπὶ τρατίον μετὰ τὴν μαρτυρίαν ἀγνωμονοῦντα τὸν ἐμφυτευτὴν ἐξωθεῖσθαι δύναται

XXXIII. Qui ancillam, vel ingenuam, invitam in scenam orchestramve trahit, vel prohibet hac illam professione liberari, vel a fidejussoribus ejus aurum exigit, a præside ac episcopo proscribitur, et civitate pellitur. Quod si præses ipse est, qui vim adhibet, ab episcopo prohibetur, vel rem Imperatori episcopus indicat. Fidejussores absque jactura servantur. Et ejusmodi mulieres legitime nubunt etiam

ΛΓ'. Ὁ δούλην ἢ ἐλευθέραν ἄκουσαν εἰς σκηνὴν ἢ ὀρχήστραν καθέλκων, ἢ ἀπαλλαγῆναι κωλύων, ἢ τοὺς ἐγγυητὰς αὐτῆς ἀπαιτῶν χρυσίον, δημεύεται διὰ τοῦ ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῆς πόλεως ἐξωθεῖται. Εἰ δὲ ὁ ἄρχων ἐστὶν ὁ βιαζόμενος, κωλύεται παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἢ μηνύει τῷ βασιλεῖ ὁ ἐπίσκοπος. Φυλάττονται δὲ οἱ ἐγγυηταὶ ἀζήμιοι. Αἱ δὲ τοιαῦται γυναῖκες, εὐγενεῖς οὖσαι, νο-

Annibalis Fabroti notæ.

in § *Vos autem*, instit. *De Attil. tut.* legendum, *vel aliis publicis personis*, ut etiam observavit Cuj. in notis post. ad d. §.

(79) *Si is qui... vel in magistratu constitutus.* Hæc non sunt in Peirescii codice. Auctores autem Basilicon non videntur percepisse hæc verba legis, *vel in summa potestate constitutio*; sic enim acceperunt, quasi in potentioris personæ potestate constitutus sit adversarius: sic enim malo vertere hæc illorum verba, ἢ καὶ δυνατῷ ὑποκειμένου προσώπῳ, Basil. lib. VII, tit. 4, c. 3, quam veram Justiniani mentem sequi, et a Græcorum mente aberrare. Cæterum lubet hic per occasionem totam legem 31 emendare ad fidem veteris codicis, quo sæpe usus sum beneficio v. cl. Juliani Brodæi: *Sanciamus si quando*, etc., *et desiderat.* Mox: *Proponere: non ei licentia sit abs. suo adv.* etc., *auctoritate sua usurpare: sed licentia ei detur adire præsidem, vel libellum porr.* Et mox: *interruptionem temporis facere.*

(80) *Quum dominus in recip. emphyteutica re.* Ἐμφύτευμα est vectigal seu canon emphyteuticus. Hæc lex integrior exstat lib. XX *Basilic.* tit. 2, c. 4.

(81) *Vel apud patriarcham si dominus emphyteuticæ rei potens sit.* Hæc non sunt in Basilicis.

μῶς γαμοῦνται καὶ ἀξιωματικοὶ χωρὶς βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, μετὰ μέντοι προικῶν. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ θυγατέρων σκηνικῶν.

Λδ'. Ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς κυβεύων ἢ κοινωνῶν τοῖς κυβεύουσιν, ἢ παρακαθήμενος, ἢ θέατρον ἢ κυνήγιον θεωρῶν, ἀφορίζεται τῆς ἁγίας λειτουργίας, καὶ τῶν σιτήσεων αὐτοῦ στερεῖται, καὶ ὁρίζεται αὐτῷ χρόνος εἰς μετάνοιαν. Καὶ ἐὰν εἴσω τοῦ χρόνου ἀξίως φανῇ μετανοήσας, ἱερατικῆς ἀξιοῦται φιλανθρωπίας. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸν χρόνον ἐμμείνῃ, τελέως ἐκβάλλεται τοῦ κλήρου, καὶ γίνεται βουλευτὴς μετὰ τῆς αὐτοῦ περιουσίας τῆς πόλεως ἧς ἦν κληρικός· ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης οὐκ ἰσχούσης βουλευτήριον, γίνεται εἰς τὴν χρῄζουσαν ἐκ τῶν πλησιαζουσῶν. Εἰ δὲ οὐσίαν οὐκ ἔχει, γίνεται ταξεώτης. Παραφυλάττουσι δὲ ταῦτα οἱ πατριάρχαι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ ἐκκλησιέκδικοι, καὶ οἱ ἑκάστης διοικήσεως ὕπαρχοι, καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες καὶ ἔκδικοι ταῦτα τοῖς ἱερεῦσι προσαγγέλλουσι. Δεῖ δὲ ταῦτα μετὰ τῶν ἀκριβῶν ἐπὶ τῶν Εὐαγγελίων ζητεῖσθαι, καὶ τοὺς συκοφάντας ἀγανακτεῖσθαι. Ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ τάξεων, καὶ τῶν ἐκδίκων. εἰ, ταῦτα μανθάνοντες, μὴ προσαγγέλλωσι τοῖς προσφόροις ἱερεῦσιν.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. β' διάτ. ς'. ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omni.* Καὶ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ οἱ παλαιοὶ κανόνες τῶν Ἐκκλησιῶν κρατείτωσαν· ὥστε, ἡνίκα ἐκκλησιαστικόν τι ἀνακύψει, τεμένεσθω γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, συνόδου γινομένης.

Βιβ. α'., τίτ. β', διάτ. ιε', ἧς ἀρχὴ.. Ὁ νοσοκομεῖον, ἢ πτωχεῖον, ἢ ξενοδοχεῖον κτίζειν ἐπαγγειλάμενος, προνοίᾳ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου οἰκοδομεῖν ταῦτα ἀναγκασθήσεται.

Βιβ. α' τίτ. γ' διάτ. ζ'. ἧς ἡ ἀρχὴ, *Pars actorum.* Οὐδὲ κατὰ τιμὴν, οὐδὲ κατὰ νόμον ἀπαιτεῖται μαρτυρεῖν ὁ ἐπίσκοπος· ὅθεν μὴ μαρτυρείτω.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis.* Τοῦ ἐπισκόπου ἀδιαθέτου τελευτῶντος, ἡ ἐκκλησία τὸν τούτου κλῆρον ὑπεισέρχεται.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κα', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ad similitudinem.* Ὁ βουλευτὴς, ἐπίσκοπος γινόμενος, δύναται διὰ τοῦ ὑποκατασττάτου κινδύνῳ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως τὰς ἐποφειλομένας παρ' αὐτοῦ λειτουργίας ἐκπληροῦν τῇ πατρίδι.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si qua.* Ὁ συκοφαντήσας ἐπίσκοπον τριάκοντα λίτρας χρυσίου τῷ δημοσίῳ κατατίθησιν.

Καὶ αἱ πολλαὶ διατάξεις τοῦ αὐτοῦ τίτλου τῷ παρόντι τίτλῳ ἁρμόζουσι, περὶ ἐπισκόπων διαλαμβάνουσαι.

Βιβ. α'. τίτ. ε', διάτ. ιζ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τῆς ἁγίας.*

A In dignitate constitutis, ac sine rescripto principis: dotalibus tamen instrumentis intervenientibus. Eadem locum habent etiam in filiabus scenicorum.

XXXIV. Epicopus aut clericus, qui alea ludit (82), vel societatem cum alea ludentibus habet, vel qui aliis assidet, theatri venationisve spectator, a ministerio sacro segregatur, et annonis suis privatur. Simul ei tempus ad pœnitentiam constituitur, intra quod tempus si digne visus fuerit egisse pœnitentiam, humanitatem pontificiam impetrat. Quod si eo tempore exacto, perseveraverit, prorsus a clero submovetur, et una cum patrimonio suo fit curialis ejus municipii, cujus erat clericus: aut si municipium illud ordinem decurionum nullum habeat, curialis fit B municipii vicini, quod ejusmodi persona indiget. Si patrimonium nullum habet, fit apparitor. Observant autem hæc patriarchæ, et episcopi, et ecclesiæ defensores, et præfecti prætoriis cujusque diœceseos; cæterique præsides, ac defensores, hæc ipsis sacerdotibus nuntiabunt. Et inquirendum de talibus, accuratis explorationibus intervenientibus, ipsis etiam propositis Evangeliis, ac indignationi calumniatores subjiciendi. Habet etiam constitutio diversas pœnas adversus præsides, et officia et defensores, si cum hæc intelligent, episcopis competentibus non nuntiarint.

Tituli IV paratitla.

Libri I, tit. 2, const. VI, cujus initium, *Omni.* Etiam in Illyrico antiqui canones ecclesiastici rati sunto: ita quidem, ut cum ecclesiasticum aliquod dubium emerserit, arbitrio Constantinopolitani episcopi, synodo cocta, decidatur.

Lib. I, tit. 2, constit. 13, cujus initium ·.·.· Qui nosocomium, vel ptochium, vel xenodochium se structurum promisit, interveniente cura episcopi regionis illius, hæc ædificare cogetur. C

Lib. II, tit. 3, constit. 7, cujus initium, *Pars actorum.* Nec honore, nec lege ab episcopo exigitur, ut testimonium dicat. Ideoque testimonio dicendo non adhibetur.

Lib I, tit 3, constit. 20, cujus initium, *Si quis.* Cum episcopus nullo testamento condito decedit, hæreditatem ejus adit ecclesia.

Lib. I, tit. 3, constit. 21 (83), cujus initium, *Ad similitudinem.* Decurio factus episcopus, potest per substitutum, periculo facultatum suarum, præstare functiones, quas patriæ debet. D

Lib. I, tit. 3, constit., 22, cujus initium, *Si qua.* Qui calumniatus est episcopum, fisco auri triginta libras infert.

Præterea complures per eumdem tertium titulum constitutiones, ad hunc præsentem titulum quadrant; cum de episcopis tractent.

Lib. I, tit. 5, constit. 17 (84), cujus initium,

Annibalis Fabroti notæ.

(82) *Qui alea ludit.* Vide infra lib. III, tit. 1.

(83) Lib. I, tit. 3, const. 21. Lex 21, cod. *De episc. et cleric.* non loquitur de decurione qui factus sit episcopus, sed ait eos, qui ex decurionibus etiam honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per subrogatos decurionum munus subire periculo suo ad similitudinem episcoporum.

84) Lib. I, tit 5, const. 17. Hæc igitur consti-

Τῆς ἁγίας. Ut quæ adversus Samaritas statuta sunt, custodiantur, provideant episcopi.

Lib. I, tit. 6, constit. 1, cujus initium, *Antistes*. Episcopus eum, qui jam baptizatus est, si rebaptizare fuerit ausus, ordine suo removetur. Hoc enim præceptis apostolicis repugnat.

Lib. I, tit. 12, constit. 3, cujus initium, *Ἀνεώχθωσαν*. Armati confugæ arma deponere debent. Si non parnerint, neque cesserint promissæ ab episcopo et clericis securitati, cum jurisjorandi præstatione, ne sic quidem eos absque sententia episcopi licet abripere.

Lib. I, tit. 13, constit. 1, cujus initium, *Jamdudum*. Episcopi testium vice subscribant instrumentis eorum, qui manumittuntur in ecclesia.

Lib. I, tit. 15, const. 8, cujus initium, *Defensores*. Civitatis defensor, assentiente episcopo, constituitor.

Lib. III, tit. 2, constit. 2, cujus initium, *Προαγορεύομεν*. Si exsecutor citatum vexet dandi fidejussoris causa, quem dicat esse personam, quæ solvendo non sit, providentia et judicio episcopi eum accipiat.

Lib. III, tit. 43, constit. 1, cujus initium, *Ἡ κύβων*. In aleæ lusum inquirere possunt episcopi, et prohibere ne fiat.

Lib. IV, tit. 30, constit. 14, cujus initium, *In contractibus*. Qui propter difficultatem quamdam nequit per locorum præsidem, vel per defensorem facere denuntiationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, l centiam habeat adeundi episcopum, et per eum hanc manifestam faciundi creditori.

Lib. V, tit. 4, constit. 29 (85), cujus initium, *Πάσῃ*. Scenica mulier, quæ liberari vult et a præside impeditur, episcopum adire potest, et ejus providentia ad vitam honestam ac pudicam se conferat.

Lib. V, tit. 70, constit. 7, cujus initium, *Cum*. Curatores episcoporum judicio et discussione constituuntor.

Lib. VII, tit. 40, constit. 2, cujus initium, *Ut perfectius*. Potest aliquis, adito episcopo, currens adversus se tempus interrumpere.

Lib. VIII, tit. 52, constit. 3, cujus initium, *Sancimus*. Episcopus provideat ne infans expositus in servitutem redigatur.

Lib. IX, tit. 4, constit. 6 (86), cujus initium, *Οὐδέν*. Religiosissimi quovis in loco episcopi uno cujuslibet s ptimanæ die, vel feria quarta, vel in Parasceve, custodias perscrutantor.

Lib. IX, tit. 5, constit. 2 (87), cujus initium, *Ἰδιωτικά*. Si quis in carcerem privatum conjectus

Ὅπως ἂν τὰ κατὰ τῶν Σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα φυλαχθῇ, προνοείτωσαν οἱ ἐπίσκοποι.

Βιβ. α', τίτ. ς', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *Antistes*. Ὁ ἐπίσκοπος τὸν ἤδη βαπτισθέντα ἀναβαπτίσαι τολμήσας ἀποχειροτονεῖται. Τοῦτο γὰρ τοῖς ἀποστολικοῖς μάχεται παραγγέλμασιν.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχή, *Ἀνεώχθωσαν*. Τοὺς ἐν ὅπλοις πρόσφυγας ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα μὴ πεισθέντας, μήτε εἴξαντας τῇ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν κληρικῶν ἐπαγγελθείσῃ ἀσφαλείᾳ, μεθ' ὅρκου δόσεως, οὐδὲ οὕτως ἄνευ τῆς τοῦ ἐπισκόπου γνώμης ἔξεστιν ἀποσπᾶσθαι.

Βιβ. α', τίτ. ιγ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *Jamdudum*. Οἱ ἐπίσκοποι ἐν τάξει μαρτύρων ὑπογραφέτωσαν ἐν τοῖς συμβολαίοις τῶν ἐν ἐκκλησίᾳ ἐλευθερουμένων.

Βιβ. α' τίτ. ν', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχή, *Defensores*. Ὁ ἔκδικος συναινοῦντος τοῦ ἐπισκόπου προβαλλέσθω.

Βιβ. γ', τίτ. ιβ', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχή, *Προαγορεύομεν*. Ἐὰν ὁ ἐκδιδαστὴς διαστρέψῃ τὸν ὑπομνησθέντα περὶ τοῦ ἐγγυητοῦ, πρόσωπον φάσκων αὐτὸ ἄπορον, προνοίᾳ καὶ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο δεχέσθω.

Βιβ. γ', τίτ. μγ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *Ἡ τῶν κύβων*. Τὴν τοῦ κόττου παιγνίαν δύνανται οἱ ἐπίσκοποι ἀναζητεῖν, καὶ κωλύειν γενέσθαι.

Βιβ. δ', τίτ. λ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχή, *In contractibus*. Ὁ διά τινα δυσχέρειαν μὴ δυνάμενος διὰ τοῦ ἄρχοντος τῶν τόπων, ἢ τοῦ ἐκδίκου ποιεῖσθαι τὴν περὶ τῆς ἀναργυρίας διαμαρτυρίαν, ἄδειαν ἐχέτω τοῦ προσιέναι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ διὰ τούτου ταύτην ποιεῖν φανερὰν τῷ χρεδίτωρι, τῷ δανειστῇ, ἢ, οἶμαι τιμ πραίτωρι.

Βιβ. ε', τίτ. δ', διάτ. κθ', ἧς ἡ ἀρχή, *Πάσῃ*. Ἡ σκηνικὴ ἀνεθῆναι βουλομένη, καὶ παρὰ τοῦ ἄρχοντος κωλυομένη, δύναται προσιέναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα προνοίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ σώφρονα βίον μετέλθῃ.

Βιβ. ε', τίτ. α', διάτ. ζ', ἧς ἡ ἀρχή, *Cum*. Οἱ κουράτωρες καὶ κρίσει καὶ δοκιμασίᾳ τῶν ἐπισκόπων προβαλλέσθωσαν.

Βιβ. ζ', τίτλος μ', διάταξις β', ἧς ἡ ἀρχή, *Perfectius*. Δύναταί τις προσιὼν τῷ ἐπισκόπῳ τὸν τρέχοντα κατ' αὐτὸν χρόνον διακόπτειν.

Βιβ. η', τίτ. ε', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχή, *Sancimus*. Τὸ ἐκτεθὲν βρέφος μὴ καταδουλούσθω προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου.

Βιβ. θ', τίτ. δ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχή, *Οὐδέν*. Οἱ θεοφιλέστατοι κατὰ τόπον ἐπίσκοποι μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν, τὴν δ', ἢ τὴν ς' τὰς φυλακὰς διερευνάτωσαν.

Βιβ. θ', τίτ. ε', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχή, *Ἰδιωτικά*. Ἐάν τις βληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ, προνοίᾳ τῶν

Annibalis Fabroti notæ.

tutio Græca edita est, et falluntur qui scribunt, initium ejus fuisse, *Sanctæ*.

(85) Lib. V, tit. 4, const. 29. In ms. Peir. πᾶσιν.

(86) Lib. IX, tit. 4, const. 6. Episcopi loci die Mercurii aut Veneris custodias visitare debent. Vide Appendicem cod. Theodos. num. 13.

(87) Lib. IX, tit. 5, const. 2. Προεστὼς τῶν θείων πριβάτων, est comes rerum privatarum.

θεοφιλῶν ἐπισκόπων, ἀφιέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. Σημείωσαι ὅτι, ῥᾳθυμουμένου τοῦ πράγματος τούτου, δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων· τοῦτο γάρ, φησί, μὴ ποιήσαντες, οὐ μόνον περὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσεται [ſ. ὑποστήσονται] κίνδυνον.

A fuerit, religiosissimorum episcoporum cura extemplo e custodia dimittitor. Nota, quum hoc negotium negligenter agitur, episcopum rem ipsam deferre debere ad eum, qui pro tempore præpositus fuerit sacris rebus privatis. Quippe ni hoc fecerint, inquit, non modo circa solum patrimonium, verum etiam circa salutem ipsam periculum incurrent.

Βιβ. ιβ', τίτ. ξγ', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ. *Θεσπίζομεν*. Ὁ μήνυσίν τινα ἐμφανίσας ἐν ἐπαρχίᾳ, καὶ πλέον ἓξ νομισμάτων βουλόμενος διαγράψαι τὰς ἐπαρχίας, προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀπωθείσθω.

Lib. XII, tit. 63, constit. 2 (88), cujus initium, *Θεσπίζομεν*. Qui quædam nuntiando insinuaverit in provincia, si amplius sex solidis a provinciis (88*) velit exigere, per episcopi providentiam depellitor.

Ἀνάγνωθι τῶν μετὰ τὰς νεαρὰς τὴν ς', διάταξιν, ἧς ἡ ἐπιγραφή· *Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τὴν ια' ἀνεπίγραφον μὲν οὖσαν, ἀναγκαίαν δὲ καὶ φιλάνθρωπον· καὶ τὴν ρβ', ἧς ἡ ἐπιγραφή· *Διάταξις παρὰ τίσι δικάζεσθαι δεῖ μοναχοὺς καὶ ἀσκητρίας*. Καὶ τὴν π', ἧς ἡ ἐπιγραφή· *Ἡ διὰ τῶν ἀξιωματικῶν καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ἐλευθεροῦσα τῆς ὑπεξουσιότητος*. Εὑρήσεις γὰρ ἐν μὲν τῇ ς', πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ ποῖα ἐπιτίμια ὥρισται κατὰ τῶν παραβαινόντων τὴν διάταξιν, καὶ παρὰ τὸν ὅρον αὐτῆς χειροτονουμένων.

Legito quoque novellam 6 post codicem editam, cujus inscriptio est, *Lex, quæ tradit, quomodo sint ordinandi episcopi*, etc. Item 75, quæ inscriptione quidem caret, sed necessaria est, et humana. Item 104 cujus inscriptio est: *Constitutio, apud quos oporteat litigare monachos et ascetas*. Item 131, cujus inscriptio est: *Constitutio, quæ per dignitates et episcopatum a patria potestate liberat*. Invenies enim in sexta quidem, quonam ordinari modo episcopos oporteat: et quæ constitutæ pœnæ sint adversus violantes hanc constitutionem, et eos, qui præter ipsius sanctionem, ordinantur.

Ἐν δὲ τῇ ρχδ', ὥστε, τὸν ἄρχοντα μὴ βουλόμενον ὑπακούειν τοῦ προσέλευσιν ποιησαμένου πρὸς αὐτὸν, καταναγκάζεσθαι ἐκ τοῦ ἐπισκόπου ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως· καὶ ὥστε, εἰ εὔλογος ὑπεστὶν αἰτία, συνακροάσασθαι τῷ ἄρχοντι τὸν ἐπίσκοπον· καὶ εἰ ἀδίκως τινὰ κατεδίκασεν ὁ ἄρχων, καὶ τοῦτο σκοπῆσαι τὸν ἐπίσκοπον· καὶ εἰ συνίδοι, καταδικάσαι τὸν ἄρχοντα· καὶ μηδεὶς προσερχέσθω βασιλεῖ, μὴ ἐπιφερόμενος γράμματα τοῦ ἐπισκόπου τῆς αὐτοῦ πόλεως. Ἐπὶ τὰς αὐτὰς ὀφέξει τιμωρίας, ἃς ὁ ἄρχων ἔμελλε πάσχειν, εἰ, προσέλευσιν δεξάμενος, κατεφρόνησε, καὶ οὐκ ἠκροάσατο τῆς ὑποθέσεως. Πάλιν δὲ ἡ αὐτὴ διάταξίς φησιν ὥστε τὸν ἐπίσκοπον μὴ συγχωρεῖν μαγιστριανῷ σπούρτουλα μεθοδεύειν πλέον τῆς ὡοισμένης ποσότητος ἐν τῇ διατάξει.

In novella 123 statuitur, ut judex nolens audire eum, qui ad ipsum accessit, ab episcopo causam audire cogatur; atque uti si justa subsit causa, cum præside causam cognoscat episcopus: et si quem præses injuste condemnaverit, hoc ipsum quoque inspiciat episcopus; ac si facti conscius sit, præsidem condemnet. Nec imperatorem quisquam adeat, qui non affert litteras ab ejusdem civitatis episcopo. Nam pœnas easdem perferet, quas præses passurus erat si accessione admissa, causam neglexerit, et non cognoverit. Rursus tradit eadem constitutio, ut magisteriano non concedat episcopus licentiam exigendi majores sportulas ea quantitate, quæ hac in constitutione definita est.

Ἐν δὲ τῇ οη', ὡς πάντες οἱ μοναχοὶ καὶ πᾶσαι αἱ μονίστριαι παρὰ τῶν κατὰ χώραν ἐπισκόπων δικάζονται, δίκην ἔχουσαι πρός τινα.

In novella vero 77 statuitur, omnes monachos, et omnes monastrias apud episcopum regionis litigare debere, si quam adversus aliquem litem habeant.

Ἐν δὲ τῇ π', ὡς πᾶς τις ἐπισκοπῆς ἀξιωθεὶς ἐλευθεροῦται, καὶ βουλευτικῆς τύχης, καὶ ὑπεξουσιότητος.

In 80 vero (89) novella traditur, ut quicunque dignitatem episcopi sit consecutus, liber sit a conditione curiali et potestate patria.

ΤΙΤΛΟΣ Ε'.

TITULUS V.

Περὶ αἱρετικῶν, καὶ Μανιχαίων, καὶ Σαμαρειτῶν.

De hæreticis et Manichæis, et Samaritis.

Εἰ μηνεία Α'. Τὰ προφάσει τῆς θρησκείας φιλοτιμηθέντα προνόμια οὐκ ἔχουσιν οἱ αἱρετικοὶ, ἀλλὰ ταῖς λειτουργίαις ὑπόκεινται.

I. Quæ per causam religionis indulta sunt privilegia, non habent hæretici: sed muneribus subjecti sunt.

Β'. Οἱ αἱρετικοὶ μὴ διδασκέτωσαν μηδὲ ἐμφανι-

II. Hæretici non doceant vel insinuent infidelita-

Annibalis Fabroti notæ.

(88) Lib. XII, tit 63, const. 2. Hujus constitutionis epitomen edidit Cujacius.

(88*) Rectius ἐπαρχιωτῶν, *provincialibus*.

(89) *In* 80 *vero*. Episcopatus patria potestate et curia liberat. Nov. LXXXI, c. ult. et Nov. LXXIII, cap. 4.

tem suam (90), nec clericos faciant (91). Hæreticus autem est (92), et legibus adversus hæreticos latis obnoxius, qui vel paulum ab orthodoxa fide declinat.

III. Orthodoxa ecclesia conventiculis hæreticorum destinata loca consequitur, licet in privatis sint ædibus. Nec litanias faciunt (93) noctu, vel interdiu. Si quid ejusmodi publice factum fuerit (94), vel in domo privata, officium præfecti prætorio, quod rem fieri permittit, centum libris, at officium provinciale, libris 50 mulatur.

IV. Crimen adversus Manichæos (95) et Donatistas publicum est, et ad divini Numinis injuriam fertur. Nec commune quid ex moribus, aut legibus habent: et proscribuntur (96), et omni liberalitate (97) successioneque privantur, nec aliquid donant, nec vendunt nec emunt, nec quocunque modo contrahunt: et post mortem, tanquam in crimine læsæ majestatis, accusantur (98): omnisque suprema voluntas eorum fit ir-

ζήτωσαν τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν, μήτε ποιείτωσαν κληρικούς. Αἱρετικὸς δέ ἐστι, καὶ τοῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπόκειται νόμοις, ὁ μικρὸν γοῦν ἐκκλίνων τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Γ'. Ἡ ὀρθόδοξος Ἐκκλησία τὰ τῶν αἱρετικῶν συνακτήρια λαμβάνει, κἂν ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις ὦσιν. Οὐ λιτανεύουσι δὲ νύκτωρ ἢ μεθ' ἡμέραν. Εἰ δέ τι τοιοῦτο δημοσίᾳ, ἢ ἐν ἰδιωτικῷ οἴκῳ γένηται, ἡ μὲν τάξις τοῦ ὑπάρχου. συγχωροῦσα, ρ' λίτρας· αἱ δὲ ἐπιχωρίοι ρ' προστιμῶνται.

Δ'. Πούβλικόν ἐστι τὸ κατὰ τῶν Μανιχαίων καὶ Δονατιστῶν ἔγκλημα, καὶ ὅπερ εἰς ὕβριν τοῦ θείου φέρεται. Καὶ οὐκ ἔχουσί τι κοινὸν πρὸς τὰ ἴδη ἢ τοὺς νόμους, καὶ δημεύονται, καὶ πάσης στεροῦνται φιλοτιμίας καὶ διαδοχῆς, καὶ οὔτε ἀωροῦνται, οὔτε πωλοῦσιν, οὔτε ἀγοράζουσιν, οὔτε ὁπωσοῦν συναλλάσσουσι· καὶ μετὰ θάνατον, ὡς ἐπὶ τῆς καθοσιώσεως κατηγοροῦνται· καὶ πᾶσα τελευταία βούλη-

Annibalis Fabroti notæ.

(90) *Infidelitatem suam.* Fidem, quam non habent, l. 2, c. cod. perfidiam. B. Hieronymus contra Rufinum: *Istæ machinæ hæreticorum sunt, ut convicti de perfidia, ad maledicta se conferant.* Facundus Hermian. lib. II: *Nullus ignotus processit hæreticus, nulla nostris est temporibus nata perfidia.* Lucifer Calaritanus pro S. Athan.: *Si apostolicam evangelicamque anathematizantes fidem, Arianam susceperitis perfidiam.* Vigilius in disputat. inter Sab., Phot., Ar. et Athan.: *Sabellii est perfidia refutata.* Justinian. in l. 1, c. *De offi. præf. præt. Af.* Rebaptizando ad suam perfidiam transferebant. V. Sozom. v, 2. Suid. in Gratiano.

(91) *Nec clericos faciant.* Gratianus in l. 2, c. cod. *et ministros creare qui non sunt.* Basilica: Μηδὲ ὑπηρέτας χειροτονεῖν αὐτοὶ μὴ χειροτονημένοι, qui ipsi ministri non sunt.

(92) *Hæreticus autem est.* Hæreticus est, qui in quibusdam decrrat a fide orthodoxa, sive ut ait Zon., Ἐν τισι σφαλόμενος καὶ διαφερόμενος τοῖς ὀρθοδόξοις, ad can. 16 concil. Chalc., et nomen trahit a pervinaci et perticaci spiritu. Denique hæreticum facit pertinax offensionis defensio, Facundus, lib. x; obstinatio, lib. xi in fine: *Obstinata defensio falsitatis*, lib. xii; idem contra Mocianum: *Hæreticum non humanæ infirmitatis ignorantia, sed pervicacia facit.* Animus obstinatior, l. 2. C. *De summa Trin.* Tertullian. De præscript. hæreticorum, a Græca voce deducit: *Hæreses*, inquit, *dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis sive ad instituendas, sive ad suscipiendas eas utitur.* Anastasius Bibliothecar. in Epist. ad Joann. diaconum: *Cum hæreticus non ex erroris tantum deceptione, quantum ex electione non recta et contentiosa pertinacia generetur.* Igitur hæresim accipe pravam, eamque obstinatam et obfirmatam: hæretici enim præfracte tuentur opinionem quam elegerunt ex suo arbitrio et humana præsumptione. Hinc philosophorum sectæ αἱρέσεις dictæ, quia sibi ex arbitrio proprio δόγματά τινα deligunt. Glossæ Latino-Gr. *Secta*, αἵρεσις, φιλοσόφου δόγμα, ἀγωγή.. Græco-Lat. Δόγμα, *secta.* Varro: *Secta quos Menippi hæresis nutricatur.*

(93) *Nec litanias faciunt.* Libri veteres in l. 4, c. eod. *ad letaniam faciendam.* Basilica lib. I, tit. 1. c. 22, λιτὴν ποιεῖν. B. Chrysostomus homilia antequam iret in exsilium: Αὔριον εἰς λιτανείαν ἐξελεύσομαι μεθ' ὑμῶν· *Eras vobiscum ivo ad supplicationes.* Anastas. de Vit. PP. p. 82 et 130, ed t. Reg. Basilius epist. 65. Concilium Moguntin. sub Leone III can. 32. Allatius de Græcor. temp. Zonar. p. 537, 543 in fine, et concilia Galliæ.

(94) *Publice factum fuerit.* Codex Brodæi: vel in publicis, vel in privatis ædibus.

(95) *Crimen adversus Manichæos.* Manichæi extra solum Romanum pulsi constitutione Valentiniani et Marciani, quæ exstat in concil. Chalcedon. parte 3. De his vide Theophan. p. 146 et 413. Nusquam in Romanum locum conveniendi facultatem habeant, l. 5 h. tit. Hæreticorum bona fisci viribus addicta. Vide eumdem Theoph. p. 153, et Cedrenum, p. 106 et 107. V. conc. Chalc. part. 3, c. 12, Petr. Sicul.

(96) *Proscribuntur.* δημεύονται, publicantur.

(97) *Et omni liberalitate.* Meminit Victor, *De Persecut. Vandal.* lib. III, constitutionis adversus hæreticos latæ, qua similis pœna continetur his verbis: *In populos quoque præfati imperatores similiter sævientes, quod eis nec donandi libertas, nec testandi, aut capiendi, vel ab aliis derelictum penitus subjaceret, non fideicommissi nomine, non legati, non donationibus, aut relictione, quæ mortis causa appellatur, vel quolibet codicillo, aliisve forsitan scripturis.* Fisco tamen præferuntur ascendentes et descendentes et venientes ex latere cognati, exque his descendentes usque ad secundum gradum: ita tamen ut proximior gradu præferatur; tunc autem bona eis concedimus, si non et ipsi pari conscientia polluuntur, quæ sunt in Basilicis, lib. I, t. I, c. 23, et in C. Theodos.

(98) *Post mortem accusantur.* Sicut apostatæ, l. 2 cod. *De apostatis.* Facundus Hermian. lib. x: *Dicunt probare se posse nescio quos hæreticos post mortem fuisse damnatos.* Concil. œcumen. v, act. 5, c. 28, tit. 1, lib. I, *Basil.* v, VI syn. act. 13; Rigordus, in gestis Philippi Augusti, de Amalrico: *Etiam post mortem fuit excommunicatus et condemnatus, et a cœmeterio sacro dejectus, et ossa et cinis ejus per sterquilinia sunt dispersa.* Adde auctorem Chronici Altissiodorensis, pag. 105 vers., Joannis Vicleti ossa post obitum ejus publice cremata sunt. Barlaamus et Aciudynus monachi post mortem excommunicati, ut scribit Joan. Cantac. I. IV, c. 23. V. c. 2, *De summa Trin. extra.*— Justinianus in edicto de fide: « Quantum ad insipientiam dicentium non oportere anathematizari post mortem eos qui in sua impietate mortui sunt, oportebat nec eos qui injuste condemnati sunt Patres, post mortem revocari, quale contigit in Joanne sanctæ recordationis episcopo Constantino-

εις αὐτῶν ἀκυροῦται, καὶ οὔτε κληρονομοῦσιν αὐτῶν οἱ παῖδες, εἰ μὴ τῆς φαυλότητος αὐτῶν ἀναχωρήσωσι. Τιμωροῦνται δὲ καὶ οἱ κρύπτοντες αὐτοὺς ἐν εἰδήσει. Ἀνεύθυνοι δὲ γίνονται οἱ δοῦλοι αὐτῶν μετιόντες εἰς τὴν καθολικὴν πίστιν.

A rita (99), nec hæredes eorum filii sunt, nisi a pravitate (1) ipsorum recesserint. Puniuntur et illi, qui scientes et prudentes eos occultant. Servi vero ipsorum extra culpam sunt, si ad fidem catholicam transierint.

Ε'. Οἱ Ἀρειανοὶ καὶ Μακεδονιανοὶ πνευματομάχοι, καὶ Ἀπολλιναρισταὶ, καὶ Νοβατιανοὶ, ἤγουν Σαββατιανοὶ, Εὐνομιανοὶ, Παπιανισταὶ, Μοντανισταὶ, ἤγουν Πρισκιλλιανισταὶ, Φρύγες, ἤγουν Πεπουζῖται, Μαρκιωνισταὶ, Βορβοριανοὶ, Μεσσαλιανοὶ, Εὐτυχῖται, ἤγουν Ἐνθουσιασταὶ, Δονατισταὶ, Ἀνδριανοὶ, Ὑδροπαραστάται, Ἀσκοδρουγοὶ, Βαθραχῖται, Παυλιανοὶ, Μαρκελλιανοὶ, Ὀφῖται, Ἐγκρατῖται, Ἀποτακτῖται, Ἐρημῖται, Σακκοφόροι, καὶ οἱ πάντων χείρους Μανιχαῖοι, οὐ δύνανται συνάγεσθαι ἢ εὔχεσθαι· οἱ δὲ Μανιχαῖοι, τῶν πόλεων ἐκβάλλονται, καὶ ἐσχάτως τιμωροῦνται. Κύρια δέ εἰσι πάντα τὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν νομοθετηθέντα περὶ τῶν δωρουμένων ἢ τῶν καταλιμπανομένων αὐτοῖς, στρατιῶν, καὶ περὶ τῶν συναχτηρίων αὐτῶν· ὥστε τὰς ἐκκλησίας τοὺς οἴκους λαμβάνειν, ἐν οἷς γνώμῃ ἢ ἀποπροσποιήσει τῶν δεσποτῶν συνῆλθον. Εἰ δὲ οἱ

V. Ariani, et Macedoniani pneumatomachi (2), et Apollinaristæ, Navatiani (3) sive Sabbatiani, Eunomiani, Papianistæ, Montanistæ, sive Priscillianistæ, Phryges, sive Pepuzitæ, Marcionistæ, Borboliani, Messaliani (4-5), Euchitæ, vel Enthusiastæ, Donatistæ, Andriani, Hydroparastatæ, Ascodrugi (6), Batracitæ, Pauliani (7), Marcelliani, Ophitæ, Encratitæ, Apotactitæ, Eremitæ, Saccophori, et omnium pessimi Manichæi habere conventicula nequeunt (8): et Manichæi de civitatibus quoque pelluntur, ultimoque supplicio afficiuntur (9). Sunt etiam rata omnia, quæ adversus hæreticos sancita sunt, de iis, quæ et donantur ipsis, aut in testamento relinquuntur, ut de militiis ipsorum, et de conventiculis (10), ut ecclesiæ domos accipiant, in quibus de sententia dominorum (11), vel iisdem dissimulantibus convenerint. Quod si procuratores hoc dominis ignorantibus admiserint, si qui-

Annibalis Fabroti notæ.

politanæ civitatis, ab universali Ecclesia post mortem revocato, et in Flaviano sanctæ memoriæ et ipso episcopo Constantinopolitanæ civitatis, injuste quidem in vita condemnato, juste autem post mortem revocato, tam a sanctæ memoriæ papa Leone, quam a sancta Chalcedonensi synodo. Ex hoc autem contingit secundum illorum verba, hæreticos quidem sanctis Patribus connumerari, ut puta liberatos debita eis condemnatione; sanctos autem Patres injuste condemnatos hæreticis conjungi, ut puta non soluta contra eos facta iniqua damnatione. » Agitur autem hic de Manichæis, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerant, ut est in lib. v, C. h. t.

(99) *Fit irrita.* Si modo et cognati eorum Manichæi erunt: alioquin rata erit, d. c. 23. Qua de re vide Cujacium, *Observ.* l. 12, c. 30.

(1) *Nisi a pravitate.* Liberi admittuntur, si a paterna pravitate recesserint; pœnitentibus enim venia datur, l. 4 c. eod., l. 41 C. Theod. eod. Flaccus Alcuinus Confessionis fidei part. IV, cap. 9: *Nemo est hæreticus, nisi contentione fiat hæreticus. Ast qui reprehendi non erubescit, neque corrigi dedignatur, nequaquam dici potest hæreticus.*

(2) *Pneumatomachi.* Perperam in quibusdam editionibus codicis, additur virgula ante hanc dictionem. Facundus, lib. VIII: *Macedoniani, qui et Pneumatomachi.* V. Theodoret. *Hær. fab.* l. 4, c. 5; S. Hieron. *De hæresibus.*

(3) *Novatiani.* Ναυάτου Græci vocant, Latini Novatum; itaque scribe, Novatiani, seu Sabbatiani, Eunomiani, Papianistæ, Montanistæ sive Priscillianistæ, Phryges vel Pep. Marcion. Borboriani, Messaliani, Eutychitæ sive Enth. Andiani, Hydr. Ascodrugi, Batrae. Pauliani, Marcell. O. etc.

(4-5) *Messaliani, Euchitæ.* Puto et hic abundare virgulam. Facundus, d. lib. VIII: *Massalianos quos et Euchitas dicimus.* Vide B. Augustinum, *De hæresib.* c. 57, ubi Messaliani vocantur, et Theodor. d. l. 4, c. 11.

(6) *Ascodrugi.* Sic Basilic. lib. I, t. 1, c. 31 et l. 18, h. t. Apud Theodoretum. *Hæret. fab.* lib. I lemma capitis 10 ita legend. videtur: Περὶ τῶν ἀσκοδρουγῶν ἢ ἀσκοδρουγιτῶν καλουμένων. Unde autem dicantur Tascodrougitæ tradit Græcus int. ad. d. l. pen. lib. XXI Basil. tit. I, c. 44: Tascodrugi, l. pen. h. t. in l. 5. C. eod. Tascodrogitæ, et apud Balsamon. ad Photii *Nomoc.* tit. 9, c. 2, Ταϛκοδρουγῖται, ex fide vett. codicum. In Agilæi tamen codice legebatur, ἀσκοδρουγῖται. V. Epiphan.

(7) *Pauliani.* De his Augustin. *De hæres.* c. 44.

(8) *Habere conventicula nequeunt.* Verte: non possunt convenire, aut orare, ut in l. 5 c. eod. Nusquam in Romanum locum conveniendi orandique habeant facultatem; sic legerunt Græci. Basil. lib. I, tit. 1, c. 23: Μηδέποτε ἐν Ῥωμαϊκῷ ἐδάφει τοῦ συνεῖναι ἢ προσεύχεσθαι εὐχέρειαν ἐχέτωσαν· *Nusquam in Romano solo conveniendi, aut orandi facultatem habeant.* In libro Cujacii emendatum erat, *veniendi orandique*, sic enim suadent verba quæ præcedunt. *in Romanum locum.* Sed verior est quorumdam codicum lectio, *in Romano solo conv.* ut legerunt Græci. Item mss. omnes etiam Jul. Brodæi, habent, *orandique.*

(9) *Ultimoque supplicio afficiantur.* L. 11 et 12. et infra. Ergo hæretici supplicio afficiendi sunt. De quo tamen hic inquirendum est. Equidem non ignoro quid B. Augustinus senserit, epist. 48 et 50, quas vide. Sub Alexio Comneno Basilius quidam hæresiarcha combustus est, Zonaras tomo III. Lactantius: *Si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis, jam non defendetur illa, sed polluetur atque violabitur.*

(10) *De conventiculis.* In l. 5 c. eod.: In hæreticorum conventicula, quæ ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur. B. August. epist. 56: *Sed circuli atque conventicula Donatistarum vel Maximianensium*, etc. De circulis in l. VIII, c. eod.: convocandi cœtus, vel circulus contrahendi. S. Cyprianus, De unit. ecclesiarum: *Et cum hæreses et schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt.*

(11) *De sententia dominorum.* Can. 93 Eccl. Afric.: Simul etiam petendum ut illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, deinceps confirmari præcipiant. De eadem constitutione vide B. Augustini d. ep. 50, et in *Contra Crescon.* c. 47, et Possidonium in Vita Augustini, c. 12.

dem ingenui sint, decem librarum multam præstant, aut relegantur; sin servi, flagris cæduntur, et in metallum damnantur. Non etiam publice conveniunt, vel ædificant conventiculis destinata loca, nec quidquam faciunt ad circumscriptionem legis, omni civili et militari auxilio destituti, decurionibus etiam hæc servantibus sub pœna viginti librarum: nec speciale privilegium (12), adversus leges ab ipsis impetratum, valet. Rata sunt etiam, quæ promulgata sunt adversus eos, circa pœnam, et militiæ prohibitionem.

A προκουράτορες ἀγνοούντων αὐτῶν τοῦτο πεπραγότων, εὐγενεῖς μὲν ὄντες προστιμῶνται δέκα λίτρας, ἢ ἐξορίζονται· δοῦλοι δὲ μαστίζονται, ἢ μεταλλίζονται, καὶ οὐ συνέρχονται δημοσίᾳ, ἢ κτίζουσι συναχτήρια, οὔτε τι ποιοῦσιν εἰς περιγραφὴν τοῦ νόμου, πάσης πολιτικῆς καὶ στρατιωτικῆς βοηθείας ἐστερημένοι, καὶ τῶν βουλευτῶν ταῦτα φυλαττόντων ὑπὸ ποινῆς ϰ' λιτρῶν· καὶ οὔτε προνόμου [προνόμιον] ἰδικὸν παρανόμως αὐτοῖς πορισθὲν ἐρρῶται. Ἰσχύει δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτῶν νομοθετηθέντα εἰς ποινὴν καὶ κώλυσιν στρατιᾶς.

VI. Nestoriani vocantur Simoniani (13), nec licet ea quæ ab ipsis adversus Ephesinam synodum scripta sunt habere, vel legere, vel describere, sed comburuntur. Cum etiam de fide quæritur (14), nulla ipsorum est faciunda mentio. Nec in quocunque loco suo quisquam eos excepere (15) debet. Qui legem violarit, bonorum publicatione punitur. Iidem Nestoriani non appellantur Christiani (16).

B

Ϛ'. Οἱ Νεστοριανοὶ Σημωνιανοὶ λέγονται· καὶ οὐκ ἔξεστι τὰ κατὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου αὐτοῖς γραφέντα ἔχειν ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ μεταγράφεσθαι, ἀλλὰ καίονται. Καὶ ἐν τῷ ζητεῖν περὶ πίστεως οὐ δεῖ αὐτῶν μεμνῆσθαι, οὔτε δεῖ αὐτοὺς ἐν οἱῳδήποτε ἰδίῳ τόπῳ δέχεσθαι. Ὁ δὲ παραβὰς τὸν νόμον δημεύεται. Οὐ λέγονται δὲ οἱ Νεστοριανοὶ Χριστιανοί.

VII. Qui sunt in curiis, vel militiis, vel collegiis, hæretici: tam pecuniariis (17), quam personalibus obligati sunt muneribus.

Ζ'. Οἱ ἐν βουλαῖς, ἢ στρατιαῖς, ἢ σωματείοις ὄντες αἱρετικοί, καὶ χρηματικῶς καὶ σωματικῶς λειτουργοῦσιν.

VIII. Qui Eutychis et Dioscori doctrinam sequuntur, similes sunt Apollinaristis, et pœnis iisdem subjacent, si non sequantur sacrosancta quatuor concilia, nec licet eis episcopos aut clericos creare. Nam et is qui hoc facit, et qui fit, exsilio punitur et bonorum publicatione. Non etiam construunt ecclesias aut monasteria, vel religionis causa conveniunt. Quippe domum illam, vel prædium (18), ubi convenerint, accipit ipsa ecclesia, modo probatum fuerit apud præsidem, eos illuc volente domino convenisse. Sin præter voluntatem domini, vel is, qui pensiones domus exigit, vel administrator prædii, vel alius quispiam susceperit eos ad parasynaxim (19), vel in monasterium: vilis quidem conditionis exsistens, publice fustibus cæditur: honestior vero, decem librarum

C

Η'. Οἱ τὰ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου φρονοῦντες ὅμοιοι τοῖς Ἀπολλιναρισταῖς εἰσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς ὑπόκεινται, μὴ ἀκολουθοῦντες ταῖς ἁγίαις τέσσαρσι συνόδοις· καὶ οὐκ ἔξεστιν αὐτοῖς ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ψηφίζεσθαι· ἐπεὶ καὶ ὁ ποιῶν· καὶ ὁ γινόμενος ἐξορίζεται καὶ δημεύεται· οὔτε ποιοῦσιν ἐκκλησίας, ἢ μοναστήρια, ἢ συνέρχονται ἐπὶ θρησκείᾳ· ἐπεὶ τὸν οἶκον ἢ τὴν κτῆσιν, ἔνθα συνῆλθον, ἡ ἐκκλησία λαμβάνει, ἐν ᾧ συνελθεῖν γνώμῃ τοῦ δεσπότου δειχθῇ παρὰ τῷ ἄρχοντι. Εἰ δὲ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἐνοικολόγος ἢ διοικητὴς τοῦ χωρίου, ἢ ἕτερος ὑπεδέξατο ἐπὶ παρασυνάξει, ἢ ἐν μοναστηρίῳ, εὐτελὴς μὲν ὤν, δημοσίᾳ ῥαβδίζεται· σεμνὸς δὲ, ι' λίτρας προστιμᾶται τῷ φίσκῳ. Οὔτε στρατεύονται, καὶ ἐὰν στρατευ-

D

Annibalis Fabroti notæ.

(12) *Nec speciale privilegium*. Socrat. Hist. 1, cap. 6. conc. Chalced. p. 362, 363, d. 371, col. 1, conc. Ephes. III p., c. 43. V. Syn. p. 554. Vide v syn. p. 630; conc Ephes. p. 469 et seq.

(13) *Nestoriani vocantur Simoniani*. Ex hoc igitur loco, Balsamone, Photio *Nomoc.* tit. 12, c. 2, et libris veteribus, emendanda est l. 6, c. eod. hoc modo: *Damnato portentuosæ superstitionis auctore Nestorio, nota congrui nominis ejus inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Ariani lege dicæ memoriæ Constantini ob similitudinem impietatis, Porphyriani a Porphyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariæ sectæ Nestorii, Simoniani vocentur.* Julius Pollux in Chronico: Καὶ τοὺς ὁμοίους ἀποχηρύττων καὶ προστάττων, Πορφυριανοὺς αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν συγγραφέντα πυρὶ παραδοῦναι. Τοὺς δὲ ἔχοντας καὶ μὴ πυρὶ παραδιδόντας, θανάτῳ ζημιοῦσθαι.

(14) *De fide quæritur*. In religionis disputatione, l. 6, c. eod.

(15) *Eos excipere*. Conventiculam præbeat d. l. 6, sic vett. C.

(16) *Nestoriani non appellantur Christiani*. Lucifer Calaritanus, lib. 1, pro S. Athanasio de Arianis: *Dicat denique se non esse Christianum, fatealur se Arianum*. Et paulo post: *Odis Athanasium, quod Christianus sit, quod esse noluerit Arii, ut tu diris, discipulus.* Idem de regibus apostatis, lib. 1: *Quo possint drinceps non esse Christiani, quod nos sumus, sed, quod vos estis, Ariani.* Idem scribit in libro de non conveniendo cum hæreticis. S. Athanasius, orat. 2, contra Arian. Οἱ τούτους καλοῦντες Χριστιανοὺς πολὺ καὶ λίαν πλανῶνται: *Qui hos (Arianos) Christianos appellant, largiter errant.* Leo M. epist. 73: *Non solum ad sacerdotii honorem admitti nequeant* (hæretici), *sed ab ipso Christiano nomine merentur abscindi.* Sanctus Hilarius, in lib. ad Constantium A.: *Christianus sum, non Arianus*, B. Augustinus ait esse falsos Christianos, de doctrina Christiana lib. II, c. 35. Vide supra ad l. 1, tit. 1, et infra Parat. tit. 5, lib. 1, tit. 4, const. 5. quam confer cum l. 5, c. *de Episc. aud.* Vide et Novellæ CIX præfat.

(17) *Tum pecuniariis*. Facultatum muneribus, in l. 7, c. eod. l. 8.

(18) *Quippe domum illam vel prædium*. Vide supra ad l. 5, et sententiam Marcellini post collationem Carthag. 3, Acta conc. Chalced. V. Conc. Constantin. sub Menna p. 714, t. II Conc. et ad p. eamd. p. 715, a.

(19) *Ad parasynaxim*. V. infra ad l. 14.

σιν, ἀποστρατεύονται, καὶ οὔτε κοινωνοῦσι τῷ πα- A
λατίῳ, οὔτε ἄλλῃ πόλει, οὔτε ἐν ᾗ ἐγεννήθησαν ἢ
ἐν χωρίῳ διάγουσιν. Οἱ δὲ γεννηθέντες ἐν Κωνστα-
τινουπόλει πάσης ἀπελαύνονται μητροπόλεως. Οὐ-
δενὶ ἔξεστι κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου γράφειν,
ἢ ἀναγινώσκειν, ἢ ὑπαγορεύειν, ἢ ἔχειν συγγράμ-
ματα· ἐπεὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Καὶ ὁ προσελθὼν
ἐπὶ τὸ μαθεῖν δέκα λίτρας δίδωσι τῷ φίσκῳ· καὶ ὁ
διδάσκων τὰ κεκωλυμένα ἐσχάτως τιμωρεῖται. Πάντα
δὲ τὰ συγγράμματα τοῦ Εὐτυχοῦς καὶ Ἀπολλιναρίου κατέσθωσαν. Εἰ δὲ παρίδωσι ταῦτα οἱ ἄρχοντες
καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν, ἢ οἱ ἔκδικοι, ἀπὸ δέκα λιτρῶν
τῷ φίσκῳ προστιμῶνται.

multam fisco præstat. Non etiam militani Eutychiani, ac si quidem militiæ fuerint adscripti (20), exauctorantur, et palatii communione privantur. Non etiam vel in alia, vel in qua nati sunt civitate, vel vico, versantur. Qui Constantinopoli nati sunt, ex omni metroplitana civitate pelluntur. Nemini licet adversus Chalcedonense concilium aliquid scribere, vel legere, vel dictare, vel aliorum habere scripta: perpetua namque deportatione damnantur. Item, qui ad eos accesserit discendi causa, decem libras fisco solvit: et qui prohibita docet, ultimo supplicio coercetur. Omnia vero scripta Eutychis et Apollinaris concremantor. Quod si præsides hæc neglexerint, vel eorum officia, vel defensores, decem librarum multam fisco præstant.

Θ'. Οἱ αἱρετικοὶ κατὰ τὸ νεμομισμένον οὐ θάπτον- B
ται.

IX. Hæretici (21) more consueto non sepeliuntur.

Ι'. Οὔτε ὀρθόδοξος δύναται καθ' οἱονδήποτε τρό-
πον μεταφέρειν εἰς αἱρετικὸν ἀκίνητον πρᾶγμα,
ἔχων ἐκκλησίαν ὀρθόδοξον· ἐπεὶ φισκοῦται.

X. Ne quidem orthodoxus (22) aliquis ullo modo transferre potest in hæreticum rem aliquam soli, quæ orthodoxam contineat ecclesiam. Fisco namque vindicatur.

ΙΑ'. Ὁπουδήποτε οἱ Μανιχαῖοι εὑρισκόμενοι κε-
φαλικῶς τιμωροῦνται.

XI. Ubicumque Manichæi reperiantur, capitis supplicio puniuntur.

ΙΒ'. Οἱ μὲν Μανιχαῖοι πανταχόθεν ἐλαύνονται,
καὶ κεφαλικῶς τιμωροῦνται· οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετι-
κοὶ (αἱρετικὸς δέ ἐστι πᾶς μὴ ὀρθόδοξος·) καὶ οἱ Ἕλ-
ληνες, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ Σαμαρεῖται κωλύον-
ται ἄρχειν, καὶ ἀξίας ἔχειν, ἢ δικαιολογεῖν, ἢ ἐκ-
δικεῖν, ἢ πόλεως πατέρες γίνεσθαι· ἵνα μὴ σχῶσιν
ἄδειαν ἐπηρεάζειν ἢ δικάζειν Χριστιανοῖς ἢ ἐπι-
σκόποις, ἢ στρατεύεσθαι, πλὴν τῶν ἐκ γένους κορ- C
ταλίνων. Οὗτοι γὰρ μένουσι τὰ μὲν βάρη ὑπέχον-
τες, μὴ προκόπτοντες δὲ, μήτε τοὺς ὀρθοδόξους
ἐκβιβάζοντες ἐπὶ δημοσίαις ἢ ἰδιωτικαῖς αἰτίαις.
Ὁ δὲ πειραθείς τι τούτων ἐγχειρίσαι, πρὸς ἀπρά-
κτῳ τῇ ἐγχειρήσει δίδωσιν εἴκοσι λίτρας. Καὶ οἱ
ταῖς δημοσίαις αὐτοὺς ἀπογραφαῖς ἐντάττοντες εἴ-
κοσι· καὶ οἱ ἄρχοντες ν'· καὶ πᾶσαι τοῖς πριβάτοις
εἰσκομίζονται. Ἐξήρηνται οἱ Γότθοι, οἱ γίνονται
φοιδεράτοι, καὶ ἄλλως πρὸς τὸ δοκοῦν τῇ βασιλείᾳ
τιμῶνται.

XII. Undique Manichæi pelluntur, et capitis supplicio puniuntur. Reliqui vero hæretici (et hæreticus est, quisquis non est orthodoxus) et pagani, et Judæi, et Samaritæ, prohibentur gerere magistratum et habere dignitates, aut fieri patroni causarum, aut defensores, aut patres civitatum (23), ne potestatem habeant injuriis afficiendi, vel judicandi Christianos, aut episcopos; vel etiam militandi (24), extraquam si genere cohortalini sint (25). Manent enim hi milites, onera quidem sustinentes; verum ad majora non provehuntur, nec orthodoxis dantur exsecutores in publicis privatisve causis. Qui vero tentaverit aliquid horum fieri, præterquam quod ipse conatus effectum nullum habiturus est, 20 libras solvit; et qui publicis eos descriptionibus inserunt, libras 20, et præsides libras 50; quæ quidem omnes rebus privatis inferuntur. Excipiuntur Gothi (26), qui fœderati (27) fiunt, et prout imperatoriæ majestati visum fuerit, alios honores consequuntur.

Annibalis Fabroti notæ.

(20) *Militiæ fuerint ascripti.* V. inf. ad l. 12.

(21) *Hæretici.* Hæreticis solemnia sepulturæ non negantur. Cujac. in Parat. cod. eod. In Leunclavii codice legebatur, οὐ θάπτονται. Quasi hæretici sine ullo funeris solemni sepeliri debeant, vel etiam sepultura privari. Male, ut constat ex lib. I Basil. tit. 1, c. 26, ubi humanitatis ratione permittitur hæreticorum sepultura. Vide tamen cap. 2, de hæret. in 6. Gotfridus Vindocinensis, lib. III, epist. 38: *Auctoritate sanctorum canonum firmiter tenemus, et nullatenus dubitamus, quia quibus vivis non communicamus, nec mortuis communicare debemus.* Balsamon tamen in Photii *Nomoc.* tit. 12, c. 2, inquit: *Hæretici legitimis ne tradantur sepulturis.*

(22) *Ne quidem orthodoxus.* Hæreticus prædium, in quo orthodoxæ fidei ecclesia constituta est, comparare non potest: Theophilus ad § 2 *Institut. De inutilib. stipulat.*

(23) *Aut patres civitatum.* Vide tit. 9, c. 18.

(24) *Judicandi Christianos aut episcopos, vel etiam militandi.* Hujus legis, quæ Justini est, meminit Justinianus, novellæ CIX præf.

(25) *Cohortalini sint.* Nulla his præter cohortalinam in provinciis et castrensem indulgenda militia. l. *Hæreticorum*, 65, C. Theod. eod. Cohortalini sunt gregarii et viliores milites. V. Cuj. ad lib. X cod. tit. XXIII, l. 3, et ejus prælectiones ad tit. 61, lib. VI C. et Parat. C.

(26) *Excipiuntur Gothi.* Qui Ariani erant. B. Augustin. epist. 50. Theophanes de Gothis, Hypogothis, Gepidibus et Vandalis: Πάντες δὲ τῆς Ἀρείου ὑπάρχουσι κακοπιστίας.

(27) *Fœderati.* De Gothis fœderatis Malchus in excerptis de Legationibus, p. 91 ed. Regiæ: Πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Venerunt e Thracia legati Gothorum, qui fœdus cum Romanis contraxerant, quos Romani fœderatos vocant.* De fœderatis vide Glossarium nostrum ad Cedrenum.

Cum parentes inter se dissident, plus valent is (28), qui liberos ad orthodoxam fidem vult adducere. Parentes hæretici (29), cum nullam (30) habent legitimam causam accusandi liberos orthodoxos, coguntur eis pro modo patrimonii sui suppeditare alimenta, cum necessariis rebus cæteris, et cum orthodoxis eosdem matrimonio copulare, dotesque cum donationibus ante nuptias præstare, præsidum et episcoporum interveniente cura.

XIII. Orthodoxi hæreticorum liberi, si non peccaverint adversus eos, absque diminutione capiunt id, quod eis ab intestato competit : et quæ præter hæc facta fuerit suprema voluntas, irrita redditur, salvis tamen libertatibus, nisi quo jure prohibeantur. Si vero commiserint aliquid adversus parentes, et accusantur, et puniuntur (31). Sed tamen etiam cum in eos peccaverint, ipsorum patrimonii quadrantem (32) ex testamentis conditis habent. Eadem locum habent etiam in Judæis et Samaritis.

XIV. Hæretici conventicula celebrare, vel parasynaxes (33), vel concilia, vel ordinationes, vel baptismata nequeunt ; aut primates habere, vel officia patrum (34-35), aut defensorum consequi, vel curare, seu administrare villas per seipsos, aut per subjectam personam ; vel quid ipsis prohibitum facere. Qui legem violat, in periculo capitis est constitutus.

XV. Manichæis (36) orthodoxi liberi donataxat ab intestato succedunt, quibus non exstantibus, res eorum fiscus vindicat, sive testati sint, sive legaverint, sive donaverint.

XVI. Qui a Manichæis deficiens factus est orthodoxus, si quæ illius erroris sunt, facere deprehensus fuerit, aut nude cum Manichæis conversari, vel collogui, nec confestim eos legitimo judici tradi-

Β Ἀμφισβητούντων τῶν γονέων, ἐπικρατέστερός ἐστιν ὁ θέλων τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τοὺς παῖδας προσαγαγεῖν. Αἱρετικοὶ πατέρες, μηδὲν ἔχοντες νόμιμον ἐγκαλεῖν τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν, ἀναγκάζονται πρὸς τὰς οὐσίας αὐτῶν τροφὰς χορηγεῖν, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναγκαῖα, καὶ συνάπτειν ὀρθοδόξοις, καὶ διδόναι προῖκας καὶ προγαμιαίας δωρεὰς, προνοίᾳ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπισκόπων.

ΙΓ'. Οἱ ὀρθόδοξοι παῖδες τῶν αἱρετικῶν, μὴ ἁμαρτήσαντες κατ' αὐτῶν, ἀμείωτον λαμβάνουσι τὸ ἐξ ἀδιαθέτου αὐτοῖς ἁρμόζον· καὶ ἡ παρὰ ταῦτα γενομένη τελευταία βούλησις ἀκυροῦται, φυλαττομένων τῶν ἐλευθεριῶν, εἰ μὴ κατά τινα νόμον κωλύονται. Εἰ δέ τι πλημμελήσωσιν εἰς τοὺς γονεῖς, Β κατηγοροῦνται καὶ τιμωροῦνται. Ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἡμαρτηκότες τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας αὐτῶν κατὰ διαθήκας. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν.

ΙΔ'. Οἱ αἱρετικοὶ συναγωγεῖα ποιεῖν οὐ δύνανται, ἢ παρασυνάξεις, ἢ συνόδους, ἢ χειροτονίας, ἢ βαπτίσματα, ἢ ἐξάρχους ἔχειν ἢ πατρίας, ἢ ἐκδικίας ἐγχειρίζεσθαι, ἢ φροντίζειν, ἢ διοικεῖν χωρία δι' ἑαυτῶν ἢ διὰ παρενθέτων προσώπων, ἢ τι τῶν ἀπηγορευμένων προσώπων ποιεῖν. Ὁ δὲ παραβαίνων ἐσχάτῳ κινδυνεύει.

ΙΕ'. Οἱ Μανιχαῖοι παρὰ μόνων ὀρθοδόξων παίδων ἐξ ἀδιαθέτου διαδέχονται. Μὴ ὄντων δὲ τούτων, ὁ φίσκος τὰ πράγματα διεκδικεῖ, εἴτε διέθεντο, εἴτε ἐληγάτευσαν, εἴτε ἐδωρήσαντο.

C ΙϚ'. Ὁ ἀπὸ Μανιχαίων γενόμενος ὀρθόδοξος, ἐὰν εὑρεθῇ τὰ τῆς πλάνης ποιῶν, ἢ ψιλῶς συνδιάγων, ἢ ὁμιλῶν Μανιχαίοις, καὶ μὴ παραχρῆμα διδοὺς αὐτοὺς νομίμῳ δικαστῇ, ἐσχάτως τιμωρεῖται·

Annibalis Fabroti notæ.

(28) *Plus valent is.* Κἂν εἴη πατὴρ ὁ ἀντιλέγων, *quamvis pater sit qui contradicit*, ut ait Theodorus Hermopolites.

(29) *Parentes hæretici.* Photius, 12, 2 : Καὶ πῶς ἀναγκάζονται τοὺς παῖδας ὀρθοδόξους ὄντας τρέφειν, καὶ γράφειν κληρονόμους, καὶ διδόναι αὐτοῖς προῖκας, καὶ προγάμους δωρεάς. *Et quomodo coguntur filios qui sunt orthodoxi, alere, et hæredes scribere, et dare eis dotem et donationem provter nuptias.* Et ibi Balsamon.

(30) *Cum nullam.* Si queratur tantum quod factus sit Christianus. Vide Parat. ad tit. 9.

(31) *Accusantur et puniuntur.* Auctores Basilicon expunxerunt hæc verba : quo nomine Theodorus Balsamon eis gratias agit, Καὶ χάρις τῷ ταῦτα συνθεμένῳ, ad Photii *Nomocanonem*, tit. 12, c. 2, in fine. Imo non sine flagitio videntur hoc fecisse : licet enim parentes hæretici sint, non tamen violandum est pietatis officium. Dicis impium esse, pater tamen est : Εἰ γὰρ καὶ τῶν νόμων ὑπερόπτης εἴη, καὶ ἀσεβής, ἀλλὰ πατὴρ ὅμως ἐστί : *Licet enim legum contemptor et impius sit, tamen pater est*, ut ait Justinianus, Nov. xii, c. 2.

(32) *Quadrantem.* Melior est eorum conditio, quam exhæredatorum, quibus nihil relinquitur. Sic adrogator impuberis jubetur quartam partem bonorum suorum ei relinquere, si eum exhæredaverit, § 3 *Instit., de adopt.*

(33) *Parasynaxes.* Hæreticorum conventicula ecclesiæ non sunt, sed quasi ecclesiæ, l. 5 C. eod., vel potius latibula et speluncæ. Epiphanius, Panarii lib. II : Τὰς αὐτῶν ἐκκλησίας ἤτοι φωλεοὺς καὶ σπήλαια· οὕτω γὰρ εἴποιμι τὰς τῶν αἱρετικῶν συνελεύσεις· *Ipsorum ecclesias seu latibula et speluncas : sic enim merito appellaverim hæreticorum conventicula.* Existimantur esse ecclesiæ, sed non sunt. Optatus Milevitanus, lib. I : *Interea dixisti, apud hæreticos dotes Ecclesiæ esse non posse, et recte dixisti : scimus enim hæreticorum ecclesias singulorum, prostitutas, nullis legalibus sacramentis, et sine jure honesti matrimonii esse. Quas non necessarias* D *recusat Christus, qui est Sponsus unius Ecclesiæ, sicut in Canticis canticorum ipse testatur. Qui cum unam laudat, cæteras damnat, quia præter unam, quæ est vera catholica, cæteræ apud hæreticos putantur esse, sed non sunt.* Item synaxes non sunt, sed parasynaxes, l. 8 C. eodem, adulteræ collectæ, ut loquitur interp. Novellæ cxxxii. Theophanes, de Theodosio : Εὐνόμιον μὲν ἐξώρισε παρασυναγωγὰς ποιοῦντα καὶ λαοὺς ἀπατῶντα : *Eunomium in exilium egit adulterinos conventus facientem et populos decipientem.* Non baptismata, sed parabaptismata d. Nov. cxxxii, adulterina baptismata, eademque ratione παραβαπτισταὶ dicuntur Arriano Dissert. Epict. 2, cap. 9.

(34-35) *Vel officia patrum.* Hæretici nec patres civitatum, nec defensores fieri possunt. Hæc est hujus loci sententia. De patre civitatis vide infra tit. 9, cap. ult.

(36) *Manichæis.* Vide ad l. 4, supra eod.

καὶ οἱ ἐν ἀξίαις καὶ στρατιαῖς ὄντες ἐπιμελῶς τοὺς ἐν αὐτοῖς τοιούτους ὄντας ἀναζητείτωσαν, καὶ παραδιδότωσαν. Ἐπεὶ συλλαμβανόμενος ὁ Μανιχαῖος, ἐὰν εἴπῃ γινώσκεσθαι παρά τινων, ἁρμοδίως τιμωροῦνται, ὡς τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες, κἂν μὴ ἦσαν τοιοῦτοι. Τὰ αὐτὰ γὰρ ἁμαρτάνειν δοκοῦσιν οἱ γινώσκοντες μὲν τὸν ἁμαρτάνοντα, μὴ ποιοῦντες δὲ τοῦτον κατάδηλον. Ὁ ἔχων βιβλία μανιχαϊκὰ, καὶ μὴ φέρων ἐπὶ τῷ καυθῆναι τιμωρεῖται.

A derit, ultimo supplicio afficitur. Iiem qui sunt in dignitatibus et militiis constituti, studiose tales inter se perquirant ac tradant. Quippe cum Manichæus, qui comprehenditur, ait se notum aliquibus esse : pœna illi competente afficiuntur, velut iisdem peccatis obnoxii, licet ejusmodi non essent. Nam eadem videntur admittere, qui cum peccantem norint, tamen eum non faciunt manifestum. Qui libros habet (37) Manichaicos, nec eos manifestat ut comburantur, punitur.

ΙΖ'. Αἱ τῶν Σαμαρειτῶν συναγωγαὶ καθαιροῦνται, καὶ ἐὰν ἄλλας ἐπιχειρήσωσι ποιῆσαι, τιμωροῦνται. Οὐ δύνανται δὲ διαδόχους ἔχειν ἐκ διαθήκης, ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, πλὴν ὀρθοδόξων· οὔτε δωροῦνται, ἢ ἄλλως ἐκποιοῦσι τοῖς μὴ οὖσιν ὀρθοδόξοις· ἀλλὰ ὁ φίσκος αὐτὰ ἐκδικεῖ προνοίᾳ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἀρχόντων

XVII. Synagogæ Samaritarum (38) abolentur, et alias si facere conati fuerint, puniuntur. Nec habere successores possunt ex testamento, vel ab intestato, præter orthodoxos; nec donationes faciunt aliove modo quid alienant in eos, qui non sunt orthodoxi, B sed vindicat ea fiscus, cura episcoporum et præsidum interveniente.

ΙΗ'. Τὰ περὶ τῶν Σαμαρειτῶν νομοθετηθέντα ἐπὶ ταῖς συναγωγαῖς καὶ ταῖς διαδοχαῖς κρατεῖ καὶ ἐπὶ τοῖς Μοντανισταῖς καὶ τοῖς Ἀσκοδρούγοις καὶ Ὀφίταις. Μόνοι γὰρ ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν αὐτοὺς ἐκ διαθήκης καὶ ἐξ ἀδιαθέτου, καὶ ληγάτα λαμβάνουσιν. Οἱ δὲ λοιποὶ αἱρετικοὶ, τουτέστιν οἱ μὴ ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Ἕλληνες, καὶ οἱ Σαμαρεῖται, οὐ στρατεύονται, οὔτε ἀξιωματικοὶ γίνονται, οὔτε δημόσιον μετέρχονται φρόντισμα, οὔτε παιδεύουσιν, οὔτε συνηγοροῦσιν. Εἰ δέ τις ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τινος τούτων, προσποιήσηται τὸν ὀρθόδοξον, καὶ μὴ φανῇ ἔχων γυναῖκα, ἢ παῖδας αἱρετικοὺς, καὶ μὴ προαγάγῃ αὐτοὺς τῇ ὀρθοδοξίᾳ, ἐκβάλλεται. Εἰ δὲ καὶ λάθοι, οὐ δύναταί τι τοῦ αὐτοῦ δωρεῖσθαι, ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν αἱρετικῶν· ἀλλὰ ταῦτα καὶ τὴν αἱρετικὴν καταφερομένην αὐτοῦ κληρονομίαν ἐκδικεῖ τὸ δημόσιον. Καθόλου γὰρ οἱ μετασχόντες στρατείας ἢ ἀξίας, ἢ συνηγορίας, ἢ δημοσίας φιλοτιμίας, ἢ συγκροτήσεως, παρὰ μόνων ὀρθοδόξων κληρονομοῦνται, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ὀπωσοῦν εἰς αἱρετικὸν ἐρχόμενα τὸ δημόσιον ἐκδικεῖ. Ἐὰν ἕτερος τῶν συνοικούντων ὀρθόδοξος, ἢ καὶ ἄλλος αἱρετικὸς, δεῖ γενέσθαι τοὺς παῖδας αὐτῶν ὀρθοδόξους. Εἰ δὲ οἱ μὲν ὀρθόδοξοι γίνωνται, οἱ δὲ μείνωσιν αἱρετικοὶ, μόνοι κληρονομοῦσιν ἑκατέρου γονέως οἱ ὀρθόδοξοι. Εἰ δὲ πάντες εἰσὶν αἱρετικοὶ, συγγενεῖς ὀρθόδοξοι κληρονομοῦσιν· ἢ μὴ ὄντων αὐτῶν, ὁ φίσκος. Ἔχει διαφόρους ποινὰς κατὰ τῶν ῥᾳθυμούντων, καὶ μὴ ἐξιόντων, ἢ μηνυόντων ἀρχόντων καὶ τάξεων πολιτικῶν καὶ στρατιωτικῶν ἐπισκόπων· οἵτινες καὶ περὶ τῶν ῥᾳθυμούντων ἀρχόντων ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ. Αἱ δὲ ποιναὶ τῷ φίσκῳ ἀομόζουσιν.

XVIII. Quæ de Samaritis promulgata sunt, ad synagogas et successiones eorum spectantia, rata sunt etiam in Montanistis, et Ascodrugis, et Ophitis. Quippe soli orthodoxi hæreditates eorum adeunt ex testamento, vel ab intestato, et legata capiunt. Reliqui autem hæretici, hoc est, non orthodoxi, et pagani, et Samaritæ, non militant, neque dignitates adipiscuntur, neque curam publicam suscipiunt, neque professores fiunt, neque causis patrocinantur. Quod si quis, ut horum aliquid impetret, orthodoxum se simulaverit, eumque constiterit habere uxorem aut liberos hæreticos, nec ipsos ad religionem orthodoxam adduxerit, pellitur. Quod si C aliuerit, nequit ex rebus suis quidquam donare, vel alio modo transferre ad hæreticum; sed tam hæc, quam hæreditatem hæreticam, quæ ad ipsum devolvitur, fiscus sibi vindicat. In universum enim, qui participes fuere militiæ, vel dignitatis, vel advocationis, vel publicæ liberalitatis, vel sustentationis (39), orthodoxos duntaxat hæredes habent, et quæ ab ipsis ad hæreticum quocunque modo perveniunt, fiscus sibi vindicat. Si conjugum alter orthodoxus sit, alter hæreticus, eorum liberi orthodoxi fieri debent. Quod si partim orthodoxi facti sint, partim hæretici manserint, soli sunt hæredes utriusque parentis orthodoxi. Sin universi sunt hæretici, orthodoxi agnati, vel cognati succedunt, D aut iis non exstantibus, fiscus. Continet etiam diversas pœnas contra negligentes, et non persequentes, aut indicantes præsides, et officia, tam civilia, quam militaria, et episcopos : qui quidem de negligentibus præsidibus ad imperatorem deferunt. Multæ autem fisco compelunt.

Annibalis Fabroti notæ.

(37) *Qui libros habet.* Hæc deerant in Leunclavii codice.

(38 *Synagogæ Samaritarum.* Hanc legem videtur intelligere Procopius in arcana, et Cyrillus Scythopolitanus, quem citat Nicolaus Alemannus, *ibid.* in Notis. Procopius ait, Samaritarum liberos et cognatos nihil ex testamentis parentum vel cognatorum capere posse : quod tacite significatur in l. Justin. ex qua Samaritæ non alios habent hæredes testamentarios aut legitimos, quam orthodoxos. Id tamen quod scribit Cyrillus, Samaritas a rep. gerenda summoveri, magis pertinet ad l. 12 et 18, h. t., qua Samaritæ prohibentur gerere magistratus et habere dignitates. Cæterum hanc legem abrogavit Justinianus, Novella CXXIX, in qua singula d. legis capita recensentur. Justinus vero postea d. Novellam Justiniani sustulit Nov. CXLIV, quæ exstat Paratitl. lib. III, c. 3.

(39) *Sustentationis.* Glossæ Græco-Lat. συγκροτᾶ, sustento, συγκρότησις, sustentatio.

XIX. Si parens uterque sit hæreticus, solis orthodoxis (40) liberis, non hæreticis, donationes cedunt, et ab iisdem hæreditas ipsorum aditur. Cum autem omnes hæretici sunt, agnati vel cognati orthodoxi succedunt, aut illis non existantibus, fiscus. Itidem pro modo facultatum suarum hæretici liberos orthodoxos alere coguntur, et quotidianas eis expensas præbere, dare dotes, et ante nuptias donationes perscribere.

A ΙΘ'. Ἐὰν ἑκάτερος γονεὺς αἱρετικὸς εἴη, μόνοις τοῖς ὀρθοδόξοις παισὶν, οὐ μὴν τοῖς αἱρετικοῖς δωρεῖται, καὶ παρ' αὐτῶν διαδέχεται. Πάντων δὲ αἱρετικῶν ὄντων, ὀρθόδοξοι συγγενεῖς κληρονομοῦσι· τούτων δὲ μὴ ὄντων, ὁ φίσκος. Πρὸς δὲ τὴν οὐσίαν αὐτῶν οἱ αἱρετικοὶ ἀναγκάζονται τοὺς ὀρθοδόξους παῖδας τρέφειν, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν χορηγεῖν, καὶ διδόναι προῖκας, καὶ προγαμιαίας καταγράφειν δωρεάς.

XX. Hæretici communicantes, aut synaxes, aut baptismata celebrantes, tanquam legum violatores puniuntur, et qui domos suas ad hoc eis præbent, jam constitutis subjacent. Orthodoxi duntaxat intra septa sacra tabernas habentes, privilegiis fruuntur, non etiam hæretici; qui nec intra septa sacra negotiantur, idque propterea, ne audiant divina mysteria. Montanistæ cum iis, qui ex eorum numero fiunt orthodoxi, non commorantur: et qui ex eis dicuntur episcopi vel clerici (41), Constantinopoli pelluntur. Mancipia (41') mercari prohibentur, et iis, qui egeni sunt inter ipsos, non suppeditantur a tribunalibus vel ab ecclesiis solatia (42), quæ in dignitate constitutorum, et ecclesiastica dicuntur. Et qui patrocinium (43) eis citra rationem præstat, decem librarum multam solvit, et ipsi præsides ob negligentiam libras decem, itemque comes rerum privatarum, et horum officium.

B Κ'. Οἱ αἱρετικοὶ κοινωνοῦντες, ἢ συνάξεις ἢ βάπτισμα ποιοῦντες, τιμωροῦνται, ὡς οἱ τοὺς νόμους παραβαίνοντες, καὶ οἱ τοὺς οἴκους αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ παρέχοντες, τοῖς ἤδη νομοθετηθεῖσιν ὑπόκεινται. Μόνοι οἱ ὀρθόδοξοι, ἐν τόποις τῶν ἱερῶν περιβόλων ἔχοντες ἐργαστήρια, κέχρηνται προνομίοις, οὐ μὴν οἱ αἱρετικοί· οὔτε εἴσω τῶν ἱερῶν περιβόλων πραγματεύονται, διὰ τὸ μὴ τῶν θείων ἀκροᾶσθαι μυστηρίων. Οἱ δὲ Μοντανισταὶ οὔτε συνδιαιτῶνται τοῖς ἐξ αὐτῶν γινομένοις ὀρθοδόξοις· καὶ οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτῶν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ἐξωθοῦνται Κωνσταντινουπόλεως. Κωλύονται ἐμπορεύεσθαι ἀνδράποδα, καὶ οὐ χορηγοῦνται οἱ πενόμενοι αὐτῶν τὰ λεγόμενα ἀξιωματικὰ ἐκ τῶν δικαστηρίων ἢ τῶν ἐκκλησιῶν. Καὶ ὁ νέμων αὐτοῖς ἄλογον προστασίαν δέκα λίτρας προστιμᾶται· καὶ δέκα οἱ ἄρχοντες ἐξ ἀμελείας, καὶ ὁ κόμης τῶν πριβάτων, καὶ ἡ τάξις αὐτῶν.

XXI. Judæus (44), vel hæreticus (45), testimonium adversus orthodoxum (46) in lite non dicit. Ipsi tamen (47) adversus se invicem testimonia C perhibent, exceptis Manichæis, et Borboritis, et Paganis, et Samaritis, et qui similes ipsis sunt, Montanistis, et Ascodrugis, et Ophitis. Nam his omne testimonium, et omnis legitimus actus est interdictus. Alii vero hæretici et in testamentis, ultimisque voluntatibus, et in instrumentis, sine distinctione testes sunt, ob majorem in probationibus (48) facilitatem.

ΚΑ'. Ἰουδαῖος ἢ αἱρετικὸς ἐν δίκῃ οὐ καταμαρτυρεῖ ὀρθοδόξου. Κατ' ἀλλήλων δὲ μαρτυροῦσιν, ἐξῃρημένων Μανιχαίων, καὶ Βορβοριτῶν, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Σαμαρειτῶν, καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς Μοντανιστῶν, καὶ τῶν Σκοδρούγων καὶ Ὀφιτῶν. Τούτοις γὰρ καὶ πᾶσα μαρτυρία, καὶ πᾶσα νόμιμος ἀπηγόρευται πρᾶξις. Οἱ δὲ ἄλλοι αἱρετικοὶ ἐν διαθήκαις καὶ τελευταίαις βουλήσεσι, καὶ συμβολαίοις ἀδιστάκτως μαρτυροῦσι διὰ τὴν εὐχέρειαν τῶν ἀποδείξεων.

XXII. Ne quidem ex militari testamento hæreticus vel hæreditatem, vel legatum accipit (49).

Annibalis Fabroti notæ.

(40) *Solis orthodoxis.* Vide Zonaram ad can. 25 concilii Carthaginiensis.

(41) *Episcopi vel clerici.* Adde ex Basilicis, Hegumeni et exarchi, lib. I, tit. 1, cap. 30.

(41') *Hoc est Christiana.*

(42) *Solatia.* Ἀξιωματικά. Salaria quæ dantur his qui in dignitate constituti sunt, sive axiomaticis Anastasius Bibliothecarius, in *Hist. ecclesiastica : Tribus quidem comitibus, duobus vero axiomaticis.* Photius, *Nomocanon.* tit. 8, cap. 7.

(43) *Et qui patrocinium.* Προστασίαν. Glossæ Gr. Lat. προστασία, patrocinium.

(44) *Judæus.* Justinian. in l. pen. c. eod., vel his etiam qui Judaicam superstitionem colunt, id est, Nestorianis, Græci Basil. lib. XXI, t. 1, c. 44, imo Judæis, ut mox in d. l. pen. Inter se autem hæreticis, vel Judæis.

(45) *Vel hæreticus.* Judæus igitur hæretici appellatione non continetur, ut notat Balsamon, ad tit. 9 Parat. et separantur etiam in epigraphe tit. 10, v, Cann. Eccl. Afric. p. 120.

(46) *Adversus orthodoxum.* Photius, in *Nomocanone*, lib. IX, cap. 2.

(47) *Ipsi tamen.* Justinianus in d. l. pen. inter se autem hæreticis vel Judæis, ubi litigandum existimaverint, concedimus fœdus permistum, et dignos litigatoribus etiam testes introduci. Fœdus permistum, Basilica vertunt, αἶσχος ἐπίμικτον, lib. I, t. 1, c. 31; αἶσχος est dedecus, opprobrium. Paulus in l. 47, *De ritu nupt.* Quæ se in tantum fœdus deduxit. Glossarium Arabico-Latinum : feditas vel fedus, sine diphthongo. Ait, et dignos litigatoribus, etc., ut in novella XLV, cap. 1 : Ἀξίων ἀλλήλοις ὄντων καὶ τῶν δικαζομένων καὶ τῶν μαρτυρούντων. *Dignis invicem exsistentibus et litigantibus, et testimonium perhibentibus.*

(48) *Ob majorem in probationibus.* Propter utilitatem necessarii usus d. l. pen. Διὰ τὴν λυσιτέλειαν τοῦ ἀναγκαίου πράγματος, *Propter utilitatem rei necessariæ.* Basil. d. c. 31, Τοῦ πλάτους χάριν ἀποδείξεων, *Quo plenior sit probationum facultas.* Basil. d. c. 44. Aliam autem hujus constitutionis epitomen vide apud Balsamonem, *Nomoc.* tit. 9, c. 2, et Phot. tit. 12, c. 2.

(49) *Legatum accipit.* Samaritano militer legatum non relinquitur. Græci ad l. 2. *D. de probat.*

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. α', διάταξις α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cunctos.* Οἱ αἱρετικοὶ πάντες ἄτιμοί εἰσιν.

Βιβ. α', τίτ. α', διάτ. β', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nullus.* Οὐδεὶς ἀφώρισται τόπος πρὸς τὸ συναγωγὰς ἐκεῖσε ποιεῖν. Καὶ φησιν ἡ διάταξις ὅτι οἱ αἱρετικοὶ ἄτιμοί εἰσιν. Πᾶς δὲ ὁ μὴ τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει τῶν ἐν Νικαίᾳ ἀκολουθῶν αἱρετικός ἐστιν.

Βιβ. α', τίτ. α', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τῆς ὀρθῆς.* Ἡ διάταξις ὅρον ἐκτίθεται τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ὃν οἱ παραβαίνοντες, ὡς αἱρετικοὶ ὁμολογούμενοι, τὰ τούτων ἐπιτίμια ὑπομένουσι. Τὰ αὐτὰ φησι καὶ ἡ ἑβδόμη διάταξις τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Γινώσκειν.*

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. λβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes.* Ὁ ἐκδιδαστὴς ὀρθόδοξος ἔστω. Καθόλου γὰρ αἱρετικὸν οὐ θέμις στρατεύεσθαι.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. νδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Deo nobis.* Ἐν τῷ γ' κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις ὅτι οὐδεὶς αἱρετικὸς δύναται Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν.

Βιβ. α', τίτ. α', διάτ. γ'. ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν.* Οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ, Νεστοριανοὶ ὄντες, τῶν ἐκκλησιῶν ἐκβάλλονται.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ἀρχιγέροντες.* Μηδεὶς αἱρετικὸς ἀρχιγέρων ἢ διοικητὴς σωματείου, ἢ τῶν ἐργασιωτῶν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινέσθω, ἀλλὰ πάντως Χριστιανὸς προνοίᾳ τοῦ Αὐγουσταλίου, καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ τάξεως.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ιε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo.* Μηδὲ παρὰ τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, μηδὲ παρ' ἄλλῳ οἱῳδήποτε ἄρχοντι δικαιολογείτωσαν οἱ αἱρετικοί.

Βιβ. α', τίτ. δ', διάτ. ις', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si legibus.* Ὁ ἐν εἰδήσει αἱρετικῷ προσώπῳ μνηστευθεὶς, ἐὰν βούληται λῦσαι τὴν μνηστείαν, διπλοῦς ἀναδίδωσι τοὺς ἀρραβῶνας. Εἰ δὲ ἠγνόει, συγγινώσκεται.

Βιβ. α', τίτ. ς', διάτ. γ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nulli.* Ὁ αἱρετικὸς, ἀναβαπτίσαι τινὰ πειραθεὶς, ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται, καὶ οὐ δύναται ὁ ἄρχων τὴν κατ' αὐτοῦ ὡρισμένην τιμωρίαν σμικρύνειν.

Βιβ. α', τίτ. ζ', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Eos.* Κληρικοὶ καὶ μοναχοὶ ἀπὸ ὀρθοδόξων, Εὐτυχιανισταὶ ἢ Ἀπολλιναριστα γενόμενοι, ἔξω τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐλαυνέσθωσαν πολιτείας, καὶ ὡς αἱρετικοὶ, ταῖς τῶν αἱρετικῶν ὑποκείσθωσαν τιμωρίαις.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Cœlicolarum.* Οἱ κελικόλαι, ἐὰν μὴ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν μεταδιώξωσιν, ὡς αἱρετικοὶ τιμωροῦνται.

Βιβ. β', τίτ. ς', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo.* Μηδεὶς ἀλλότριος τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας τυγχάνων εἰς δικολόγους χωρείτω, ἐκ παραβάσεως

Tituli V Paratitla.

Libri 1, tit. 1, constit. 1, cujus initium, *Cunctos.* Hæretici omnes infames sunt.

Lib. 1, tit. 1, constit. 2, cujus initium, *Nullus.* Nullus deputatus est locus hæreticis, ad faciundas in eo congregationes. Dicit etiam hæc constitutio hæreticos esse infames, et quicunque non sequatur orthodoxam Nicænorum Patrum fidem, hæreticum esse.

Lib. 1, tit. 1, constit 5, cujus initium, *Τῆς ὀρθῆς.* Hæc constitutio tradit orthodoxæ fidei definitionem, quam qui transgrediuntur, tanquam hæretici confessi legum supplicia perpetiuntur. Eadem statuit ejusdem tituli septima quoque constitutio, cujus initium, *Γινώσκειν.*

Lib. 1, tit. 3, constit. 32 (30), cujus initium, *Omnes.* Exsecutor orthodoxus erit. In universum non fas est, ut hæreticus militet.

Lib. 1, tit. 3, constit. 54, cujus initium, *Deo nobis.* In tertio capite dicit constitutio, neminem hæreticum posse Christianum mancipium habere.

Lib. 1, tit. 1, constit. 3, cujus initium, *Θεσπίζομεν.* Episcopi et clerici, qui Nestoriani sunt, ab ecclesiis ejiciuntur.

Lib. 1, tit. 4, constit. 3 (31), cujus initium, *Archigerontes.* Nullus hæreticus Alexandriæ fiat archigeron, vel collegii, vel ergasiotarum (32) administrator; sed omnino sit Christianus, interveniente cura præfecti (33) Augustalis, et parentis illius officii.

Lib. 1, tit. 4, constit. 13, cujus initium, *Nemo.* Nec apud præfectum prætorio, nec apud alium quemcunque præsidem, advocatorum officio fungantur hæretici.

Lib. 1, tit. 4, constit. 16, cujus initium, *Si legibus.* Qui sciens hæreticam sibi personam despondet, si sponsalia solvere velit, arrhas duplas restituit. Sin autem ignorabat, veniam meretur.

Lib. 1, tit. 6, constit. 3, cujus initium, *Nulli.* Hæreticus, qui aliquem rebaptizare tentaverit, exsilio perpetuo subjicitur, nec potest præses statutam in illum pœnam remittere.

Lib. 1, tit. 7, constit. 6, cujus initium, *Eos.* Clerici et monachi, qui ab orthodoxis deficientes, Eutychianistæ facti fuerint, extra Romanam rempublicam pelluntor, et tanquam hæretici pœnis hæreticorum subjiciuntor.

Lib. 1, tit. 9, constit. 12, cujus initium, *Cœlicolarum.* Cœlicolæ, nisi fidem orthodoxam sectati fuerint, tanquam hæretici puniuntur.

Lib. 11, tit. 6, constit. 8, cujus initium, *Nemo.* Nemo, qui a religione Christianorum est alienus, inter advocatos refertor, ex violatione legis amis-

Annibalis Fabroti notæ.

(50) Lib. 1, tit. 3, const. 32. Quod hic dicitur de exsecutore orthodoxo, non puto exstare in d. const. 32, nisi ita voluerint interpretari verba § *Præterea, ne dum exsecutoris pertinax et avara protervitas*, etc. In versione autem lege: *In universum enim*, etc.

(51) Lib. 1, t. 4, const. 3. Vide ad d. constit. 3.

(52) *Vel collegii vel ergasiotarum.* Lege, vel collegii erg.

(53) *Interveniente cura præf.* Ad quem d. l. 6 scripta est; perperam enim in quibusdam legitur *Gennadio P. V.* pro *præfecto Augustali.*

sionem officii formidaturus et bonorum publicationem, et exsilium perpetuum.

Lib. v, tit. 1, constit. 5, cujus initium, *Mulier.* Potest sponsa, quæ cum hæretico sponsalia contraxit, propterea quod ille sit hæreticus, sponsalibus renuntiare. Quippe duntaxat arrhas, quas accepit, restituit. Idem locum habet, si sponsus quidem Christianus sit, sponsa vero non orthodoxa.

Lib. x, tit. 31, constit. 49 (54), cujus initium, *Omnes.* Quicunque curiali conditioni sunt obnoxii, cujuscunque sectæ vel religionis exsistant, ad implenda munera tenentur.

Legito quoque novellam post codicem editam 50, cujus initium est, *Ne liberentur a curiali conditione Judæi*, et cætera. Nam in ea reperies, nullum hæreticum a curiali conditione liberari, nec ipsos testimonium posse dicere, nisi cum de aliquo fiscus dubitat, quasi qui curialis sit, et e collegiis, aut numero curialium aufugiat.

TITULUS VI.

Ne sanctum baptisma iteretur, hoc est, ne rebaptizatio fiat.

I. Episcopus, qui secundo baptizat (55) eumdem, loco movetur (56).

II. Qui rebaptizat orthodoxum (57), una cum ipso afficitur ultimo supplicio, si quidem illius erat ætatis, quæ criminis esset capax.

III. Non permittitur hæreticis, ut orthodoxum hominem ingenuum, vel servum, ad baptisma suum perducant : nec uti servis suis, necdum ipsorum fidei conjunctis, prohibeant, ne ad religionem orthodoxam accedant. Qui fecerit, vel in se fieri passus fuerit, vel non detulerit, ingenuus quidem exsilio plectitur, et libris auri decem multatur, nec uterque (58) donandi, vel testandi facultatem habet. Præses vero, qui non vindicaverit, aut in exsequendo modicus fuerit, iisdem pœnis est obnoxius.

Hic titulus paratitla non habet.

Ὑφορώμενος ἔκπτωσίν τε τοῦ ὀφφικίου καὶ δήμευσιν διηνεκῆ, καὶ perpetuam ἐξορίαν.

Βιβ. ε', τίτ. α', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Mulier.* Δύναται καὶ ἡ μνηστὴ τὸν αἱρετικὸν μνηστευσαμένη, διὰ τὸ εἶναι αἱρετικὸν, ἀπομνηστεύσασθαι. Μόνους γὰρ ἀναδίδωσιν οὓς ἔλαβεν ἀρραβῶνας. Τὸ αὐτό ἐστι, κἂν Χριστιανὸς μὲν εἴη ὁ μνήστωρ, μὴ ὀρθόδοξος δὲ ἡ μνηστή.

Βιβλίον ι', τίτλος λβ', διάτ. δ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Omnes.* Ὅσοι βουλευτικῇ ὑπόκεινται τύχῃ, κἂν οἱασδήποτε τύχης ὦσιν, αἱρέσεως ἢ θρησκείας ὄντες, εἰς τὸ πληροῦν τὸ λειτουργήματα κατέχονται.

Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τῶν μετὰ τὰς Νεαρὰς ν' διάταξιν, ἧς ἡ ἐπιγραφὴ · *Περὶ τοῦ μὴ ἐλευθεροῦσθαι βουλευτικῆς τύχης Ἰουδαίους*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εὑρήσεις γὰρ ἐν αὐτῇ ὡς οὐδεὶς αἱρετικὸς ἐλευθεροῦται βουλευτικῆς τύχης, καὶ ὡς οὐ δύνανται οὗτοι μαρτυρεῖν, ἡνίκα τὸ δημόσιον ἀμφιβάλλει πρός τινα, ὡς οὐ βουλευτὴν ὄντα, καὶ φεύγοντα τῶν σωμάτων πολιτευομένων.

ΤΙΤΛΟΣ Ϛ'.

Περὶ τοῦ μὴ τὸ ἅγιον βάπτισμα δευτεροῦσθαι, τουτέστι μὴ γίνεσθαι ἀναβαπτισμόν.

Ἑρμηνεία Α'. Ἐπίσκοπος, δεύτερον τὸν αὐτὸν βαπτίζων, καθαιρεῖται.

Β'. Ὁ ἀναβαπτίζων ὀρθόδοξον σὺν αὐτῷ ἐσχάτως τιμωρεῖται, εἴγε ἡλικίας ἦν δεκτικῆς ἐγκλήματος.

Γ'. Οὐκ ἐφεῖται τοῖς αἱρετικοῖς ὀρθόδοξον δοῦλον ἢ εὐγενῆ τῷ ἰδίῳ προσάγειν βαπτίσματι, · οὔτε τοὺς ἰδίους δούλους μήπω ἐνωθέντας τῇ πίστει αὐτῶν κωλύειν προσίεναι τῇ ὀρθοδοξίᾳ. Ὁ δὲ τοῦτο ποιήσας, ἢ παθεῖν ἀνασχόμενος, εὐγενὴς ὢν, καὶ μηνύσας ἐξορίζεται, καὶ δέκα λίτρας ζημιοῦται, καὶ οὐδέτερος αὐτῶν δωρεῖται ἢ διατίθεται. Ὁ δὲ ἄρχων μὴ ἐπεξιὼν, ἢ μετριώτερον, τοῖς αὐτοῖς ὑπόκειται.

Οὗτος ὁ τίτλος οὐκ ἔχει παράτιτλα.

Annibalis Fabroti notæ.

(54) Lib. x, t. 31, const. 49. Ibi, *Cujuscunque sectæ*, ut in l. *Curiales* 7, c. eod. superstitionis, ut in l. *Omnes* 49, c. *De decurionib.*

(55) *Episcopus qui secundo baptizat.* Constantinus Harmenopulus in Epitome Canonum (in compendium retulit Canon. apostolicum 46, alias 47) ait eum qui rebaptizat baptizatum, deponendum esse, et loquitur canon de episcopo vel presbytero, qui rebaptizat : Τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, *Qui verum baptisma habet.* Tertullianus, *De pudicitia*, c. 16 : *Denuo ablui non licet.* Et *De baptismo*, cap. 15 : *Semel lavacrum minus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.* D. Augustin. epist. 203 : *Rebaptizare catholicum, immanissimum scelus est.* Avitus Viennensis, in Fragment. ex libris contra Arianos : *Unum baptisma non iteramus.* Hugo a Sancto Victore, II *De sacramentis*, part. XV, cap. 13 : *Ut qui semel sacramentum baptismi percepisse cognoscitur, nulla ratione illud iterato accipiat, sive in Ecclesia, sive extra Ecclesiam, hoc est, sive ab hæretico fuerit baptizatus.* Et si dubitetur an sit baptizatus, denuo baptizari potest, can. 84 synodi VI in Trullo; his tamen verbis præmissis : *Non te rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Capitula Caroli M. lib. VI, c. 181; concilium Arelatense I, c. 8, de Afris, quod propria lege sua utebantur, et rebaptizabant, Placuit, ut si ad Ecclesiam aliquis de hac hæresi venerit, interrogent eum Symbolum, et si perviderint eum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponantur. Quod si interrogatus Symbolum, non responderit, in Trinitate baptizetur.

Ergo baptizati ab hæreticis qui in Trinitate non baptizabant, rebaptizabantur. Vide Cap. Car. M. lib. VII, c. 319.

(56) *Loco movetur.* Καθαιρεῖται. Τῆς ἱερωσυνῆς ἐκβάλλεται, sacerdotio ejicitur, Basilic. lib. III, tit. 1, c. 7.

(57) *Ut orthodoxum*, etc. Liber Peir. ὀρθοδόξου δοῦλον : orthodoxi servum. Rectius in cod. Leunci. legebatur, ὀρθόδοξον.

(58) *Nec uterque.* In l. 3, c. cod. utrique denegandæ licentia. Sic liber Brodæi. Emendationem confirmant Basilica lib. I, tit. 1, cap. 33, et lib. LX, tit. 54, c. 22.

ΤΙΤΛΟΣ Ζ'.

Περὶ ἀποστατῶν.

Ἑρμηνεία Α'. Ὁ ἀπὸ Χριστιανῶν γινόμενος Ἰουδαῖος δημεύεται.

Β'. Ὁ λέγων τὸν τελευτήσαντα μὴ δύνασθαι διατίθεσθαι διὰ τὸ ἀπὸ Χριστιανῶν αὐτῶν Ἰουδαῖον ἢ Ἕλληνα γενέσθαι εἴσω τῆς ὡρισμένης τῇ de inofficioso πενταετίας ἐνάγει.

Γ'. Ὁ ἐξ ὀρθοδόξου γενόμενος αἱρετικὸς οὔ συναναστρέφεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οὐ μαρτυρεῖ, οὔτε διατίθεται, οὔτε κληρονομεῖ, καὶ οὐκ ἔχει μετάνοιαν, ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις ἁμαρτήμασιν.

Δ'. Ὁ Χριστιανὸς ἀποστὰς καὶ θύσας, ἢ ἑτέρῳ θῦσαι ἐντελλάμενος, παρὰ παντὸς κατηγορεῖται, μὴ ἀντιθεμένης χρονίας παραγραφῆς· καὶ οὔτε δωρεῖται ἐξ οὗ ἀπέστη, οὐδὲ ἐν σχήματι πράσεως περιγράφει τὸν νόμον, οὔτε διατίθεται· ἀλλ' ἐξ ἀδιαθέτου πάντα τοῖς Χριστιανοῖς αὐτοῦ συγγενέσιν ἁρμόζει, οἷς καὶ μετὰ θάνατον ἀφίεται κατηγορεῖν, εἰ καὶ μὴ γέγονε κατὰ ζῶντος τοῦ μιαροῦ προκάταρξις. Καὶ ἀνατρέπονται αἱ δωρεαὶ καὶ αἱ διαθῆκαι αὐτῶν, καὶ τοῖς ἀπὸ νόμου καλουμένοις ἁρμόζουσιν.

Ε'. Ὁ δοῦλον ἢ εὐγενῆ Χριστιανὸν ἄκοντα ἢ διὰ συμβουλῆς μετάγων εἰς ἀθέμιτον θρησκείαν κεφαλικῶς τιμωρεῖται, καὶ δημεύεται.

Ϛ'. Ὁ ὀρθόδοξος κληρικὸς, ἢ μοναχὸς, θρησκεύων τὰ Εὐτυχοῦς ἢ Ἀπολλιναρίου, ὑπόκειται τοῖς κατὰ αἱρετικῶν νόμοις, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξωθεῖται πολιτείας, κατὰ τὰ περὶ Μανιχαίων νομοθετηθέντα.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Β:6. α', τίτ. θ', διάτ. τη', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Hac victura.* Ὁ Σαμαρείτης [ἢ Ἰουδαῖος τῆς τῶν Χριστιανῶν

TITULUS VII.

De apostatis (59).

I. Qui a Christianis deficiens fit Judæus, publicatione bonorum punitur.

II. Qui ait defunctum propterea testari non potuisse, quod a Christianis deficiendo Judæus aut paganus factus fuerit : intra constitutum actioni inofficiosi quinquennium agit.

III. Qui ex orthodoxo factus fuerit hæreticus (60), non versatur in hominum consortio, nec testis est, nec testamentum condit (61), nec hæreditates adit, nec pœnitentiæ (62) locum habet, uti fit in aliis delictis.

IV. Christianus, qui a religione deficit, et sacrificavit, vel alteri mandavit, ut sacrificaret, a quovis accusatur (63), nec exceptio longi temporis opponitur, ac neque donationes facit, ex quo defecit a fide, nec specie venditionis (64) legem circumscribit, nec testamentum condit : sed ab intestato Christianis ejus propinquis omnia competunt, licet adversus profanum tunc hominem vivum nulla litis contestatio facta sit. Eorumdem donationes et testamenta rescinduntur, et iis competunt, qui ex lege vocantur.

V. Qui servum Christianum, vel ingenuum, sive vi sive suasione adhibita, traducit ad religionem nefandam, supplicio capitis et bonorum publicatione plectitur.

VI. Orthodoxus clericus aut monachus, qui Eutychis vel Apollinaris superstitionem sequitur, legibus adversus hæreticos latis subjacet, et ex imperio Romano pellitur, secundum ea, quæ de Manichæis promulgata sunt.

Tituli VII Paratitla.

Lib. I, tit. 9, constit. 18, cujus initium, *Hac victura* (65). Samarita vel Judæus (66), qui a reli-

Annibalis Fabroti notæ.

(59) *Apostatas.* Avitus Vienn. ab standi firmitate deciduos vocat epistola 4, id est, qui a fide desciverunt. Exhæredes fidei, Cyprianus, epistola 31. Constitutionis hæc est sententia : Qui religionem deseruit atque violavit, post mortem intra quinquennium accusari potest, deque ejus testamento quæri, quasi nec facere potuerit : Eustathius de temporum intervallis, c. de quinquennio : Ὁ ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας καὶ γενόμενος Ἕλλην ἢ Ἰουδαῖος, καὶ μετὰ θάνατον κατηγορεῖται ἐντὸς πέντε χρόνων συναπτῶν· *Qui Ecclesiam deseruit, et factus est paganus aut Judæus, etiam post mortem accusatur intra quinquennium continuum.* Vide lib. LX Basil. tit. 54, cap. 24, et scholia ibi : Ἐάν λέγηταί τις ἀπὸ χριστιανῶν εἶναι, etc. : *Si quis dicatur fidem Christianam deseruisse,* etc.

(60) *Factus fuerit hæreticus.* Græci confundunt hæreticos cum apostatis : quem errorem hausisse videntur ex his verbis legis 3, c. eod., *hæretica superstitione,* quæ perperam ei legi inserta fuisse Cujacius existimat in Paratitl. Cod., eumdemque errorem secutus est Photius, *Nomocan.* tit. 9, c. 39.

(61) *Nec testamentum condit.* Africani Patres in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ, c. 93 : *Petendum etiam ut illam legem, quæ a religiosæ memoriæ eorum patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari præcipiant.*

(62) *Nec pœnitentiæ.* Apostatarum crimen pœnitentia non aboletur, cum tamen hæreticos, etiam Manichæos insigniores hæreticos, pœnitentia ab omni noxa liberet, l. *Licet* 41, *C. Theod. De hæret.* Africani Patres in d. c. 93. Sed hæc posterior pars non est in Basilicis, ut observat Balsamo ad Photii *Nomocan.* tit. 9, cap. 25 : inhumanum enim visum est crimen omne pœnitentia non aboleri. Samaritis pœnitentibus venia datur, Novell. CXXIX, cap. 3, sicut et cæteris hæreticis, l. 4, § *Sed nec filios, hoc tit.* Sed nec illud quod dicitur, apostatas a consortio omnium segregari Basilica agnoscunt.

(63) *A quovis accusatur.* Codex Brodæi in l. 4 c. eod., Vox continuæ accusationis incessit.

(64) *Nec specie venditionis.* Basilica : Μήτε διὰ πράσεως; εἰκονικῆς εἰς ἀπάτην τοῦ νόμου φερέτω· *neque venditione imaginaria in fraudem legis fertur.*

(65) Lib. I, t. 9. *Hac victura.* Non, hac valitura, ut in quibusdam edit. In Appendice Cod. Theod. n. 14 : *Præsentis legis æternitate cunctis observandum constituimus,* et n. 15 : *Placituræ omnibus legis æternitate sancimus.*

(66) *Samarita vel Judæus.* Neminem Judæum. Sic legitur in C. Brod. in l. ult. c. *De Jud.* Novella Theodosii, neminem Judæum, neminem Samaritanum : d. l. ult. non meminit Samaritarum, ut videantur Græci quædam addidisse ex codice Theodos.

gione Christiana quosdam abducere tentaverit, et bonorum publicationi sub'icitur, et capite plectitur.

Lib. I, tit. 12, constit. 1, cujus initium, *Judæi.* Judæus, qui circumscribendi criminis, aut intervertendi debiti causa, Christianus fieri voluerit, non aliter admittendus erit, nisi quod ei crimen infertur, diluerit, aut æs alienum dissolverit.

TITULUS VIII.

Nemini licere signum Salvatoris Christi humi, vel in lapide, vel in marmore sculpere, vel pingere.

Gravissime punitur, qui in solo, vel in lapide humi sito, venerandam crucem (67) sculpit, aut pingit; et quod factum fuerit, tollitur.

Hic titulus paratitla non habet.

TITULUS IX.

De Judæis, et cœlicolis.

I. Quod Judæorum (68) universitati legatur, non petitur.

II. In festis suis Judæi munera corporalia non obeunt.

III. Judæi, qui ex suis aliquem Christianizantem saxis petunt, vel in eum (69) furiosius aliquid designant, cum facti participibus concremantur (70).

IV. In Judæorum synagogis metata facere (71) propterea non oportet, quod eæ sint loca religioni deputata.

V. A muneribus curialibus Judæi non liberantur.

VI. Tam Christianus, qui Judæam uxorem accipit, quam Christiana, quæ Judæo nubit, adulterii publice accusantur.

VII. Judæi legem suam in matrimoniis non ser-

πίστεως ἀποστῆσαί τινα πειραθεὶς καὶ δημεύσει ὑποβάλλεται, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Judæi.* Ἰουδαῖος διὰ τὸ περιγράψαι ἔγκλημα, ἢ χρέος ἀποστερῆσαι, βουληθεὶς γενέσθαι Χριστιανὸς, μὴ ἄλλως ἔσται δεκτὸς, εἰ μὴ τὸ ἔγκλημα τὸ ἐπαγόμενον αὐτῷ ἢ τὸ χρέος διαλύσῃ.

ΤΙΤΛΟΣ Η'.

Περὶ τοῦ μηδενὶ ἐξεῖναι τὸ σημεῖον τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ ἐδάφει, ἢ ἐν λίθῳ, μαρμάρῳ πλύφειν ἢ γράφειν.

Ἑρμηνεία Α'. Βαρυτάτα τιμωρεῖται ὁ ἐπ' ἐδάφους ἢ λίθου χαμαὶ κειμένου γλύφων ἢ γράφων τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ περιαιρεῖται τὸ γεγονός.

Οὗτος ὁ τίτλος οὐκ ἔχει παράτιτλα.

ΤΙΤΛΟΣ Θ'.

Περὶ Ἰουδαίων, καὶ τῶν θρησκευόντων τῷ οὐρανῷ.

Ἑρμηνεία Α'. Τὸ τῇ ὁμάδι τῶν Ἰουδαίων λῃτευόμενον οὐκ ἀπαιτεῖται.

Β'. Ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν οἱ Ἰουδαῖοι σωματικῶς οὐ λειτουργοῦσιν.

Γ'. Οἱ Ἰουδαῖοι, οἱ ἐξ αὐτῶν χριστιανίζοντα λιθάζοντες, ἢ τι μανιῶδες εἰς αὐτὸν ποιοῦντες καίονται, καὶ οἱ μετασχόντες αὐτοῖς.

Δ'. Ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων οὐ δεῖ ποιεῖν μιτάτα, διὰ τὸ εἶναι αὐτὰς τόπους θρησκείας.

Ε'. Οἱ Ἰουδαῖοι βουλευτικῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀπολύονται.

Ϛ'. Χριστιανὸς λαμβάνων Ἰουδαΐαν γαμετὴν, ἢ Χριστιανὴν Ἰουδαῖος, πουβλίκως ἐπὶ μοιχείᾳ κατηγορεῖται.

Ζ'. Οἱ Ἰουδαῖοι τὸν νόμον αὐτῶν ἐν τοῖς γάμοις

Annibalis Fabroti notæ.

(67) *Venerandam crucem.* Signum Salvatoris Christi, in l. VII, c. eod. Basilica, τὸν ἅγιον σταυρὸν, *sanctam crucem*, ut in l. 18. C. Th. *De jud.* et l. 11. C. Just. eod. Græci in l. 38. § 2, *d. de auro arg. leg.* signum Dei verterunt σταυρὸν, præter mentem l. C. infra lib. II, tit. 1. Quod autem ait Minutius in Octavio, *Cruces nec colimus, nec optamus*, hoc quoque inhibetur can. 73 synodi habitæ in Trullo, Ὡς ἂν μὴ καταπατῆται παρὰ τῶν βαδιζόντων τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον ἡμῶν, ut ait ibidem Balsamo: *ne ab incedentibus conculcetur nostrum adversus diabolum tropæum.* Gregor. Turon. *Histor.* lib. V, c. 19, de Tiberio imper.: *Deambulans per palatium vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua crux Dominica erat sculpta, et ait: Cruce tua, Domine, frontem nostram munimus et pectora, et ecce crucem sub pedibus conculcamus. Et dicto citius jussit eam auferri*, etc. Aimoinus monachus, *De gestis Francorum*, lib. III, c. 9: In Keneti R. Scotorum legibus religiosis hæc legitur: *Sepulcrum omne sacrum habeto: idque crucis signo adornato. Quod ne pede aliquando conculces, caveto.*

(68) *Quod Judæorum.* Christianorum collegio utiliter relinquitur, quia specialiter hoc ei indultum est l. 1 supra *De sacros. Eccles.*, non Judæorum collegio, quia speciali privilegio subnixum non est l. 8, c. *De hæred. instit.*

(69) *Vel in eum.*— *Præcipimus, ut si quispiam Judæorum, reserans januam vitæ perpetuæ, sanctis se cultibus mancipaverit, et Christianus esse delegerit, ne quid a Judæis inquietudinis vel molestiæ patiatur. Quod si ex Judæo Christianum factum aliquis Judæorum injuria putaverit esse pulsandum, volumus istius contumeliæ machinatorem pro criminis qualitate commissi, pœnis ultricibus subjugari.* Honor. et Theod. const. 5, in appendice Cod. Theod. vide l. 5, C. Th. *De Jud.*

(70) *Concremantur.* Flammis dedendus est. Sic legitur in vet. C. l. 2, C. eod.

(71) *Metata facere.* Μιτάτα, ut supra tit. 3, cap. 1, concilium Constantinopolitanum sub Menna act. 2: Νομίζοντες δὲ καὶ ἐν τῷ μιτάτῳ αὐτοῦ, ἐνῷ πάλαι κατέμενεν, εὑρίσκεσθαι αὐτόν. Gregorius Turon. *Hist.* V, 18: *Recedente vero rege ad metatum suum.* Flodoard. *Hist. Rem.* lib. IV, c. 10: *Exploranteque quomodo a metatu suo ad regis colloquium stipatoribus vallatus proficisci soleret.* Μιτάτον seu metatum est hospitium quod militibus præbetur a provincialibus. Vide supra ad l. 1, tit. 3, legem 4. C. eod. obiter emendemus: In synagoga (ἐν τῇ συναγωγῇ, Basil. lib. I, t. 1, c. 34) Jud. l. velut hospitii merito inr. m. i. em. quos pr. dom. non religionum loca (sic Brod. Cod.) habitationum merito con. alt. hospitii merito, ξενίας λόγῳ, Basil. non rel. οὐ θρησκειῶν, habitationum merito, οἰκειώσεως λόγῳ.

οὐ φυλάττουσιν, οὔτε πολλαῖς ἅμα συνάπτονται.

H'. Θι Ἰουδαῖοι κατὰ τοὺς νόμους παρὰ τοῖς ἄρχουσιν ἐνάγουσι καὶ ἐνάγονται περί τε φόρου καὶ θρησκείας καὶ τοῦ νόμου. Ἔξεστι δὲ αὐτοῖς ἐπὶ μόνοις χρηματικοῖς αἱρεῖσθαι δικαστὰς Ἰουδαίους· καὶ ἐκβιβάζουσι τὰς ψήφους αὐτῶν οἱ ἄρχοντες, ὡς τὰς τῶν παρ' αὐτῶν δοθέντων δικαστῶν.

Θ'. Οἱ Ἰουδαῖοι ἀγορανομοῦσι τὰ ἴδια, καὶ ἄλλος παρ' αὐτοῖς τοῦτο ποιῶν τιμωρεῖται. Δίκαιον γάρ ἐστιν ἕκαστον ἐπιτρέπεσθαι τὰ ἴδια.

I'. Οἱ βουλευταὶ Ἰουδαῖοι ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἀποδίδονται.

IA'. Οἱ Ἰουδαῖοι μὴ ἐν σχήματι τοῦ Ἀμὰν τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ καιέτωσαν. Ἐπεὶ καὶ τῆς ἐπιτετραμμένης αὐτοῖς θρησκείας στεροῦνται.

IB'. Οἱ τὸν οὐρανὸν θρησκεύοντες τοῖς κατὰ τῶν αἱρετικῶν ὑπόκεινται νόμοις, καὶ τὰ συναχτήρια αὐτῶν ἡ Ἐκκλησία λαμβάνει. Τὸ γὰρ ἀπάγον τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ἐναντίον αὐτῆς ἐστιν.

IG'. Οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τῷ Σαββάτῳ καὶ ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἑορταῖς μηδὲν ποιείτωσαν, μήτε διὰ δημοσίαν, ἢ ἰδιωτικὴν αἰτίαν ἐναγέσθωσαν, ἢ Χριστιανοῖς ἐναγέτωσαν.

A vant, nec pluribus simul uxoribus (72) copulantur.

VIII. Judæi secundum leges apud præsides (73) agunt et conveniuntur (74), tam in iis, quæ ad forum, quam quæ ad superstitionem (75) ipsorum, ac legem pertinent. Licet autem eis in pecuniariis duntaxat causis eligere judices Judæos, quorum sententias ipsi præsides exsequuntur, veluti sententias datorum ab se judicum.

IX. Judæi(76) rerum in foro suo pretia statuunt, et si quis alius apud ipsos hoc facit, punitur. Quippe justum est cuique sua committi.

X. Judæi decuriones curiis suis restituuntur.

XI. Judæi formam crucis in Amanis specie (77) non comburant. Nam alioquin etiam [permissam B sibi religionem amittunt.

XII. Qui cœlum colunt (78), promulgatis adversus hæreticos legibus subjacent, et deputata conventiculis eorum loca sibi vindicat Ecclesia. Nam quod a Christiana fide abducit, eidem contrarium est.

XIII. Judæi Sabbato, cæterisque festis suis, nihil faciant, neque propter aliquam fiscalem privatamve causam conveniantur (79), aut Christianos ipsi conveniant.

Annibalis Fabroti notæ.

(72) *Nec pluribus uxoribus.* Judæi eodem tempore plures habebant uxores : Josephus, *Antiq.* XVII, c. 1 ; Justinus Martyr ad Tryphonem Jud. ; B. Chrysostomus in I ad Timoth. c. III, hom. 10 ; Theodoretus, *ibid.* Hodie Judæi plures simul uxores habere prohibentur.

(73) *Apud præsides.* Judæi solebant apud certum judicem conveniri, sed ejus consuetudinis ratio habita non est, quod aliquando contradicto judicio confirmata non esset, ut scribit Balsamon ad Photii *Nomoc.* tit. 1, c. 3 ; litigant igitur apud quemcunque judicem.

(74) *Agunt et conveniuntur.* In l. c. eod. *Omnesque Romanis legibus conferant et excipiant actiones.* Quidam codices habent, *inferant.* Brodæi, *conferant.*

(75) *Tam in iis, quæ ad forum, quam quæ ad sup.* Sic legitur in l. 8, c. h. t. In codice autem Theodos. *quæ non tam ad superstitionem.* Quam lectionem probat Fornerius ad Cassiod. var. 2, 27. Ait, superstitionem, ut l. *pen. c. De hæret.* Et Quintil. Lectionem codicis Justiniani confirmant Basil. lib. 1, t. 1, c. 37, et Balsamo.

(76) *Judæi.* Alia hujus constitutionis epitome exstat in Basilicis, lib. 1, tit. 1, cap. 38, Οὐδεὶς ἀλλοεθνὴς ἔφορος γενέσθω τοῖς Ἰουδαίοις. Quis sit Ephorus docet Glossarium illustrissimi viri Petri Seguierii Fr. Cancellarii, his verbis: Ἔφοροι καλοῦνται οἱ τὰ τῶν πόλεων ὤνια ἐπισκεπτόμενοι, Qui res venales inspiciunt, eisque pretia statuunt. Vult præterea constitutio, neminem exterum religionis Judæorum discussorem aut moderatorem fieri posse, sicut nec exterus Ephorus fieri potest. Moderator est peræquator. Vide Cujac. ad tit. c. *De collat. ær. l. ult. et de censibus.* Munus igitur Ephori diversum a discussoris, et moderatoris munere.

(77) *In Amanis specie.* Cujac. obs. lib. XII, c. 30, monuerat nihil mutasse Tribonianum in l. 11 c. eod., sed scripsisse omnino ut erat in cod. Theodosiano. Judæos quodam festivitatis suæ solemni Aman. Imo non aliter legi in lib. Auredani testantur viri docti, quibus accedit auctoritas Balsamonis.

(78) *Qui cœlum colunt.* Glossæ Græco-Lat. Ὁ σέβων τὸν οὐρανὸν, cœlicola. An cœlicolæ dicti, quia Judæi cœlum adorabant, qua de re vide Diodori Siculi excerpta, lib. XL, Origenem *Contra Celsum*, lib. V ; Juvenalem, sat. 14 : C

Nil præter nubes et cœli numen adorant.

Vide Salmasium de Coma, pag. 668. Sic enim legi malo quam *lumen.* De nubibus quas colere dicebantur Judæi, præter Juvenalis interpretes vide Tertullian. *Apolog.* c. 24, et ibi viri cl. et doctissimi Nicolai Rigaltii observationes, et virum etiam cl. et eruditissimum Gerardum Joannem Vossium, *De origine et progressu idololatriæ.* lib. III, c. 12, in fine. Sic etiam Persæ cœlum colebant, Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία : *Cœlum Jovem esse existimantes.* De cœlicolis vide Josephum Scaligerum, *De emendatione temporum*, p. 22. Prolegom. in Cyrin, p. 85, et contra Serrarium. Elenchi cap. ult. et Minerval Serrarii contra Scaliger. et Drus. lib. V, c. ult.

(79) *Judæi*, etc., *conveniantur.* Itaque recte in l. 13 c. eod. libri vett. habent, *ex parte conveniri,* ut in Basilicis, μεθοδεύεσθαι, lib. 1, tit. 1, cap. 39; Synesii epist. 4 : *Erat tum dies quam Judæi Parasceven vocant, cujus noctem cum sequenti die computant, qua die nulli manum licet operi admovere, sed eam sanctissime venerantes ab omni labore feriantur.* Ἦμέρα μὲν οὖν ἦν, ἣν τινα ἄγουσιν οἱ Ἰουδαῖοι Παρασκευήν, etc. Josephus, 16, 10 : Ἔγραψε δὲ καὶ Σιλουανῷ τῷ στρατηγῷ ἵνα Σάββασι μηδεὶς ἀναγκάζῃ Ἰουδαίων ἐγγύας ὁμολογεῖν. *Syllano etiam magistratui scripsit ne Judæi sabbatis coganlur ad præstanda vadimonia.* Joseph. XIV, 12, de Judæis : Ὅς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος καὶ διαιτᾷ κρίσεις, καὶ συμβολαίων ἐπιμελεῖται καὶ προσταγμάτων ὡσὰν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. *Habet etiam proprium magistratum qui suæ gentis res administret et controversias ex jure dirimat, et contractus atque pacta rata habeat, non aliter quam fit in absoluta republica.*

XIV. Judæi non afficiendi sunt injuriis, aut synagogæ, vel domus eorum lædendæ. Nam si quid admiserint (80), per præsides pœnæ fit exsecutio. Ipsi quoque nihil adversus religionem Christianam facere debent.

XV. Quæ inter Christianos et Judæos lites exsistunt (81), non horum seniores (82), sed præsides ipsi decidunt.

XVI. Judæi Christianum circumcidentes, vel mandantes ut circumcidatur, publicatione bonorum et exsilio perpetuo plectuntur.

XVII. Judæorum primates (83) canonem coronarium (84) quotannis periculo suo sacris largitionibus inferunt.

XVIII. Judæus ne quidem interveniente imperatoria jussione suscipit aliquam administrationem, vel inter constitutos in dignitate refertur, vel defensor fit, ne licentiam habeat in causis orthodoxorum, aut episcoporum, pronuntiandi, vel civitatis fit pater (85). Synagogas suas ruinam minantes (86) erigunt. Quas novas fecerint, Ecclesia consequetur, et qui fabricæ fecerit initium, librarum 50 damnum feret. Qui vero quempiam non exsistentem religionis ipsorum, doctrina diversa traducit ad ipsos, publicatione bonorum (87), et capitis (88) supplicio plectitur.

A ΙΔ'. Οὐ δεῖ τοὺς Ἰουδαίους ἐπηρεάζειν, ἢ τὰς συναγωγὰς, ἢ τοὺς οἴκους αὐτῶν βλάπτεσθαι. Εἰ γὰρ πλημμελήσωσιν, ἡ ἐπεξέλευσις γίνεται διὰ τῶν ἀρχόντων. Δεῖ δὲ καὶ αὐτοὺς μηδὲν κατὰ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν ποιεῖν.

ΙΕ'. Τὰς μεταξὺ τῶν Χριστιανῶν καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀμφισβητήσεις οὐχ οἱ γέροντες αὐτῶν, ἀλλ' οἱ ἄρχοντες τέμνουσιν.

ΙϚ'. Οἱ Ἰουδαῖοι, Χριστιανὸν περιτέμνοντες, ἢ περιτεμεῖν ἐντελλόμενοι, δημεύονται, καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται.

ΙΖ'. Οἱ τῶν Ἰουδαίων ἔξαρχοι τὸν στεφανικὸν κανόνα κατ' ἐνιαυτὸν ἰδιοκινδύνως ταῖς λαρνικίοις εἰσκομίζουσιν.

ΙΗ'. Οὔτε ἀπὸ βασιλικῆς κελεύσεως Ἰουδαῖός μετ-B ἔρχεται διοίκησιν, ἢ ἀξιωματικὸς γίνεται, ἢ ἔκδικος, ἵνα μὴ σχῇ ἄδειαν ὀρθοδόξοις δικάζειν ἐπισκόποις, ἢ πατὴρ πόλεως· τὰς δὲ πτῶσιν ἀπειλούσας αὐτῶν συναγωγὰς ὀρθοῦσιν. Εἰ γὰρ νέας ποιήσωσιν, ἡ Ἐκκλησία λήψεται αὐτὰς, καὶ ὁ ἀρξάμενος ποιεῖν ν' λίτρας ζημιοῦται. Ὁ δὲ τὸν μὴ ὄντα τῆς αὐτῆς θρησκείας ἐναντίᾳ διδασκαλίᾳ μετάγων εἰς αὐτοὺς δημεύεται, καὶ κεφαλικῶς τιμωρεῖται.

Tituli IX Paratitla.

Lib. I, tit. 5, const. 12 (89), cujus initium, Τοὺς αἱρετικούς. Judæus neque dignitatem adipisci potest, nec magistratum gerere, nec aliquod in militia imperium habere, nec inter advocatos referri. Subjectus est autem conditioni cohortalinorum, et provenientibus hinc oneribus. Qui vero ad indicata studuerit aspirare, tam iis excidit, quam centum [*supra*, XX] librarum auri pœna plectitur. Cum autem alterutrum parentum fieri vult filium Christianum, voluntas ejus est rata. Judæus filium alere

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τιτ. ε', διάτ. ιβ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Τοὺς αἱρετικούς*. Οὔτε τυχεῖν ἀξιώματος Ἰουδαῖος δύναται, οὔτε ἀρχὴν πράττειν, οὔτε στρατείᾳ παραγγέλλειν, οὔτε συνηγορίᾳ ἐγκαταλέγεσθαι. Ὑπόκειται δὲ τῇ C τύχῃ τῶν κορταλίνων, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν βάρεσιν. Ὁ δὲ τῶν εἰρημένων ἐντὸς σπουδάσας γενέσθαι, καὶ τούτων ἐκπίπτει, καὶ ποινῇ ζημιοῦται λ' χρυσίου λίτρας. Θατέρου δὲ τῶν γονέων βουλομένου τὸν παῖδα γενέσθαι Χριστιανὸν, ἡ τούτου γνώμη κρατεῖ. Δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ τρέφειν τὸν παῖδα, καὶ τὰ πρὸς

Annibalis Fabroti notæ

(80) *Nam si quid admiserint*, etc. His verbis continetur interpretatio horum verborum, cum aliquis, etc. Ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.

(81) *Lites exsistunt.* Ἀμφισβήτησις. Basilica, φιλονεικία καὶ δίκη: *contentio, et lis.* in l. 15, c. eod. *contentio.* Sed libri veteres habent, *intentio.* Sic apud Anastasium Bibliothecarium ubi editi habent, *contentio*, semper in eod. Thuani legitur, D *intentio*, ut in Bonifacio II, *ordinatur sub contentione*, ms. præfert, *sub intentione.*

(82) *Non horum seniores.* Οἱ γέροντες. Basilica, οἱ πρεσβύτεροι. Ergo seniores Judæorum lites etiam et controversias dirimebant. Vide Bertramum. *De rep. Hebræorum*, et ibi adnotat. Constantini l'Empereur, pag. 696.

(83) *Judæorum primates.* Ἔξαρχοι.

(84) *Canonem coronarium.* Aurum coronarium quod olim Judæi quotannis conferebant patriarchis dierosolymitanis, imperatores procedente tempore sibi vindicarunt. Vide Cujac. ad tit. cod. *De auro coron.* lib. X, et de emendatione atque interpretatione legis 17, c. eod. Vide Samuelis Petiti observat. lib. III, c. 3, p. 207, et viri cl. doctissimique *De libertat. Eccl. Gallic.* dissertat. lib. I, c. 3, p. 26. De patriarchis etiam Judæorum vide Josephi Scaligeri canones Isagogicos p. 297.

(85) *Civitatis fit pater.* Monuit Cujac. observ. lib. XII, cap. 30, in l. ult. c eod. legendum, *nec patris honorem*, auctoribus libris Basilic. lib. I, tit. 1, c. 43, in l. 2, c. *Ut nemini lic. in coempt. spec.* Τοῦτο δὲ παραφυλαττέτωσαν καὶ οἱ πατέρες τῶν πόλεων: *Illud autem observent et patres civitatum.* Quarum autem rerum curam haberent patres civitatum qui et curatores reip. dicebantur, docet Cuj. ad Nov. LXXXV, et d. c. 30.

(86) *Ruinam minantes.* Veteres synagogas reparare Judæis conceditur, novas exstruere non licet. B. Ambrosius, epist, 29 et 30. Theodoricus in rescripto ad Judæos Genuenses, apud Cassiodorum variar. 2, 27, v. c. 3 et 7, ext. *De Jud.*

(87) *Publicatione bonorum.* Sic etiam Photius interpretatur illa verba legis ult. C. eod. *Cernat bona sua proscripta, mox pœnæ sanguinis destinandus. Nomoc.* tit. 9, c. 25.

(88) *Et capitis.* Hæc non esse in Basilicis testatur Balsamon, ad d. c. 25. et verum est, ut constat ex lib. I, tit. 1 cap. 45. Sunt tamen in sexagesimo, tit. 54. c. 31. Cæterum falluntur qui inter legem Judæorum 17 et l. ult. c. eod. aliam interserunt ex *Basilicis* et *Nomocanone*; est enim tantum pars d. l. ult.

(89) Lib. I, tit. 5, const. 13. Ibi *centum librarum*, ms. Peir. habet λ' triginta v. d. const. 12.

ἀναγκαίαν δαπάνην χορηγεῖν, προῖκά τε ὑπὲρ θυγατρὸς ἐπιδιδόναι, καὶ πρὸ γάμου δωρεὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς οὐσίας; · εἰ τὰ ἄλλα θεραπευόμενος τοῦτο μόνον ἐγκαλεῖν ἔχοι, διὰ τί γέγονε Χριστιανός.

A debet, et quæ requiruntur ad necessariam expensam ei suppeditare, filiabus dotes constituere, pro filiis donationes ante nuptias, pro modo patrimonii, facere : si, dum in cæteris a filio recte colitur, hoc solum habeat, quod reprehendat illum scilicet factum esse Christianum.

Βιβλίον α', τίτ. ε', διάταξις κα', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Quoniam*. Σημείωσαι ὅτι τῇ τοῦ αἱρετικοῦ προσηγορίᾳ ὁ Ἰουδαῖος οὐ περιέχεται. Κωλύσασα γὰρ ἡ διάταξις αἱρετικὸν ἐν δικαστηρίῳ μαρτυρεῖν, προσέθηκε, Μήτε Ἰουδαῖος μαρτυρείτω. Ὥστε οὖν, δι' ὧν κεχωρισμένως τὴν ὀνομασίαν τούτων ἡ διάταξις ἐποιήσατο, οὐ βούλεται αὐτοὺς τῇ τῶν αἱρετικῶν προσηγορίᾳ συμπεριλαμβάνεσθαι.

Lib. i, tit. 5, const. 21, cujus initium, *Quoniam*. Nota, Judæum hæretici appellatione non contineri. Postquam enim prohibuit hæc constitutio, ne testis in judicio sit hæreticus, adjicit, Nec Judæus testimonium dicat. Quo fit, ut cum separatim horum mentionem constitutio fecerit, Judæos hæreticorum appellatione comprehendi nolit. Hoc pota, veluti de quo valde quæritur.

Βιβ. α', τίτ. ζ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si quis*. Ὁ ἀπὸ Χριστιανῶν Ἰουδαῖος γενόμενος, καὶ ἐλεγχθεὶς, δημεύσει ὑποβάλλεται.

B

Lib. i, tit. 7, constit. 1, cujus initium, *Si quis*. Qui a Christianis deficiens, Judæus factus fuerit, et criminis hujus convictus, publicationi facultatum subjicitur.

Βιβ. α', τίτ. ια', διάτ. ς', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Christianis*. Οἱ Χριστιανοὶ μὴ ἀποκεχρῆσθωσαν τῇ δυναστείᾳ τῆς θρησκείας, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἡσυχάζοντας, καὶ οὐδὲν θορυβώδες ποιοῦντας βιαζέσθωσαν.

Lib. i, tit. 11, constit. 6, cujus initium, *Christianis*. Christiani religionis auctoritate non abutuntor, nec Judæis quiete degentibus, neque turbulentum quidquam molientibus, vim inferant.

Βιβ. α', τίτ. ιβ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Judæi*. Ἰουδαῖος διὰ τὸ περιγράψαι ἔγκλημα, ἢ χρέος ἀποστερῆσαι βουληθεὶς, καὶ Χριστιανὸς γενέσθαι, μὴ ἄλλως ἔσται δεκτὸς, εἰ μὴ τὸ ἔγκλημα τὸ ἐπαγόμενον αὐτῷ, ἢ τὸ χρέος ἐπιλύσῃ.

Lib. i, tit. 12, constit. 1, cujus initium, *Judæi*. Judæus, qui circumscribendi criminis, aut intervertendi debiti causa, Christianus fieri voluerit, non aliter admittendus erit, nisi quod ei crimen infertur, diluerit, aut æs alienum dissolverit.

ΤΙΤΛΟΣ Ι'.

TITULUS X.

Περὶ τοῦ Χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ αἱρετικὸν, C ἢ Ἰουδαῖον, ἢ Ἕλληνα, ἢ νέμεσθαι, ἢ περιτέμνειν.

Ne Christianum mancipium hæreticus, vel Judæus, vel paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat.

Ἑρμηνεία Α'. Ἰουδαῖος Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἢ ἄλλης αἱρέσεως, ἢ ἔθους, καθ' οἱονδήποτε τρόπον μὴ ἐχέτω. Εἰ δὲ ἔχει καὶ περιτέμνει αὐτὸ, τὸ μὲν ἀνδράποδον ἐλευθεροῦται, αὐτὸς δὲ κεφαλικῶς τιμωρεῖται.

I. Judæus Christianum (90) mancipium, vel alterius sectæ (91), vel nationis, quocunque modo ne habeto (92). Sin habet, et circumcidit, ipsum quidem mancipium libertatem consequitur (93), Judæus vero capitis supplicio punitur.

Annibalis Fabroti notæ.

(90) *Judæus Christianum*. Ex lege Constantini Judæus servum Christianum possidere non potest. Eusebius IV *De vita ejus*. Sed statim liber fit, vide l. 1 c. Th. et Append. cod. Th. num. 4. Fisco vindicatur ex Constantii et Constantis constitutione. Cedren.: Κωνστάντιος δὲ καὶ Κώνστας ἐνομοθέτησαν, Ἰουδαῖον μὴ ὠνεῖσθαι δοῦλον · ἐπεὶ ἀφαιρεῖσθαι αὐτὸν εἰς τὸν δημόσιον λόγον · εἰ δὲ καὶ περιτεμεῖν ταλμήσοι δοῦλον, ξίφει τιμωρεῖσθαι, καὶ τὴν τούτου δημεύεσθαι οὐσίαν. *Constantinus et Constans legem tulerunt, ne quis Judæus servum emeret, emptum publicari jusserunt. Si quis circumcidere servum ausus esset, gladio feriri, et bona ejus publicari*. Sozomenus, lib. VI, c. 17; Anastasius Biblioth. in *Hist. eccles.* : *Constantius autem et Constans leges edidere Judæum non emere servum, alioquin auferri eum, et publicis rationibus tradi*. Paulus diaconus lib. II *Hist. miscell.* idem dicit. Constat enim ex cod. Th. vetitam olim fuisse Judæis emptionem servorum Christianorum, et donationis causa factam traditionem. Et Justinianus omnem acquirendorum servorum causam Judæis ademit l. 3 cod. Th. *De contrah. emption*. Novell. CXLIV. Gregor. epist. 3, cap. 21. Flodoard. p. 105. *Ut Christiani Judæis vel gentilibus non vendantur*. Agobard. *De insol. Jud* : Porro si et circumcidere servum Christianum ausus fuerit, gladio puniri talia præsumentem. Quod jus in Gallia receptum est. Capitularia Carol. M. Vb. VI, cap. 318, et lib. VII cap. 809, quæ sunt Aniani ad l. 1 cod. eod. ne occasione dominii sectam venerandæ religionis immutent. l. 64 cod. Th. eod. Append. cod. Th. num. 6.

D

(91) *Vel alterius sectæ*. Αἱρέσεως. Basilica, *vel alterius religionis*, ἄλλης θρησκείας, lib. LX, tit. 54, c. 32.

(92) *Quocunque modo ne habeto*. Nec comparare debebit, nec largitatis, vel alio quocunque titulo consequatur. L. 1, cod. eod. quæ in veteribus codd. tribuitur Constantino, subscriptio hoc modo esse debet : *Imperator Constantinus A. ad Evagrium*. Et in fine ejus l. 1, *ibid. Aug. CP. Constantino A. VIII, et Constantio Cæs. VI, COSS.* Alius codex habet, *D. Kalend. Decemb. CP. Constantio A. VIII, et Const. III*. Concilium Toletan. IV, can. 65.

(93) *Libertatem consequitur*. Si servus rem gestam detulerit, pro præmio accusationis liber efficitur, Basilica libro LX, tit. 54, cap. 32. Alioquin fisco vindicatur, l. 2 cod. Theod. eod.

II. Paganus (94), et Judæus, et Samarita (95), et quicunque non est orthodoxus (96), habere Christianum mancipium nequit. Nam et ipsum mancipium in libertatem vindicatur, et qui mancipium comparavit, libras 30 privatis largitionibus solvit.

Β'. Ἕλλην, καὶ Ἰουδαῖος, καὶ Σαμαρείτης, καὶ πᾶς μὴ ὢν ὀρθόδοξος, οὐ δύναται Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἔχειν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ ἐλευθεροῦται, καὶ ὁ κτησάμενος δίδωσι τοῖς πριβάτοις λ' λίτρας.

Tituli X Paratitla.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Lib. I, tit. 3, constit. 54, cujus initium, *Deo nobis*. Nullus Judæus, aut paganus, aut hæreticus, mancipium Christianum habeat. Si tale quid deprehensum fuerit, confestim servus in libertatem abripiatur.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. ιδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Deo nobis*. Μηδεὶς Ἰουδαῖος, ἢ Ἕλλην ἢ αἱρετικὸς ἀνδράποδον ἐχέτω Χριστιανόν. Εἰ δὲ τοιοῦτο εὑρεθῇ, εὐθέως ὁ δοῦλος εἰς ἐλευθερίαν ἁρπαζέσθω.

Lib. I, tit. 7, constit. 5, cujus initium, *Eum*. Qui servum adhibita vi, vel persuasione, traduxerit a Christianismo ad nefandam sectam, publicato patrimonio, capite plectatur.

Βιβ. α', τίτ. ζ', διάτ. ε', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Eum*. Ὁ δοῦλον βιαζόμενος, ἢ πείθων ἀπὸ Χριστιανῶν εἰς ἀθέμιτον αἵρεσιν μετελθεῖν, ἀποτεμνέσθω.

Lib. I, tit. 9, constit. 16, cujus initium, *Judæi*. Bonorum publicationem, et exsilium perpetuum Judæis inferimus, qui Christianum circumcidisse convicti fuerint; vel alteri, ut id faceret, mandaverint.

Βιβ. α', τίτ. θ', διάτ. ις', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Judæi*. Δήμευσιν καὶ διηνεκῆ τοῖς Ἰουδαίοις ἐξορίαν ἐπάγομεν, τοῖς ἐλεγχομένοις ὡς Χριστιανὸν περιτεμόν, ἢ τοῦτο ἄλλῳ ἐντειλάτο.

TITULUS XI.

De paganis sacrificiis, et templis.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΑ'.

De paganis sacrificiis, et templis.

1. Templa clauduntor (97), nec quisquam sacrificato. Si quis hoc perpetraverit, capite plectitur, et facultates publicatas amittit. Pœna simili rector aut præses afficitur, qui exsecutionem non fecerit (98)

Ἑρμηνεία Α'. Τὰ ἱερὰ κλειέσθω, καὶ μηδεὶς θυέτω· Εἰ δέ τις ἁμαρτήσῃ τοῦτο, ἀποκεφαλίζεται, καὶ δημεύεται· καὶ μὴ ἐπεξελθὼν ὁ ἄρχων, ὁμοίως τιμωρεῖται.

Annibalis Fabroti notæ.

(94) *Paganus*. Carolus M. in synodo apud Othlonum Fuld.

(95) *Samarita*. Servus Christianus quem Samarita emerit, statim liber fit, ex Justini Novella constitutione cap. 2, quæ inter Novellas Justiniani est CXLIV.

(96) *Et quicunque non est orthodoxus*. Hæreticus enim est quisquis non est orthodoxus, l. 12 *De hæret.* Itaque hæreticis etiam interdictum est ne servos Christianos habeant, l. *Deo nobis*, 54, cod. *De episc. et cleric.* Græci ad l. 9, § ult. D. *De donat.* Ὅσα μὴ δύναται γενέσθαι τῆς δεσποτείας τινὸς, ταῦτα οὐ δύναται αὐτῷ δωρηθῆναι· οἷον Χριστιανὸν ἀνδράποδον αἱρετικῷ προσώπῳ. *Quæ alicujus fieri non possunt, ea donari ei non possunt: ut mancipium Christianum hæretico*, ex l. 2. h. tit. Servus continuo liber fit, et emptor triginta auri libris multatur. Basilica d. tit. 54, cap. ult. Non modo autem Christianum mancipium habere et circumcidere Judæus prohibetur, sed et catechumenum, Basilica lib. I, tit. 1, cap. 47, ex l. 2, h. tit.

(97) *Templa clauduntur*. Constantinus M. sacrificia paganorum sustulerat, et eorum fana, delubra, templa claudi jusserat, imo etiam dirui, et ecclesias ædificari. Orosius, *Histor.* lib. VII, c. 28, in fin.: *Statuit citra ullam nominum cædem paganorum templa claudi*. Nicephor. lib. VIII, c. 18, 23. Gregorius magnus de consecrandis gentilium templis decretum condidit. Et ante Gregorium, Constantinum M. templa gentilium Christo addixisse scribit Cedrenus his verbis: Γράφει δὲ καὶ πρῶτον νόμον, τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις ναοῖς. *Tulit etiam leges. Prima ut fana simulacris consecrata, Christo dedicatis templis addicerentur*. Idem scribit Theophanes de eodem Constantino M. his verbis: Οὗτος πρὸς τὸν νόμον ἔγραψε πρῶτον τοὺς εἰδώλων ναοὺς ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις. Συνενομοθέτει δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κρίσπος ὁ υἱὸς αὐτοῦ· *Hic ad leges addidit, Crispo ejus filio una cum eo sanciente, primum idolorum templa viris Christo consecratis addicenda*. Et ex eodem Theophane Anastasius in *Historia eccles.*: *Iste*, inquit, *primam legem scripsit, idolorum templa his tradi, quæ Christo sunt deputata*. Cassiodorus tamen in Chronico scribit, edicto Constantini gentilium templa subversa esse, quæ Senator exscripsit ex Hieronymi Chronico. Julius Pollux in Chronico; cujus scholiastes addit, tria templa eum diruisse Constantinopoli, Solis, Dianæ, et Veneris. Justinianum etiam hæreticorum quasi ecclesias Christianis addixisse scribunt Cedrenus et Theophanes. Sed ut scriptores qui dirui, et qui claudi tantum jussisse dicunt, hoc modo in concordiam adduci possint, ut nimirum quædam claudi, et quædam everti jusserit. Certe non omnia statim eversa satis constat ex l. I c. eod., in qua Constantius sancit in omnibus locis atque urbibus universis claudi potius templa, et accessu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. Minut. in Octavio, *Perditis sceleratisque tribuit altaria*: Item: *Confluxerant perditi, facinorosi*, etc. Vide quæ olim diximus ad l. 3 cod. Th. eod. Cæterum hæc l. non est in Basilic. ut Photius etiam monet *Nomoc.* tit. 12. c. 4. Quod Basilii et Leonis temporibus pauci pagani superessent, vide quæ dixi ad Parat. Cujac. h. tit.

(98) *Qui exsecutionem non fecerit*. Qui persequi et vindicare neglexerit.

Β'. Μηδεὶς διὰ σπλαγχνοσκοπίας μαντευέσθω. Πικρῶς γὰρ τιμωρεῖται ὁ τῶν ἐνεστώτων ἢ τῶν μελλόντων παρὰ τὸ κεκωλυμένον ζητῶν τὴν ἀλήθειαν.

Γ'. Αἱ θυσίαι κεκώλυνται, καὶ ὁ κόσμος τῶν δημοσίων ἔργων μὴ περιαιρείσθω. Εἰ δέ τις ἀντιγραφὴν ἢ νόμον προφέρει ἐπὶ τῇ τούτων καθαιρέσει, ἀφαιρεῖται παρ' αὐτοῦ, καὶ βασιλεῖ ἀναφέρεται.

Δ'. Ἄνευ θυσιῶν καὶ θρησκείας ἀπηγορευμένης ἐπιτελείσθωσαν πρὸς τὴν ἀρχαιότητα αἱ δημώδεις θέαι, καὶ τὰ πρὸς ἱλαρίαν τοῦ δήμου συμπόσια.

Ε'. Οἱ ἐν Καρθαγένῃ ἱερατικοὶ τόποι τῷ θείῳ οἴκῳ διαφερέτωσαν, πλὴν τῶν ἐξ αὐτῶν ἀπὸ βασιλέων δωρηθέντων προσώποις ἢ ἐκκλησίᾳ.

Ϛ'. Ἐὰν οἱ Χριστιανοὶ βιάσωνται ἢ ἁρπάσωσι τὰ προσήκοντα τοῖς ἡσυχάζουσιν Ἕλλησί τε καὶ Ἰουδαίοις, τὸ ἁρπαγὲν ἀποδιδόασι διπλοῦν, καὶ οἱ ἄρχοντες, καὶ αἱ τάξεις, καὶ οἱ πολιτευόμενοι μὴ ἐκδικήσαντες, ἀλλὰ συγχωρήσαντες ταῦτα πλημμεληθῆναι παρὰ τοῦ δήμου, ὁμοίως τιμωροῦνται.

II. Nemo per extispicinam (99) divinationes instituat. Nam acerbe punitur (1-2), qui præsentium vel futurorum veritatem contra vetitum inquirit.

III. Sacrificia prohibita (3) sunt, at publicorum operum ornatus (4) ne tollitor. Quod si quis rescriptum, aut legem, ad horum eversionem (5) profert, id ipsum ei eripitur, et ad imperatorem refertur.

IV. Absque sacrificiis, et superstitione prohibita, juxta consuetudinem antiquam, spectacula publica (6), quæque fiunt ad hilaritatem populi (7) convivia perficiantur.

V. Loca sacra (8), quæ Carthagine sunt, ad Augustam domum (9) pertinento, exceptis iis, quæ ab imperatoribus vel alicui personæ, vel ecclesiis (10) sunt donata.

VI. Si Christiani vim attulerint, aut rapuerint ea, quæ pertinent ad quiete degentes (11) paganos ac Judæos : quod rapuere, duplum restituunt (12): et præsides, et officia, et decuriones (13-14), si non vindicaverint, sed hæc a populo designari (15) permiserint, pœna simili afficiuntur.

Annibalis Fabroti notæ.

(99) *Nemo per extispicinam.* Inspectione jecoris, extorumque l. 2. c. eod. Ὡς ἐφορᾶν τὸ ἧπαρ καὶ τὰ σπλάγχνα τοῦ θυομένου θρέμματος διὰ τὸ ἐπαγγέλλεσθαι τὰ μέλλοντα : *Ut inspiciat jecur et exta victimæ ad futura denuntianda.* Petronius arbiter : *Recluso pectore extraxit fortissimum jecur, et inde mihi futura prædixit.* Auctor incertus apud Suidam : Ἕλληνες τότε καλλιερεῖν νομίζουσιν, ὅταν δαίμονί τινι θύσαντες αἰσίων ἐπιτύχωσι σημείων ἐν τῷ ἥπατι τοῦ ἱεροῦ. Exstant totidem fere verbis apud auctorem magni Etymologici in v. Καλλιέρημα. De extis Virgil. IV *Æneid.*

. . . *spirantia consulit exta.*

Zeno Veronensis episc. Serm. de Jona : *Rapti jecoris spirantes consulunt fibras.*

Consulit ille deos spirantibus extis. In cod. Justiniano additur : *Vel, quod est deterius, futura sub exsecrabili consultatione cognoscat.* Quænam illa est exsecrabilis consultatio? An quia reclusis hominum pectoribus extæ consulerent? sic videtur. Scribit enim Porphyrius De abstinendo ab animatis, lib. II, p. 34, edit. Florentinæ, melius futura prænosci in extis hominum : Ἐπιφαίνεται γὰρ μᾶλλον, ὥς φασι, τοῖς τούτου σπλάγχνοις τὰ μέλλοντα· καὶ πολλοί γε τῶν βαρβάρων δι' ἀνθρώπων σπλαγχνεύονται. Hac immani et exsecrabili consultatione Julianus utebatur, ut scribit Cedrenus p. 301 et 308 edit. R.

(1-2) *Nam acerbe punitur.* Basilica lib. I, cap. 12, Ἐπήρτηται αὐτῷ τιμωρία τῆς σταυρώσεως : *Imminet ei pœna furcæ.* Idem scribit Balsamon ad Photii *Nomoc.* tit. 1, cap. 25.

(3) *Sacrificia prohibita.* Ex hoc loco constat in l. 3 c. eod. superesse vocem, templorum, quæ nec in Basil. lib. I, t. 1, c. 13, exstat, nec in vet. c. Brod.

(4) *Ornatus.* Simulacra, statuas, quæ civitatibus ornamento sunt. V. Firmic. de error. profan. rel.

(5) *Ad horum eversionem.* Recte igitur in d. l. 3 legitur in vet. : *Qui ea conantur evertere :* Basilica, καταλύειν, quod est, *diruere, destruere.* In eadem l. melius Brod. c. quam alii : *Ac ne sibi aliqua auct.*

(6) *Spectacula publica.* Voluptates, l. 4, c. eod. Ludi. Vide quæ diximus ad l. 3 c. Th. eod. Trebellius Pollio in Gallienis : *Et quæ voluptates paratæ sunt, et qualis cras erit scena, quales circenses.*

(7) *Ad hilaritatem populi.* Πρὸς ἱλαρίαν, *lætitiam* in d. l. 4, non licentiam, ut in quibusdam manusc., in qua etiam legendum est, *exhiberi*, et *iniri* etiam, ex vett. De festis conviviis vide quæ dixi ad l. 17 c. Th. eod. Quod autem dicitur in d. l. 4, quando exigunt publica vota. Basilica sic interpretantur, εἴποτε ταῦτα γενέσθαι ἡ τῶν δημοσίων βοτῶν ἱλαρότης ἐπιζητεῖ : *Si quando hæc fieri publicorum votorum hilaritas postulet.* βοτά Græco Barbara dictio est quæ exstat in can. 62 concilii in Trullo.

(8) *Loca sacra.* Loca quæ sacris error veterum deputavit, l. 5 c. eod. id est, loca sacris gentilium deputata.

(9) *Ad augustam domum.* Nostræ rei volumus sociari. Sic vett. et Basil. Τῇ ἰδιᾳ ἡμῶν οὐσίᾳ βουλόμεθα συνάπτεσθαι· *Privatæ rei nostræ volumus sociari.* In cod. tamen Theod. l. 20 eod. ex qua d. l. 5 sumpta est, et in Brod. codice legitur, *jubemus*, quod mutandum non est. Prosper Aquitan. De promiss. Dei, parte III.

(10) *Vel ecclesiis.* In d. l. 5 legendum est, volumus pertinere, ut in Basil. ἠβουλήθημεν, et in l. 20 c. Th. eod. ut supra, voluit pervenire.

(11) *Ad quiete deg.* Securos, l. 6 c. eod. ἡσυχάζοντας, Basil. v. Cassiod. Chron.

(12) *Duplum restituunt.* In c. Th. in triplum et quadruplum. Tribonianus immutavit, quasi rapina Judæis aut Græcis facta, dupli tantum pœna coercenda sit, tripli autem aut quadrupli si aliis.

(13-14) *Decuriones.* πολιτευόμενοι. Basilica, πρωτεύοντες τῶν πόλεων. — *Principales civitatum.* Lib. I. tit. 1, c. 16 Glossæ Gr.-Lat. Πρωτεύων, *principalis.* Principales sunt decurionum primi, de quibus Cujacius ad tit. c. *De decurion.* l. 33.

(15) *A populo designari.* Ταῦτα πλημμεληθῆναι παρὰ τοῦ δήμου : a populo admitti, perpetrari.

VII. Nemo voti causa (16) templum ingreditor, nec simulacra honore afficito, nec templa sertis redimito (17), nec ignem aris injicito (18), vel thus adoleto (19), non libationes facito (20), vel hostias immolato. Nam publicatione bonorum, capitisque supplicio punitur, cum quidem publica sit hujus criminis accusatio (21). Præses vero, qui post legitimam accusationem, et probationem, facinus non vindicaverit, quinquaginta libras, sicut et officium libras totidem, fisco solvit.

Ζ'. Μηδεὶς δι' εὐχὴν εἰς ναὸν εἰδωλικὸν εἰσιέτω, μηδὲ τιμάτω τὰ ξόανα, μηδὲ στεφανούτω τοὺς ναούς, μηδὲ πῦρ τοῖς βωμοῖς βαλλέτω, ἢ λίβανον θυσιαζέτω, μηδὲ σπενδέτω ἢ θυσιαζέτω. Ἐπεὶ δημεύεται, καὶ κεφαλικῶς κολάζεται, πουβλίκως οὔσης τῆς κατηγορίας. Ὁ δὲ ἄρχων, μετὰ νόμιμον κατηγορίαν καὶ ἀπόδειξιν μὴ ἐπεξιὼν, ν' λίτρας δίδωσι τῷ φίσκῳ, καὶ ἡ τάξις πεντήκοντα.

VIII. Si pagani prohibitum quid fecerint, publice accusantur: et si quid in alieno loco, sciente domino, perpetraverint, tam locus ipse (22), quam reliquum patrimonium ejus proscribitur, et ipse dignitatem, vel militiam amittit. Sin privatus est, pœna corporali afficitur, et in opus metalli perpetuo relegatur.

Η'. Ἐὰν οἱ Ἕλληνες ἀπηγορευμένον τι πράξωσι, πουβλίκως κατηγοροῦνται· καὶ ἐὰν ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ πλημμελήσωσιν, εἰδότος τοῦ δεσπότου, καὶ ὁ τόπος καὶ ἡ λοιπὴ οὐσία δημεύεται, καὶ στερεῖται στρατείας ἢ ἀξίας. Ἰδιώτης δὲ ὤν, σωματικῶς τιμωρεῖται, καὶ διηνεκῶς εἰς ἔργον μετάλλου ἐξορίζεται.

IX. Si quid donatum fuerit, aut relictum locis, aut personis, vel ad sulciendum errorem paganum, id ea civitas accipiet, in qua illæ personæ habitant, vel sub qua sita sunt ipsa loca: rebus ipsis expendendis ad similitudinem redituum municipalium (23). Impietates vero paganorum (24), præsides ipsi puniunt, et quæ potestatem eorum excedunt, ad imperatorem referunt.

Θ'. Ἐάν τι δωρηθῇ, ἢ καταλειφθῇ τόποις ἢ προσώποις, ἢ ἐπὶ συστάσει τῆς τῶν Ἑλλήνων πλάνης, ἢ πόλις αὐτὸ λήψεται ἐν ᾗ τὰ πρόσωπα οἰκεῖ, ἢ ὅφ' ἣν οἱ τόποι διάκεινται, καὶ δαπανῶνται καθ' ὁμοιότητα τῶν πολιτικῶν προσώπων [προσόδων *al. cod.*]. Τὰ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἀσεβήματα τιμωροῦντες οἱ ἄρχοντες, καὶ τὰ ὑπερβαίνοντα αὐτοὺς ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ.

X. Qui post sanctum baptisma in errore paganorum manent, ultimo supplicio puniuntur: qui vero necdum baptizati sunt, tam seipsos, quam liberos, atque conjuges, cum omnibus suis, ad sacrosanctas ecclesias adducunt: ac liberi quidem, qui minoris ætatis sunt (25), absque dilatione baptizantur: adulti vero prius Scripturas secundum

Ι'. Οἱ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα τῇ πλάνῃ τῶν Ἑλλήνων ἐπιμένοντες ἐσχάτως τιμωροῦνται. Οἱ δὲ μήπω βαπτισθέντες, ἑαυτοὺς καὶ παῖδας, καὶ γαμετὰς, καὶ πάντας τοὺς αὐτῶν προσαγέτωσαν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις. Καὶ τὰ μὲν αὐτῶν τέκνα, μικρὰ ὄντα, χωρὶς ἀναβολῆς βαπτίζονται, οἱ δὲ τέλειοι πρότερον τὰς Γραφὰς καὶ τοὺς κανόνας διδάσκονται.

Annibalis Fabroti notæ.

(16) *Nemo voti causa.* Δι' εὐχήν. In l. 7 c. eod., Nemo venerantis adorantisque animo. Sic libri vet. Brod. Basilica d. t. l, c. 17: μηδεὶς ἐν διαθέσει καὶ ψυχῇ [προσκυνοῦντος ἢ εὐχομένου]. *Nemo veneranti adorantisque proposito et animo*, ut in l. 3 supra *De hæret., conveniendi orandique habeant facultatem.* Sic adorare apud Tertullian. *de orat.* cap. 1, orare est. Idem *de Pudicitia*, c. 2: *Et tu ne adoraveris pro populo.* Videntur tamen impp. in d. l. 7, ἐν ξένῃ δυοῖν dixisse. Glossæ Gr.-Lat. προσκύνησις, *adoratio, adveneratio.* Item. προσκυνῶ, *adoro, venero.* In l. 10, c. Th. eod.: *Templum adoraturus intraverit.* Est autem proprie adorare, manum ori admovere. V. Minut. in Octavio.

(17) *Nec templa sertis redimito.* In l. 7 c. eod. *Templorum postes.* Theodosius in l. *Nullus* 12, c. T. eod., *Nullus serta suspendat.* Vide quæ ibi dixi. Adde Theodoret. de Græc. affect. curandis serm. 7: Τῶν στεμμάτων οἳς που τὸν ναὸν κατεκόσμησεν: *Serta quibus templum adornabat.*

(18) *Nec ignem aris injicito.* In l. 7 c. eod. profanus aris accendi ignes. Ms. Brod. profanis.

(19) *Thus adoleto.* Virgil. Ecl. 8:

Verbenasque adole pingues et mascula tura.

Servius, *incende.* Idem Virg. *Georg.* 4:

... Panchæis adolescunt ignibus aræ.

Serv. id est, ture: adolescunt autem pro incenduntur.

(20) *Non libationes facito.* Pateris vino libari, d. l. 7. Theodoretus d. lib. VII *De ture et vino:* Καὶ λιβανωτὸν προσέφερον, καὶ οἶνον ἔσπενδον· *Et thus adolebant, et vinum libabant.* Virgil. VII *Æneid.*, *Nunc pateras libate Jovi.*

(21) *Publica accusatio.* Apud publicum judicem accusetur, d. l. 7. Licita cunctis accusatione ad exemplum majestatis, l. *Nullus* 12, c. Th. eod Vide l. 8 c. eod.

(22) *Tam locus ipse.* Vide d. leg. 12, et l. 10 c. *De hæretic.*

(23) *Ad similitudinem redituum.* Rectius in cod. Leunclavii legebatur, πολιτικῶν προσόδων, quam in ms. Peir. προσώπων, et in Contiano, βασιλικῶν προσόδων.

(24) *Impietates vero pag.* Vide Basil. lib. I, t. 1, c. 19.

(25) *Qui minoris ætatis sunt.* Ergo baptismus in adultam ætatem differendus non est, ne si moriantur ἀβάπτιστοι, non baptizati, vitæ cœlestis expertes sint. Scio quid de infantium baptismo scripserint viri docti: inter quos Egbertus archiepiscopus Eborac. num. 41, in Excerptionib. ait: *Placuit de infantibus quoties non inveniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi sacramentis respondere, absque ullo scrupulo hos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari.* Idem traditur de omnibus, de quibus dubium est an baptizati fuerint, cap. 2 h. tit. Ordo Romanus de offic. divinis: *Illud autem de parvulis providendum est, ne postquam baptizati fuerint, ullum cibum accipiant, neque lactentur sine summa necessitate, antequam communicent sacramento corporis Christi.* Joannes Hierosolymitan. ex Homilia in Psalm. XIV: *Adducit quispiam infantem adhuc ubera sugentem, ut baptizetur, et statim sacerdos exigit ab infirma ætate pacta conventa, et assensionis et minoris ætatis fidejussorem accipit susceptorem, et interrogat: Renuntiat Satanæ*, etc.

Εἰ δὲ διὰ τὸ τυχεῖν στρατείας, ἢ ἀξίας, ἢ οὐσίαν ἔχειν, σχηματίζονται βαπτίσασθαι, καὶ τοὺς παῖδας, ἢ τὰς γαμετὰς αὐτῶν, ἢ τοὺς ἐν τοῖς οἴκοις αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλάνης ἐάσωσι, καὶ τοὺς αὐτοῖς προσήκοντας, δημεύονται, καὶ δεόντως τιμωροῦνται καὶ τῆς πολιτείας οὐ μετέχουσιν· εἰ δὲ μὴ βαπτισθῶσιν, οὐ μετέχουσί τινος τῆς πολιτείας, οὔτε κυριεύουσιν οὐσίας, κινητῆς, ἢ ἀκινήτου· ἀλλὰ τὸ δημόσιον αὐτὰ ἐκδικεῖ· καὶ ἁρμοδίως τιμωροῦνται, καὶ ἐξορίζονται. Εἰ δὲ φανῶσι θυσιάζοντες, ἢ εἰδωλολατροῦντες, ὡς Μανιχαῖοι τιμωροῦνται. Οὐ παιδεύουσι δὲ Ἕλληνες οἱανδήποτε παιδείαν, οὔτε δημοσίας ἀπολαύουσι σιτήσεως, οὔτε κατὰ θεῖον τύπον.

A canones (26) docentur. Si vero propterea quod militiam vel dignitatem adepti sint, vel quod facultates habeant, specie tenus ipsi baptizantur, at liberos, uxoresve suas, aut domesticos et necessitudine sibi junctos, in errore reliquerint, publicatione bonorum damnantur, et pro merito puniuntur, nec republica fruuntur. Quod si plane baptizati non fuerint, nullius in republica beneficii participes sunt, neque dominium patrimonii mobilis aut immobilis habent, sed fiscus ea sibi vindicat, et præterea pœnis competentibus plectuntur, ac relegantur. Quod si constiterit eos sacrificare, vel simulacra colere, sicut Manichæi puniuntur. Cæterum pagani cujuscunque disciplinæ professores (27) esse nequeunt, nec annona publica (28), ne quidem sanctione sacra interveniente, fruuntur.

Οὗτος ὁ τίτλος παράτιτλα οὐκ ἔχει.

B Hic titulus paratitla non habet.

ΤΙΤΛΟΣ ΙΒ'.

Περὶ τῶν ἐκκλησίαις προσφευγόντων, καὶ ἐκβοήσεσιν ἐκείσε κεχρημένων.

Ἑρμηνεία Α'. Ἰουδαῖος διὰ τὸ φυγεῖν ἔγκλημα, ἢ χρέος, θέλων χριστιανίσαι, μὴ προσδεχέσθω, πρὶν ἂν ἀνεύθυνος φανῇ, καὶ τὸ χρέος καταβάλῃ.

Β'. Ὁ τοὺς προσφεύγοντας ταῖς ἐκκλησίαις ἀποσπῶν τῷ δὲ majestatis ὑπόκειται.

Γ'. Οὐ δεῖ τοὺς προσφεύγοντας ἔχειν οἱαδήποτε ὅπλα, οὐ μὴν ἐντὸς τοῦ ναοῦ ἐσθίειν ἢ καθεύδειν· ἀσφαλῶς γὰρ διάγουσιν ἐντὸς τῶν πρώτων θυρῶν, ἐν αὐλαῖς, καὶ στοαῖς, καὶ λουτροῖς, καὶ κήποις. Εἰ δὲ παρὰ τῶν κληρικῶν προτραπέντες, καὶ ὅρκον ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ λαβόντες, μὴ ἀποθῶνται τὰ ὅπλα, δι'

TITULUS XII.

De his qui ad ecclesias confugiunt, et clamoribus ibi utuntur.

I. Judæus (29), qui fugiendi criminis (30), aut debiti causa (31), Christianizare vult, non suscipiatur prius, quam eum culpæ expertem esse constiterit, et debitum solverit.

II. Qui abstrahit (32) confugientes ad ecclesias, majestatis crimine tenetur.

III. Confugas arma quæcunque habere non oportet, nec intra templum cibum somnumve capere (33). Nam tuto degunt intra primas januas (34) in areis, et porticibus, et balneis, et hortulis. Quod si a clericis admoniti, accepto quoque securitatis causa juramento (35), arma non depo-

Annibalis Fabroti notæ.

(26) *Secundum canones.* Vide Photii *Nomoc.* tit. 2, c. 4.

(27) *Disciplinæ professores.* Sic Julianus edicto præcepit ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset, ut scribit Orosius, lib. VII, c. 30. Vide quæ notavi ad l. 7 c. Th. eod.

(28) *Nec annona publica.* In l. 19 c. Th. annonæ templorum ad milites transferuntur.

(29) Ad immunitatem ecclesiarum pertinet, ut sontes qui ad eas confugerint inde abduci non possint, sed loci reverentia et intercessione defendantur, can. 6, distinct. 87; concil. Arelatens. I, can. 1 et 2; et concil. Aurelian. IV, can. 21, Herardus archiepisc. num. 129: *De reis ad ecclesias, vel ad earum atria confugientibus, ut inde non abstrahantur.* Si qui autem confugas avellere tentaverint, non solum adversus homines iniquissimi, sed et adversus Deum impiissimi erunt. Sic etiam ex principum constitutionibus ecclesiæ præstant confugis securitatem, sive aram salutis, aram misericordiæ, l. 3 c. *De his qui ad eccles. conf.*, (cujusmodi ara fuit etiam Athenis, ut scribit Theoph. ad § *Jus civile, De jur. nat.* Quod tamen non pertinet ad reos majorum criminum, cap. 6, *De imm. ecclesiar.* neque ad eos, qui tristem sententiam passuri sunt, ut est in Capitulari Carol. M. his verbis: *Ut homicidæ et cæteri qui mori legibus debent, si ad ecclesiam confugerint, non excusentur, neque eis ibidem victus detur.* De homicidis vide *Exodi* cap. XXI, et Nov. XVII, cap. 7, et Nov. CXVII, cap. ult. Vide concil. Anglic. p. 620; epist. B. Augustini 187 ad Bonifac. c. 6; extrav. *De immun. eccl. c. Reum.* 17, q. 4.

(30) *Fugiendi criminis.* In l. 1 c. eod. ut evitare possint crimina, id est, accusationes, ἐγκλήσεις, Basil. lib. I, tit. 1, c. 44.

(31) *Aut debiti causa.* In d. l. 1, pondera debitorum. Bas. τὰ βάρη τῶν χρεῶν. *Onus æris alieni.* Creditoribus obnoxii, vel rei criminum ad ecclesiam confugiebant, vel etiam ad Ecclesiam catholicam transibant. De his in conciliis Africanis. Vel denique se in clericorum consortium allegi postulabant. B. Augustinus in Breviculo collationis diei 3, c. 12: *Quidam etiam in eadem epistola facinorosi arguebantur, et fisci debitores, qui occasione persecutionis, vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent, et quasi abluere facinora sua*, etc.

(32) *Qui abstrahit.* Ecclesiæ securitatem præbent confugis, ita ut inde avelli non possint: qui autem abducunt, in crimen majestatis incidunt, et quodammodo deos violare dicebantur: Οὐ μόνον εἰσὶ περὶ ἀνθρώπους. In l. 3 c. eod. vetus codex habet, *fideli denuo præceptione.* In registro Gregorii, lib. X, ep. 54. Zonaras ad can. 97 synodi VI in Trullo.

(33) *Cibum somnumve capere.* Vesci vel cubare d. l. 3.

(34) *Intra primas januas.* Vide l. 3 ibi, et post loca p. c. eod. conjuncta Basil. interp. lib. V, t. 1, c. 11, in pr.

(35) *Securitatis causa juramento.* Hæc sunt in Græca constitutione, non in Latina, l. 3 c. eod. et ita quoque accepit Photius, *Nomocan.* tit. 9, c. 17, ubi in editione priore corrupte legitur p. 94, οἱ γοῦν pro καθῶς ἂν. Adde autem Ægyptæi interpretationi post verbum, *cognitur*, clerici enim sunt. Vigilius papa in epistola encyclica ad Orientales, p. 226.

suerint, per armatos abstrahentur : hoc autem non licet facere sine jussu episcoporum, et defensorum.

A ἐνόπλων ἀποσπῶνται. Τοῦτο δὲ ποιεῖν οὐκ ἔξεστι παρὰ κέλευσιν τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἐκδίκων.

IV. Si servus (36) armatus ad templum confugerit, vel domino tradatur, vel illi, a quo aufugit. Si fretus armis, resistit, domino permittitur, ut eum, quibus id faciundum putarit viribus, abstrahat. Ac siquidem in resistendo fuerit interemptus, noxæ dominus expers est (37).

Δ'. Ἐὰν δοῦλος ἔνοπλος προσφύγῃ ναῷ, παραδιδόσθω τῷ δεσπότῃ, ἢ ἐξ οὗ ἀπέδρα. Εἰ δὲ τοῖς ὅπλοις θαρρῶν ἀνθίσταται, συγχωρεῖται ὁ δεσπότης μεθ' οἵας ἂν νομίσῃ δυνάμεως αὐτὸν ἀποσπᾶν· καὶ ἐὰν ἀνθιστάμενος ἀποθάνῃ, ἀνεύθυνός ἐστιν ὁ δεσπότης.

V. Non licet in ecclesiis conclamationibus uti, vel tumultuari, nec cum multitudine seditionem in civitate movere. Nam is, cui fit injuria, potius quam ut hæc faciat, præsides adeat. Qui contra legem hanc agit, vel seditionem movet ultimo supplicio punitur.

Ε'. Οὐκ ἔξεστιν ἐν ἐκκλησίαις ἐκβοήσεσι κεχρῆσθαι, ἢ θορυβεῖν, οὔτε μετὰ πλήθους ἐν πόλεσι στασιάζειν. Ὁ γὰρ ἀδικούμενος, ἀντὶ τοῦ ταῦτα ποιεῖν, προσίτω τοῖς ἄρχουσιν. Ὁ δὲ παρὰ τὸν νόμον ποιῶν, ἢ κινῶν στάσιν, ἐσχάτως τιμωρεῖται.

VI. Qui confugas abstrahere conatur, supplicio capitali afficitur. Nec alimentis, aut veste, quieteve privandi sunt (38). Ac siquidem in ipsa conspiciantur ecclesia (39), servata locis ipsis reverentia per judicis competentis sententiam commonentur, et responsum dant, quod ipsis dandum videtur. Si latitant in ecclesiæ finibus, per œconomum, vel defensorem, vel enim, cui res ab episcopo commissa fuerit, perquiruntur : et cum inveniuntur, decenter commonentur ; et potestatem habent vel per seipsos, vel per instructos procuratores, in competenti judicio respondendi. Si dilationem interponunt, legitime per edicta citantur, ac siquidem res immobiles habent, earum sive traditio, sive distractio fit, pro quantitate debiti, tam privati, quam publici. Quod si extra ecclesiam res mobiles occultatas habent, per exsecutores perquiruntur, et ex eis fit satisfactio. Sin res eorum in ipsa occultantur ecclesia, per œconomum et defensorem inquiruntur. Quod si sola de aliquo est suspicio, jussu episcopi sui jusjurandum præstat (40). Eadem etiam in fidejussoribus (41), mandatoribus, et rebus eorum, et familiaribus, et sociis, et omnino in iis, qui easdem ob causas obnoxii sunt, ac una cum ipsis ad ecclesias confugiunt, observantur : uti scilicet ex rebus eorum (42) debita solvantur. S vero servi (43), vel aseriptitii,

B Ϛ'. Ὁ τοὺς προσφυγόντας ἐπιχειρῶν ἀποσπάσαι κεφαλικῶς τιμωρεῖται. Οὐ δεῖ δὲ αὐτοὺς στερεῖσθαι τροφῆς, ἢ ἐνδύματος, ἢ ἡσυχίας. Καὶ εἰ μὲν ἐντῇ ἐκκλησίᾳ φαίνονται, τῆς τιμῆς φυλαττομένης τοῖς τόποις, ὑπομιμνήσκονται ψήφῳ τοῦ προσφόρου δικαστοῦ, καὶ διδόασι τὴν νομιζομένην αὐτοῖς ἀπόκρισιν· εἰ δὲ λανθάνουσιν ἐν τοῖς ὅροις, ἀναζητοῦνται διὰ τοῦ οἰκονόμου, ἢ τοῦ ἐκδίκου, ἢ τοῦ ἐπιτρεπομένου παρὰ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ εὑρισκόμενοι, εὐσχημόνως ὑπομιμνήσκονται, καὶ ἄδειαν ἔχουσιν ἢ δι' ἑαυτῶν, ἢ δι ἐντολέων, instructos, ἐν τῷ προσφόρῳ δικαστηρίῳ ἀποκρίνασθαι. Εἰ δὲ ὑπερτίθενται, νομίμως edictis καλοῦνται· καὶ εἰ μὲν ἔχωσιν ἀκίνητα, παραδίδονται, ἢ πιπράσκονται πρὸς τὸ ποσὸν τοῦ χρέους ἰδιωτικοῦ τε καὶ δημοσίου· εἰ δὲ καὶ C ἔχωσιν ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας κινητὰ κεκρυμμένα, ζητοῦνται διὰ τῶν ἐκδιδαστῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν τὸ ἱκανὸν γίνεται. Εἰ δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κρύπτονται τὰ αὐτῶν, ζητοῦνται διὰ τοῦ οἰκονόμου καὶ τοῦ ἐκδίκου. Εἰ δὲ περί τινός ἐστι μόνη ὑπόνοια, κελεύσει τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ ὀμνύει. Ταῦτα καὶ ἐπὶ ἐγγυητῶν, καὶ μανδατόρων, καὶ πραγμάτων αὐτῶν, καὶ οἴκων καὶ μετοχῶν, καὶ ὅλως τῶν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐνεχομένων· φυλάττονται τῶν σὺν αὐτοῖς προσφευγόντων· ὥστε καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἀποδοθῆναι τὰ χρέη. Εἰ δὲ δοῦλοι, ἢ ἀναπόγραφοι, ἢ κολωνοί, ἢ ἀπελεύθεροι, μετὰ πραγμάτων ἢ

Annibalis Fabroti notæ.

(36) *Si servus.* Justinianus in Aurea Bulla majori Ecclesiæ concessa : Δοῦλος, μάτην τῇ ἐκκλησίᾳ προσχωρήσας, ἀξίως παιδευέτω, καὶ τῷ ἰδίῳ διδόσθω κυρίῳ : *Servus qui temere ad ecclesiam confugerit, pro dignitate castigetur, et domino suo restituatur.*

(37) *Noxæ dominus expers est.* In l. 3 c. eod. nulla erit ejus noxa, nec conflandi criminis relinquetur occasio. Sic legitur in Brodæi codice. Basilica : Κἂν μαχόμενος τελευτήσῃ, ἀνεύθυνος ὁ ἐπαλθὼν ἔστω δεσπότης. *Et si in pugna interimatur, insons esto dominus, qui eum ei adortus est,* lib. v, tit. 1, c. 13.

(38) *Quieteve privandi sunt.* Ἢ ἡσυχίας ἢ ὕπνου κωλύονται· *Aut quiete aut somno prohibentur.* Bas.

(39) *In ipsa conspiciantur Ecclesia.* Hinc defendi potest lectio d. l. 6 ibi, *Appareant in ecclesia publice ;* quanquam in quibusdam libris hæc absint : vel enim apparent in ecclesia publice, vel in finibus ecclesiasticis latitant, ut mox subjicitur.

D (40) *Jussu episcopi sui jusjurandum præstat.* Ex his intelliges, verba illa d. l. 6, § 1 : *De sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antistitis jubeatur.*

(41) *Eadem etiam in fidejussoribus.* In d. l. 6, sic legendum est ex vet. cod. *In fidejussorum vel mand. seu rer. ad eos pert. vel fam. et soc. vel participum, et omnimodo in hisdem causis obn. pers.*, etc.

(42) *Uti scilicet ex rebus eorum.* Ex hoc loco corrigenda est l. 6, § 1, eod. ibi, *Ut eorum quoque bonis publica debita*, etc., et legendum, *ut ex eorum.* Sic in Basilicis d. tit. 1, c. 14 : Ἐκ τῶν τούτοις ὑπαρχόντων, *ex eorum bonis.*

(43) *Si vero servi.* Ib. d. l. 6 additur, *Conquassatis rebus certis atque subtractis*, etc. Basilica d. c. 14 : Ἀποσυλήσας τινὰ τῶν πραγμάτων τοῦ δεσπότου, ἢ διαφθείρας : *Subtractis quibusdam rebus domini, aut corruptis.*

χωρὶς προσφύγωσιν, ἀποδίδονται παραχρῆμα, ἢ A σωφρονιζόμενοι πρὸς τὸ ἁμάρτημα καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν· ὥστε μὴ καὶ τοὺς ἔχοντας αὐτοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς ἀπουσίας βλάπτεσθαι, μήτε αὐτοὺς ἐπὶ βλάβῃ τῆς ἐκκλησίας ἐκ τῆς δαπάνης τῶν πτωχῶν ἀποτρέφεσθαι. Δεῖ δὲ τὸν οἰκονόμον καὶ τὸν ἔκδικον ἀναζητεῖν τοὺς προσφεύγοντας, καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ διδάσκειν τοῖς ἄρχουσιν ἢ οἷς ἀνήκουσιν· ὥστε τὰ τῷ δικαίῳ συμβαίνοντα γενέσθαι. Ἡ διάταξις οὐκ ἔχει χώραν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Τὰ γὰρ ἐν αὐτῇ συμβαίνοντα, ὡς ἂν ἐθέλοι ὁ βασιλεὺς διατίθησιν.

Ζ'. Ὁ ἔχων ἀγωγὴν ἢ πρᾶγμα πρός τινα μὴ θορυβείτω τὰς ἐκκλησίας δι' ἑαυτοῦ ἢ δι' ἑτέρου· ἀλλὰ προσίτω τοῖς ἄρχουσιν. Εἰ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ ἁμαρτήμασι χρῄζει, διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτὸν διδασκέτω. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν σωφρονίζεται. B

Η'. Ὁ τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν ἐν ἑορτῇ προϊόντος ἐκβοήσασι χρώμενος ἐκπίπτει τοῦ πράγματος, καὶ διὰ τοῦ ἐπάρχου ἐκβαλλόμενος, σωφρονίζεται. Ὁ δὲ διὰ δυνατὸν πρόσωπον τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγων διδασκέτω τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἐκκλησιεκδίκων.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. κ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Si qua.* Τὰ ἐπὶ τοῖς προσφεύγουσιν εἰς τὰς ἐκκλησίας βέβαια ἔστω προνόμια.

Βιβ. α', τίτ. μθ', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Nemo.* Ὁ ἄρχων μετὰ διαδοχὰς ὀφείλει ν' ἡμέρας ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ποιεῖν, μὴ κρυβόμενος ἐντὸς τῶν ἑπτὰ ὅρων. C

Βιβ. ι', τίτ. ιθ', διάτ. η', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Θεσπίζομεν.* Περὶ τῶν προσφευγόντων ταξεωτῶν ἢ πολιτευομένων, ὅπως δεῖ αὐτοὺς ἀπαιτεῖσθαι τὰς δημοσίους εἰσφορὰς, φησὶν ἡ διάταξις παρακελευσαμένη μηδένα καταβάλλειν ἐπ' αὐτοὺς τὰς συντελείας, εἰ μὴ ἐξωμοσιάσωσιν. Ἐπὶ γὰρ τοὺς προσφεύγοντας ἢ ἄλλως κρύβοντας ἑαυτοὺς, οὐδεμίαν βούλεται γίνεσθαι παρὰ τῶν συντελεστῶν ἐπ' αὐτοὺς καταβολήν.

ΤΙΤΑΟΣ ΙΓ'.

Περὶ τῶν ἐν ἐκκλησίαις ἐλευθερουμένων. D

Ἑρμηνεία Α'. Καλῶς τις τὸν ἴδιον δοῦλον ἐν

vel coloni, vel liberti, cum rebus, aut absque rebus, ad ecclesias confugerint, confestim traduntur (44), et pro modo delicti, proque ratione disciplinæ ecclesiasticæ, castigantur: ne ii, quorum sunt, ex ipsorum absentia damnum capiant; nec ipsi ad ecclesiæ detrimentum, ex sumptu pauperum alantur. Debent autem et œconomus et defensor in eos, qui ad ecclesias confugiunt, et in causas eorum inquirere; atque præsides, vel illos ad quos personæ causæque pertinent, instruere, ut æquitati (45) convenientia fiant. Cæterum hæc constitutio Constantinopoli locum non habet. Nam quæ illa in urbe accidunt, imperator arbitratu suo disponit.

VII. Qui actionem (45*) vel negotium adversus aliquem habet, non turbet ecclesias per seipsum, vel per alium; sed præsides adeat. Quod si ei propter admissa quædam, opus ipso sit imperatore, archiepiscopi opera ipsum instruat. Qui secus facit, castigatur.

VIII. Qui, procedente in aliquo festo Majorem ad Ecclesiam imperatore, conclamationibus utitur, et ipsam causam amittit (46), et per præfectum urbis pellitur, atque castigatur. Qui vero propter aliquam personam potentem, ad ecclesiam confugit, imperatoriam majestatem tam patriarchæ (47) quam ecclesiæ defensorum opera instruat.

Tituli 12 paratitla.

Libri I. tit. 3, constit. 22, cujus initium: *Si qua.* Quæ nomine confugientium ad ecclesias concessa sunt privilegia, firma sunto.

Lib. I, tit. 49, constit. 1, cujus initium: *Nemo.* Præses, postquam ei successum est, quinquaginta dies in provincia sic debet exigere, ut intra terminos religiosos non occultetur.

Lib. X, tit. 19, constit. 10 (48), cujus initium: *Θεσπίζομεν.* De confugientibus ad ecclesias apparitoribus, vel curialibus, disserit hæc constitutio quomodo sint ab eis exigenda tributa publica; præcipiens, ne quisquam collationes super eos solvat nisi hoc ipsum publicaverint. Nam super illos, qui ad ecclesias confugiunt, vel alio quo modo semet occultant, nullam fieri vult a collatoribus solutionem.

TITULUS XIII.

De his qui in ecclesiis manumittuntur.

1. Recte quis (49) servum suum in ecclesia ca-

Annibalis Fabroti notæ.

(44) *Confestim tradantur.* Additur in d. l. 6: *Ad locum statumque proprium revertantur, rebus quas secum habuerint, reformandis: diutius enim eos intra Ecclesias non convenit commorari.* Sic legitur in Brodæi codice. Basilica: Εἰς τὸν τόπον ὡρισμένον καὶ οἰκεῖον ὑποστρεφέτωσαν. *Ad locum statutum et proprium revertantur,* ut ita videantur legisse in d. l. 6, in qua tamen nihil mutandum est, ad statum enim proprium reverti dicuntur servi, coloni, ascriptitii, familiares sive liberti, de quibus antea actum est.

(45) *Ut æquitati.* Sic legendum in d. l. 6. Cum hac epitoma confer caput 13. d. tit. 1.

(45*) Hæc et proxime sequens epitoma hic tantum exstant; leges integræ perierunt.

(46) *Causam amittit.* Licet bonam causam habere videatur, Basilica d. tit. 1, cap. 16.

(47) *Patriarchæ.* Διὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, *per archiepiscopum,* Basil. c. eod.

(48) Lib. X, tit. 19, const. 10. In libro Peiresc. legitur, διατ. η', constit. 8.

(49) De hac manumissione Africani Patres in cod. can. Eccles. Afric. canone 64; Balsamon in synodo Carthaginiensi can. 67 et 85; concilium Anglicanum Berghamstedæ can. 9: *Si quis servum suum ad aliare manumiserit, liber esto, et habilis sit ad gaudendum hæreditate et virgildo, et fas sit ei ubi volet sine limite versari.* Manumissionis autem formula hæc exstat apud Ivonem Carnot. sexta parte c. 131.

tholica, populo et sacerdotibus præsentibus, manumittit; et propter memoriam, vice actorum, qualiscumque fit scriptura, quæ ab episcopis subsignatur. Ipsi etiam episcopi, prout volunt (50) dant vel relinquunt libertates: modo tamen eorum voluntas manifesta fiat.

A καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἱερέων παρόντων ἐλευθεροῖ, καὶ διὰ μνήμην ἐν τάξει ὑπομνημάτων, οἱαδήποτε γραφὴ γίνεται, φέρουσα τῶν ἐπισκόπων ὑπομείωσιν [f. ὑποσημείωσιν]. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ ἐπίσκοποι, ὡς ἂν θέλωσι, διδόασιν ἢ καταλιμπάνουσιν ἐλευθερίας· ὥστε μέντοι δηλωθῆναι τὴν γνώμην αὐτῶν.

II. Qui in ecclesia, episcopo et universo populo præsente, manumittitur, fit civis Romanus. Clericus autem, si vel in extrema voluntate dederit, vel quibuscunque verbis dari libertatem præceperit, facit, ut directa libertas ex ipso die publicati testamenti competat.

Β'. Ὁ ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς παρόντος ἐλευθερούμενος, Ῥωμαῖος γίνεται· ὁ δὲ κληρικὸς, καὶ ἐν τελευταίᾳ βουλήσει ἢ ῥήμασιν οἱοισδήποτε ἐπιτρέψῃ ἐλευθερίαν δοθῆναι, directam ἀρμόσαι ποιεῖ ἐξ αὐτῆς τῆς ἡμέρας δημοσιευθῆναι τὴν βούλησιν.

Tituli 13 paratitla.

Καὶ ὅσα παράτιτλα.

Lib. I. tit. 3, constit. 54, cujus initium: *Deo nobis.* Servus, qui pagano, vel Judæo, vel Samaritæ, vel hæretico servit, tametsi necdum Christianus est, nunc autem Christianus fieri vult; statim atque sigillum [*baptismi scilicet*] acceperit, in libertatem eripitur; nec potest ipsum dominus ejus in servitutem reducere, licet etiam is postea Christianus factus fuerit.

Βιβ. α', τίτ. γ', διάτ. νδ', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Deo nobis.* Ὁ δοῦλος Ἕλληνι, ἢ Ἰουδαίῳ, ἢ Σαμαρείτῃ, ἢ αἱρετικῷ δουλεύων, εἰ καὶ μή ἐστι Χριστιανὸς, βούλεται δὲ νῦν γενέσθαι, ἅμα τῷ σφραγισθῆναι εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεται, μὴ δυναμένου τοῦ δεσπότου αὐτοῦ τοῦτον ἀναδουλοῦν, εἰ καὶ αὐτὸς μετὰ ταῦτα Χριστιανὸς γέγονε.

Lib. VII, tit. 15, constit. 1, cujus initium: *Sancimus.* Capite secundo tradit hæc constitutio; posse filium mandato patris servos suos in ecclesia manumittere.

Βιβ. α', τίτ. ιε', διάτ. α', ἧς ἡ ἀρχὴ, *Sancimus.* Ἐν τῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ φησὶν ἡ διάταξις ὅτι δύναται ὁ υἱὸς κατὰ μανδάτου τοῦ πατρὸς τοῦ ἑαυτοῦ οἰκέτας ἐν ἐκκλησίᾳ ἐλεύθερους.

Annibalis Fabroti notæ.

(50) *Prout volunt.* Id est, ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, *in scriptis et sine scriptis.* Basilic. lib. XLVIII, tit. 14, cap. 2, dummodo constet de manumissoris voluntate.

LIBER SECUNDUS.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ

ΤΩΝ ΣΠΟΡΑΔΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΔΙΓΕΣΤΟΙΣ ΚΑΙ ΙΝΣΤΙΤΟΥΤΟΙΣ ΚΕΙΜΕΝΩΝ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΝ ΤΟΠΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΓΙΝΟΜΕΝΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΠΛΗΜΜΕΛΟΥΜΕΝΩΝ· ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΙΕΡΕΩΝ, ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ ΚΑΙ ΘΥΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΠΑΓΟΝΤΩΝ ΤΙΝΑΣ ΠΡΟΣ ΑΠΗΓΟΡΕΥΜΕΝΗΝ ΘΡΗΣΚΕΙΑΝ· ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΠΟΣΤΡΟΦΗΣ ΠΑΙΔΩΝ, ΓΕΡΟΝΤΩΝ, ΚΑΙ ΑΣΘΕΝΩΝ.

COLLECTIO

SPARSIM EXPOSITORUM IN DIGESTIS, ET SANCTIONIBUS PRINCIPUM, ET INTRODUCTORIIS LEGIBUS, SIVE INSTITUTIS, DE REBUS DEQUE LOCIS SACRIS, ET DE HIS QUÆ IN EIS FACTA SUNT, ET QUÆ IN EIS COMMITTUNTUR: ET DE SACERDOTIBUS, ET SACRIFICIIS, ET JUDÆIS: ET DE HIS QUI ALIQUOS AD PROHIBITAM RELIGIONEM ADDUCUNT: ET DE PUERORUM, SENUM AC INFIRMORUM ALIMENTIS.

De rebus et locis sacris, et de his, quæ in eis facta sunt, et quæ in eis committuntur.

Περὶ ἱερῶν τόπων τε καὶ πραγμάτων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς γινομένων τε καὶ πλημμελουμένων.

Digestorum lib. I, tit. 8, digestum primum Gaii.

Βιβ. α', τίτ. η', δίγεστον α' Γαΐου. Τὰ σάκρα

θείου δικαίου εἰσὶ, καὶ ὑπ' οὐδενὸς δεσπόζονται. Σάκρον δὲ πρᾶγμά ἐστι τὸ δημοσίᾳ ἀνιερωθέν. Τὰ γὰρ ἰδιωτικὰ οὐκ εἰσὶ σάκρα, ἀλλὰ βέβηλα· εἰ δὲ καταπέσῃ τὸ οἰκοδόμημα, μένει σάκρος ὁ τόπος, ὡς Μαρκιανοῦ δίγεστ. ς'. Καθιεροῦνται δὲ τὰ σάκρα καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν χωρίοις. Δημόσιος δὲ τόπος παρὰ κέλευσιν βασιλέως οὐ γίνεται σάκρος, ὡς Μαρκιανοῦ καὶ Οὐλπιανοῦ δίγεστον ἡ' καὶ θ'. Τὸ δὲ σάκρον ἀδιατίμητόν ἐστιν, ὡς ὁ Πομπώνιος δίγεστ. ι'. A

Βιβλίον α', τίτλος ις', δίγ. ζ'. Ὁ ἀνθύπατος ἐπιβλεπέτω τὰ ἱερὰ, καὶ παρασκευαζέσθω αὐτὰ φιλοκαλεῖσθαι.

Τίτλος ιη', διγ. ιγ'. Ὁ ἄρχων ζητείτω τοὺς ἱεροσύλους.

Βιβ. ς', τίτ. ιδ', δίγ. ξ', Pomponius. Οὐ καλῶς τις πακτεύει μὴ καθιερῶν τὸν ἴδιον τόπον. B

Βιβ. ς', τίτ. α, δίγ. κγ'. Pauli. Τὰ σάκρα ἐκδικεῖν ὡς ἡμέτερα οὐ δυνάμεθα.

Βιβ. η', τίτ. α', δίγ. ιδ' Pauli. Τόπου παρεντιθεμένου, καί τοι ἐμποδίζεται. Δουλεία γὰρ διὰ τοιούτου τόπου οὐ συνίσταται.

Β.β. ι', τίτ. β', δίγ. δ' Οὐλπιανοῦ. Τὰ κληρονομιαῖα δικαιώματα μετὰ τῆς ἐν τῷ ῥητῷ διαστίξεως ἢ κατὰ ψῆφον ἢ συναίνεσιν τῶν κληρονόμων ἐν ναῷ ἀποτίθενται.

Βιβ. ια', τίτ. δ', δίγ. α' Οὐλπιανοῦ. Τοὺς φυγάδας δούλους συλλαμβανομένους ἀσφαλῶς δεῖ φυλάττεσθαι, καὶ ἐν ναῷ προσγράφεσθαι τὰ ὀνόματα αὐτῶν, καὶ τίνων ἑαυτοὺς λέγουσι. καὶ τὰ σημεῖα αὐτῶν, τυχὸν εἰ ὠτειλὰς ἔχουσιν. C

Βιβ. ια', τίτ. ζ', δίγ. λς', Pomponius. Τὰ σάκρα γενόμενα ὑπὸ τοὺς πολεμίους παύονται εἶναι τοιαῦτα· ὥσπερ ὁ ἐλεύθερος δουλωθείς· ἀπολυθέντα δὲ τῆς συμφορᾶς, ἀναλαμβάνουσι τὴν προτέραν κατάστασιν διὰ τῆς ὑπογραφῆς.

Βιβ. ιβ', δίγ. ε', Ulpianus. Πᾶς ὑποθεμιτὸς ὅρκος ἐξ ἐπαγωγῆς ὀμνύμενος φυλάττεται, καὶ ὃν τις ὁμόσῃ κατὰ τῆς ἰδίας θρησκείας.

Δίγεστον λγ', Ulpianus. Ὁ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὀμνὺς δοκεῖ μὲν ὀμνύναι κατὰ τοῦ Θεοῦ·

Res sacræ divini juris sunt, nec in ullius sunt dominio. Sacra vero res (51) est, quæ publice est consecrata. Nam privatæ res, non sunt sacræ, sed profanæ. Quod si corruerit ædificium, locus sacer manet, ut tradit Marciani digestum sextum. Cæterum sacræ res dedicantur et in civitate et in agris. Locus autem publicus absque jussu imperatoris non fit sacer, ut est in Marciani et Ulpiani digesto 8 (52) et 9. Sacra vero res inæstimabilis est, ut ait Pomponius digesto 10.

Lib. I. tit. 16, digesto 7. Ædes sacras proconsul inspiciat, et curet eas expoliri (53).

Tit. 18, digesto 13. Præses sacrilegos conquirat.

Lib. II, tit. 14, digesto 60. Pomponius. Non recte quis paciscitur, ne locum suum dedicet.

Lib. VI, tit. 1, digestum 23 Pauli. Quæ sacra sunt, vindicare tanquam nostra non possumus.

Lib. VIII, tit. 1, digestum 14 Pauli. Cum locus sacer interponitur, etiam iter impeditur. Nam servitus per ejusmodi locum non consistit.

Lib. X, tit. 9, digestum 4 Ulpiani. Tabulæ testamenti, cum eorum distinctione, quæ in textu exponitur, vel per decretum (54) vel consensum hæredum, in templo reponuntur.

Lib. XI. tit. IV. digestum 1 Ulpiani. Servos fugitivos, qui apprehenduntur, tuto custodiri oportet, ac in templo (55) eorum ascribi nomina, et quorum esse se dicant; itemque notas eorum (56), puta, si cicatrices habeant.

Lib. XI, tit. 7, digesto 36, Pomponius. Loca sacra, cum in hostium potestatem veniunt, desinunt esse talia (57), sicut homo liber, in servitutem redactus. Liberata vero ab hac calamitate, statum pristinum per jus postliminii recipiunt.

Lib. XII, tit. 2, digesto 5, Ulpianus. Omne licitum jusjurandum, quod delatum præstatur, servari debet; licet aliquis per superstitionem (58) suam juraverit.

Digesto 33, Ulpianus. Qui per salutem suam juravit, per Deum quidem jurare videtur: sed si

Annibalis Fabroti notæ.

(51) *Sacra vero res.* Res Deo dedicata non recipit æstimationem, Græci ad l. 9 D, eod. Bas. lib. XLVI, tit. 3, c. 7.

(52) Digest. lib. I, t. VIII. *Ut est in Marciani*, dig. 8. In libris nostris Marcianus in l. VIII *D. de rer. divis.* non agit de rebus sacris.

(53) Lib. I. t. 16, *Expoliri*, φιλοκαλεῖσθαι, *reficí.*

(54) Lib. X, *Per decretum.* Κατὰ ψῆφον. per suffragium, l. 5, D. eod.

(55) Lib. II, *Ac in templo.* Καὶ ἐν ναῷ προσγράφεσθαι· et in æde ascribi eorum nomina. Itaque in l. 1. D. *De fugit.* legendum videtur, *vel in æde proponas.* Basilica lib LX, tit. 7, c. 1, in fine, καὶ προγράφεσθαι ταῦτα ἐν ναῷ ἢ τόπῳ δημοσίῳ· mallem, προσγράφεσθαι, ut hic: *Et eas ascribere in templo, vel loco publico.*

(56) *Itemque notas eorum.* Bas. loco citato: Καὶ τῶν σημείων τυχὸν, εἰ ὠτειλὰς ἔχουσι. Cujac. *Et notis forte, si cicatrices habeant.* Puto ita distinguendum: Σημείων, τυχὸν εἰ ὠτ. *Et notis, forte si c. h.* Notæ autem fugitivorum proponebantur, puta, nigro colore, crispis capillis. Vide Galenum, *De dignosc. pulsib.* lib. I.

(57) *Desinunt esse talia.* Cicero in Verrem: *Sacra Syracusarum victoria profana fecerat.* Item: *Has tabulas M. Marcellus cum omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen religione impeditus non attigit.*

(58) Lib. XII. *Per superstitionem.* Sic etiam Bals. ad can. 94 syn. 4 in Trullo, et in scholiis ad tit. 13 *Nomoc.* c. 19. Hoc autem intellige cum improbata religio non est, ut puta Manichæorum, aut Donatistarum, aut quæ alia prohibita in republica religio, Græci ad l. D. *De jurejur.* Basilic. lib. XXII, tit. 5.

jusjurandum ita non sit ei delatum, denuo jurat (59). Cæterum totus iste titulus de juramentis tractat.

Lib. XVI, tit. 3, digesto 1, Ulpianus. Si quidam de hæreditate defuncti contendant (60), nec eorum aliquis illi caveat, qui apud se rem depositam habet, non cogitur depositarius, ut conveniri se patiatur, sed rem in templo deponit, donec de hæreditate judicatum fuerit.

Digestum 5 Pauli (61). Quod depositum est apud sequestrum (62), ex justa causa, judicis arbitratu, in templo deponitur.

Lib. XVII, tit. 2, digesto 63, Pomponius. Si res communis consecrata fuerit, solvitur (63) ejus nomine contracta societas.

Lib. XVIII, tit. 1, digestum 5 Pauli. Constat emptio rei sacræ, si emptor ignoret esse rem sacram. Sin autem novit (64), non constat, ut ait Pomponius.

Digesto 6. Qui per ignorationem, rem sacram, quasi privatam, emit, licet emptio non constet (65), tamen actionem ex empto adversus venditorem habet; ut consequatur id, quod ejus intererat, ne deciperet. Sic ait Modestinus digesto 62.

Eodem titulo, digestum 22 (66), Ulpianus. Non est supervacuum ita pacisci : *Si quid sacrum sit, ejus nihil venisse.* Nam hoc ad exigua loca pertinet. Quippe si deprehensum fuerit, omnino sacrum esse, non valet emptio. Sed et quod solutum est, repetit emptor. Cæterum non computantur in modum fundi (67) venditi loca sacra fundo conjuncta, nisi hoc aperte sit indicatum, quemadmodum Paulus ait digesto 51.

Dig. 73, Papian. Etiamsi locus sacer dirutus sit, non fit profanus, neque venditur.

Lib. XXI, tit. 1, digesto 17 (68). Servis confugere ad asyli loca licet, ac postulare ut emantur.

Lib. XXIV, tit. 1, digestum 5 (69), Ulpianus.

εἰ δὲ μὴ οὕτως ἐπενεχθῇ, ἀνωθεν ὀμνυσιν. Ὅλος δὲ ὁ τίτλος περὶ ὅρκων διαλαμβάνει.

Βιβ. ις', τίτλος γ', δίγεστον α', Οὐλπιανός. Ἐὰν φιλονεικῶσί τινες περὶ τοῦ κλήρου τοῦ τελευτήσαντος, καὶ μὴ ἀσφαλίζηταί τις αὐτῶν τὸν ἔχοντα δεπόσιτον, οὐκ ἀναγκάζεται ὁ δεποσιτάριος ἐναχθῆναι, ἀλλ' ἀποτίθεται τὸ πρᾶγμα ἐν ναῷ, ἕως οὗ τὰ περὶ τῆς κληρονομίας κριθῇ.

Δίγεστον ς' Pauli. Σὸ παρατεθὲν μεσίτῃ sequestro, ἐξ εὐλόγου αἰτίας κατὰ δοκιμασίαν τοῦ δικαστοῦ ἐν ναῷ ἀποτίθεται.

Βιβ. ιζ', τίτλος β', δίγεστον ξγ', Pomponius. Ἐὰν ἀνιερωθῇ τὸ κοινὸν πρᾶγμα, λύεται ἡ ἐπ' αὐτῷ κοινωνία.

Βιβ. ιη', τίτλος α', δίγεστον ε' *Pauli*. Τοῦ σάκρου πράγματος ἀγορασία συνίσταται, ἐὰν ἀγνοῇ ὁ ἀγοραστὴς σάκρον αὐτὸ εἶναι. Εἰ δὲ γινώσκει, οὐ συνίσταται, ὡς ὁ Πομπώνιος.

Δίγεστον ς'. Ὁ ἐν ἀγνοίᾳ τὸ σάκρον ὡς ἰδιωτικὸν ἀγοράζων, εἰ καὶ μὴ συνίσταται ἡ πρᾶσις, ὅμως ἔχει κατὰ τοῦ πράτου τὴν ἐξέμπτο, εἰς ὅπερ αὐτὸ διέφερε μὴ ἀπατηθῆναι, ὡς ὁ Modestin. διγέστῳ ξβ'.

Βιβ. τὸ αὐτὸ, καὶ τίτλος, δίγεστον κβ', Ulpianus, Οὐκ ἔστι περιττὸν συμφωνεῖν, ὡς *Ἐάν τί ἐστι σάκρον, μηδὲν αὐτοῦ πεπρᾶσθαι.* Τοῦτο γὰρ πρὸς μικροὺς ἀνήκει τόπους· εἰ γὰρ εὑρέθη ὅλως σάκρος, οὐκ ἐῤῥωται ἡ πρᾶσις, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθὲν ῥεπετιτεύει ὁ ἀγοραστής. Οὐ λογίζονται δὲ εἰς τὸ μέτρον τοῦ πραθέντος ἀγροῦ οἱ συνημμένοι αὐτῷ σάκροι τόποι, εἰ μὴ τοῦτο ῥητῶς ἔδοξεν, ὡς Παῦλος δίγ. να'.

Δίγ. ογ', Παπιανός. Καὶ πεσόντος τοῦ σάκρου, ὁ τόπος οὐ γίνεται βέβηλος· ὅθεν οὐδὲ πωλεῖται.

Βιβ. κα', τίτ. α', δίγ. ιζ'. Ἔξεστι τοῖς δούλοις προσεύγειν ἀσύλοις τόποις, καὶ ἐξαιτεῖν πρᾶσιν.

Βιβ. κβ', τίτ. α', δίγ. ε'. Οὐλπ. Καλῶς ὡρισθαι

Annibalis Fabroti notæ.

(59) Dig. 33, *Denuo jurat.* Ut scilicet delatum est jusjurandum, Græci ad d. l. 33.

(60) Lib. XVI, *Contendant.* Utroque dicente se defuncti hæredem esse ex asse, et unus offerat cautionem de depositario defendendo adversus alterum, depositum ei restitui debet. Si nullus offerat cautionem, neutri reddenda res est, sed interim dum de hæreditate disceptabitur, in æde aliqua res deponi debet.

(61) Digestum 5 *Pauli*, Ulpiani. Sed in auctorum nominibus frequenter errant Græci.

(62) *Apud sequestrum.* Si velit sequester officium quod suscepit deponere.

(63) Lib. XVII. *Solvitur.* Res enim conditionem mutavit.

(64) Lib. XVIII. *Sin autem novit.* Alienatio non est, si scias ejus rei alienationem prohibitam esse. Lege igitur in l. 6 *De contr. empt. Nec cujuscunque rei, si scias, alienationem esse.* Ei qui scieus emit non subvenitur; ipse enim se circumvenit.

(65) Dig. 6. *Licet emptio non constet.* Secundum plurium sententiam rei sacræ emptio intelligitur, si ab ignorante ematur, non ut res alienetur, sed ut ex empto agat, ut consequatur quod ejus interfuit non decipi, l. IV et VI, l. 62, § 1 et l. 70. D. *De contr. empt.* Sic ea res explicanda est.

(66) *Eodem titulo digest.* 22. Utilis pactio est si res modica sit, quia loci modici emptio valet, et accedit emptioni majoris partis : nisi nominatim venditioni hæc lex dicta sit, id est exceptus sit locus sacer vel religiosus. Nulla autem emptio est, si res quæ venit omnino sacra vel religiosa sit, l. 22 et 24.

(67) *Non computantur in modum fundi.* Fac venditorem fundi sui modum dixisse, puta decem jugerum esse, loca sacra vel religiosa non cedent in modum fundi : nisi si id actum sit ut cederent, l. 51 D. *De cont. empt.* et l. 7, § 1. D. *De peric. et comm. rei vend.*

(68) Lib. XII, t. 1, dig. 17. Se venales postulant qui veniunt in locum certum, ubi venales producuntur.

(69) Lib. XXIV, t. 1, dig. 5, Ulp. In l. 5, § *Proinde, D. de donat. int. vir. et uxor.* Perperam additur τὸ *ut*, quod abest a *Pand. Florent.* Hoc ait IC. valere donationem si maritus uxori rem donaverit ut eam Deo offerret, vel locum in quo opus publicum quod promiserat facere, dedicaret, vel ædem

τῇ γαμετῇ μου πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ προσάγειν αὐτὸ τῷ Θεῷ, ἢ τόπον, ἐφ' ᾧ ποιῆσαι ναὸν ἐν αὐτῷ. Καὶ γίνεται ὁ τόπος ἱερός.

A Recte dono rem aliquam uxori meæ, ut offerat eam Deo : vel locum aliquem, ut in eo templum faciat. Et locus ille fit sacer.

Βιβ. κδ', τίτ. α', δίγ. ξα'. Gaius. Καλῶς τι δωρεῖται τῷ συνοίκῳ repudii causa. Πολλάκις γὰρ διὰ ἱερωσύνην συμφέρει τὸν γάμον λυθῆναι bona gratia.

Lib. xxiv, tit. 1, digesto 61 (70), Gaius. Recte quid donatur conjugi, repudii causa. Nam sæpe propter sacerdotium (71) expedit matrimonium dissolvi bona gratia.

Βιβ. κζ', τίτ. ιδ', δίγ. ιβ', Marcianus. Ὁ τοῦ μαινομένου κουράτωρ οὐ δύναται πρᾶγμα αὐτοῦ καθιεροῦν.

Lib. xxvii, tit. 10, digesto 12. Marcianus. Curator furiosi non potest rem furiosi dedicare.

Βιβ. λ', δίγ. λθ'. Ὁ σάκρα ληγατεύων μαίνεσθαι δοκεῖ, καὶ οὔτε τὸ τίμημα αὐτῶν δίδοται· ἐπειδὴ οὐδὲ ὅλως πωλεῖται.

Lib. xxx, digesto 39. Qui sacra legat, furere videtur; nec vel æstimatio eorum præstatur. Quippe omnino non distrahuntur.

Βιβ. λα', δίγ' οη' Παπιανοῦ, θέμα κζ'. Ἐὰν δι' ἐπιστολῆς δωρήσωμαι τῷ υἱῷ μου κτῆμα, μὴ χρησάμενος ἐν αὐτῇ ῥήμασι fideicommissi, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐν ἱερῷ παραθῶμαι, καὶ γράψω τῷ ἱερεῖ οὕτως· *Τὸ instrumentum τῆς βουλήσεώς μου θέλω μετὰ τὴν τελευτήν μου δοθῆναι τῷ υἱῷ μου*, καὶ ἀποθάνω ἀδιάθετος ἐπὶ πολλοῖς κληρονόμοις, λαμβάνει ὁ παῖς τὰ ἐν τῇ ἐπιστολῇ κτήματα.

Lib. xxxi, digesto 78, themate 27. Papianus. Si per epistolam filio meo prædia donavero, non usus in ea verbis fideicommissi, atque illam epistolam in æde sacra deposuero, et in hanc sententiam sacerdoti scripsero : *Instrumentum voluntatis meæ; post mortem meam, filio meo tradi volo :* et postea moriar nullo testamento (72) condito, pluribus hæredibus exstantibus ; filius ea prædia, quorum in epistola mentio fit, accipit. B

Βιβ. λγ', τίτ. α', δίγ. κς'. Σκεβόλας. Ἐὰν ληγατεύσω τοῖς ἱεροφύλαξιν ι' νομίσματα δοθῆναι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς αὐτῷ τῷ ἱερῷ, δοκῶ διηνεκῶς τὰ δέκα νομίσματα ἐτήσια καταλιπεῖν.

Lib. xxxiii, tit. 1, digesto 26, Scævola. Si legavero hierophylacibus [hoc est, ædituis] decem solidos, qui solvantur tempore festivitatis eorum (73): eos decem solidos annuos templo videor in perpetuum relinquere.

Βιβ. λγ', τίτ. α', δίγ. ιζ'. Σκεβόλας. Ἐὰν ἀφορίσας δούλους μου εἰς παραφυλακὴν τοῦ παρ' ἐμοῦ κτιζομένου ἱεροῦ, ληγατεύσω αὐτοῖς menstrua cibaria, et annua vestiaria, λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τελευτῆς μου, μέχρις οὗ πληρωθῇ ὁ ναός. Δοῦλοι δὲ μένουσι τοῦ κληρονόμου, οὓς ὁ τεστάτωρ εἰς παραφυλακὴν ἀφιέρωσε τοῦ παρ' αὐτοῦ κτισθέντος ἱεροῦ εἰ μὴ αὐτοὺς ἠλευθέρωσεν· ὡς βιβ. μ', τίτλος ιβ', δίγεστον λε' Παπιανοῦ.

Lib. xxxiv, tit. 1, digesto 17, Scævola. Si deputatis servis meis ad custodiam templi, quod a me exstruitur, legavero menstrua cibaria, et annua vestiaria, accipiunt ea, a tempore mortis meæ, donec templum exstructum fuerit. Manent autem servi hæredis, quos testator ad custodiam exstructi ab se templi (74) consecravit, nisi eos manumisit, quemadmodum libro xl, titulo 12, digesto 35, Papinianus ait. C

Βιβ. λδ', τίτ. β', δίγ. λζ'. Scævola. Ἐὰν εἴπω γενέσθαι σταυροὺς ἀπὸ ρ' λιτρῶν, καὶ ἀνατεθῆναι ἐν τῷδε τῷ ἱερῷ· πάντες δὲ οἱ ἐν τῷ αὐτῷ ἱερῷ ἀργυροῖ καὶ χαλκοῖ εἰσιν, ἀργυροῦς ὁ κληρονόμος ἀναγκάζεται ποιεῖν.

Lib. xxxiv, tit. 2, digesto 37, Scævola. Si dixero in testamento, fieri debere crucem (75) ex libris centum, ac illa in æde sacra reponi ; omnes autem cruces in illo templo argenteæ sint, et æreæ, argenteas hæres facere cogitur.

Βιβ. λε', τίτ. β', δίγ. α' Pauli. Καὶ ἐπὶ τοῖς ληγατευομένοις τῷ Θεῷ, χώρα τῷ Φαλκιδίῳ.

Lib. xxxv, tit. 2, digesto 1, Paulus. Etiam in iis, quæ Deo legantur, locus est legi Falcidiæ (76).

Βιβ. λε', τίτ. β', δίγ. α' Οὐλπιανοῦ. Ἡ περὶ τῆς καινοτομίας παραγγελία χώραν ἔχει, ἵνα μὴ γένηται παρὰ τὸν νόμον ἐν ἱερῷ τόπῳ. D

Lib. xxxix, tit. 2, digesto 1, Ulpianus. Operis novi nuntiatio locum habet, ne quid fiat contra legem in loco sacro.

Annibalis Fabroti notæ.

publicam ; fortasse non male legeretur : in quo opus publicum, quod promiserat, faceret, vel ædem publicam dedicaret.

(70) Lib. xxiv, t. 1, dig. 61. *Bona gratia.* Sine querela et justa causa.

(71) *Propter sacerdotium.* Vide lib. ii, tit. 2, ex lib. xxiv, t. 1, dig. 61.

(72) Lib. xxxi, etc. *Nullo testamento.* Sic etiam legitur infra tit. 2. Cujacius in recital. ad l. 77, § *Donationis, de leg.* 2, legit : *Pluribus hæredibus institutis.*

(73) Lib. xxxiii, t. 1, etc. *Festivitatis eorum. Tempore nundinarum*, l. 20, § 1, D. *de an. legat.* Glossæ Lat.-Gr. nundinarum, ἑορτῶν, πανηγύρεων.

(74) L b. xxxiv, t. 1, etc. *Ad custodiam templi.* V. vett. insc. de servis ad custodiam temp.

(75) Lib. xxxiv, t. 2. *Crucem.* Signum Dei in l. *Titia* 38, § 2. *D. de auro arg.* Glossæ, ζώδιον, signum.

(76) Lib. xxxv, t. 2, etc. *Locus est legi F.* Recte igitur in Florentinis : vel etiam ea quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet, l. 1, § 2 *D. ad leg. Falc.* quam lectionem sequitur Photius, et Theodor.-Balsamon *Nomocan.* tit. 2, c. 1. Quidam tamen interpretes Græci putant d. l. 1 abrogatam esse novella Justiniani cxxx, cap. 12, secundum quam, ut putant, non deducitur Falcidia ex legatis piis : quos refellit Balsamon d. c. 1, quem sequitur Cujac. ad dictam novellam.

Tit. 3, digesto 1, Ulpianus. Locus est actioni aquæ pluviæ arcendæ adversus eum, qui aquam avertit, et agro alieno nocuit, licet aqua in loco sacro oriatur.

Τίτ. γ', δίγ. α' Οὐλπιανοῦ. Χώρα τῇ aquæ pluviæ arcendæ κατὰ τοῦ στρέψαντος τὸ ὕδωρ, καὶ βλάψαντος τὸν ἀλλότριον ἀγρὸν, κἂν ἐν ἱερῷ τόπῳ πίπτηται ὕδωρ.

Digestum 17, Paulus. Cum locus (77) sacer interponitur, servitus non consistit.

Δίγ. ιζ'. Paulus. Σάκρου τόπου παρεντιθεμένου, δουλεία οὐ συνίσταται.

Lib. XL, tit. 7, digestum 4, Paulus. Si hæres absit rei publicæ causa, vel exspectat eum statuliber, vel pecuniam ei e consignatam (78) in templo deponit, et sta im fit liber.

Βιβ. μ', τίτ. ζ', δίγ. δ', Paulus. Ἐὰν ὁ κληρονόμος reipublicæ causa ἀπεστιν, ἢ περιμένει αὐτὸν ὁ στατουλίβερ, ἢ ἀποτίθεται τὰ νομίμως ἐσφραγισμένα ἐν ναῷ, καὶ εὐθέως ἐλευθεροῦται.

Lib. XLI, tit. 2, digesto 30, Paulus. Possidere desinimus locum, qui fit sacer, licet eum non ut talem, sed ut privatum, teneamus.

Βιβ. μα', τίτ. β', δίγ. λα'. Paulus. Παυόμεθα νέμεσθαι, τοῦ τόπου γινομένου σάκρου, κἂν μὴ ὡς τοιοῦτον, ἀλλ' ὡς ἰδιωτικὸν αὐτὸν ἔχωμεν.

Tit. 3, digesto 9, Gaius. Res sacræ non recipiunt usucapionem.

Τίτλος γ', δίγ. θ'. Gaius. Τὰ σάκρα εἰς χρῆσιν οὐ λαμβάνεται.

Lib. XLIII, tit. 1, digesto 1, Ulpianus. Etiam de sacris interdicta competunt. Veluti, ne quid fiat juxta locum sacrum, vel, ut quod factum est, restituatur, quemadmodum Paulus ait digesto 2.

Βιβ. μγ', τίτ. α', δίγ. α' Οὐλπιανοῦ. Καὶ περὶ σάκρων κοινοῦνται ἐντέρδικτα, ὥστε μηδένα γενέσθαι κατὰ τοῦ ἱεροῦ τόπου, ἢ ὥστε τὸ γενόμενον ἀποκαταστῆναι, ὡς Παῦλος διγέστῳ α'.

Tit. 5, digesto 3. Convenitur interdicto de tabulis exhibendis etiam ædilibus (79), qui testamenti tabulas custodiæ causa suscepit.

Τίτλος ε', δίγ. γ'. Ἐνάγεται τῷ de tabulis exhibendis καὶ νεωκόρος λαβὼν ἐπὶ παραφυλακῇ διαθήκην.

Digestum 5, Jabolenus. Si ex ipsis testamenti tabulis nascatur de hæreditate controversia, vel si ad publicam quæstionem pertinet, interdictum de tabulis exhibendis mihi non competit, sed interim in templo deponuntur.

Δίγεστον ε', Jabolenus. Ἐὰν ἐξ αὐτῆς τῆς διαθήκης ἀναφύηται φιλονεικία περὶ κληρονομίας, εἰ ἀνήκει πρὸς δημόσιαν ζήτησιν, οὐχ ἁρμόζει τὸ de tabulis exhibendis, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ ἐν ναῷ τιθέται.

Tit. 6, digesto 1, Ulpianus (80). Non licet aliquid in loco sacro facere, vel in eum immittere, quod ei deformitatem, non ornamentum affert. Cæterum hoc interdictum ad sacraria non pertinet. Custodia vero templorum mandatur iis, qui sacris ædibus sunt præpositi.

Τίτλος ς', δίγ. α', Οὐλπιαν. Οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἢ λαμβάνειν ἱερῷ τόπῳ, ὅπερ ἀμορφίαν καὶ οὐ κόσμον αὐτῷ φέρει. Οὐκ ἀνήκει δὲ τὸ ἐντέρδικτον πρὸς τὰ σακράρια. Ἡ δὲ φυλακὴ τῶν ἱερῶν τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν ἐπιτρέπεται.

Tit. 8, digesto 2, Ulpianus. Non licet juxta locum sacrum ædificare, sed et quod ædificatum est, diruitur (81).

Τίτλος η', δίγεστον β', Οὐλπιαν. Οὐκ ἔξεστι κατὰ τόπου ἱεροῦ κτίζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ κτισθὲν καταλύεται.

Lib. XLIV, tit. 6, digestum 3, Gaius. Non licet rem litigiosam Deo dedicare (82). Et qui hoc fecerit, duplum adversario suo præstat ob eam causam, quod illa potentiori sit adversario tradita, quam esset ipse.

Βιβ. μδ', τίτλος ς', δίγ. γ', Gaius. Οὐκ ἔξεστι τὸ litigioson τῷ Θεῷ καθιεροῦν. Καὶ ὁ τοῦτο ποιήσας δίδωσι τὸ διπλοῦν τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ, ὑπὲρ ὧν δυνατωτέρῳ αὐτοῦ ἀντιδίκῳ παριδόθη.

Tit. 7, digestum 1, Gaius. Inutiliter quis stipulatur de loco religioso.

Τίτλος ζ', δίγεστον α', Gaius. Ἀχρήστως ἐπερωτᾶταί τις τόπον θελιγίοσον.

Lib. XLV, tit. 1, digestum 26, Ulpianus. Inutiliter quis promittit, sacrum se sacrilegium: nec competit inde actio.

Βιβ. με', τίτλος α', δίγ. κς', Οὐλπιαν. Ἀνισχυρῶς ὁμολογεῖ τις ἱεροσυλεῖν, καὶ οὐκ ἁρμόζει ἐκ τούτου ἀγωγή.

Digestum 38, Ulpianus. Recte stipulor, ædem te sacram ædificaturum: et facta (83) hujus operis causa locatio valet.

Δίγεστον λη', Οὐλπιαν. Καλῶς ἐπερωτῶ σε κτίσαι σάκρον· καὶ ἡ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἔργῳ μίσθωσις ἔρρωται.

Annibalis Fabroti notæ

(77) Dig. 17. *Paulus. Cum locus.* Vide supra ex lib. VIII, tit. 1, dig. 14.

(78) Lib. XL, tit. 7, dig. 4. *Ritè consign.* Τὰ νομίμως ἐσφραγισμένα. In Glossis Basilic. legitur, τὰ νομίσματα, *Aureos consignatos*, quod probo. In Leunclavii codice fortasse legebatur, τὰ χρήματα νομίμως ἐσφραγ.

(79) Tit. 5. dig. 3, *Ædituus.* Apud Vestales testamenta deponi solita. Sueton. Aug. c. 101. Tacit. Ann. 1. Plutarch. in Ant. Dio.

(80) Tit. 6, dig. 1, Ulp. Legendum: Οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τῷ ἱερῷ τόπῳ, καὶ ἐμβάλλειν εἰς αὐτὸν ὅπερ.

(81) Tit. 8, dig. 2. *Diruitur.* IC. In l. 2. D. *Ne quid in loco pub.* factum restituere jubemur, id est, diruere, ut hic, et Photii *Nomoc.* tit. 2, c. 1.

(82) Lib. XLIV, tit. 6, dig. 4. *Dedicare.* Phot. *Nomoc.* tit. 2, c. 1.

(83) Dig. 38. *Et facta.* IC. in l. 38, in fi. D. *De verb. oblig.*: *Alioquin nec ex locato agere possumus* Videndus omnino Balsamon *Nom.* d. t. II, c. 1, ubi dilucide id interpretatur.

Δίγεστον πγ', Paulus. Οὐ δυνατὸν σάκρον ἐπερωτᾶν, καὶ εἰ δύναται γενέσθαι ἰδιωτικός. Εἰ γὰρ ἰδιωτικὸν ἐπερωτηθῶ τόπον, καὶ συμβῇ αὐτὸν χωρὶς δόλου καθιερωθῆναι, ἐλευθεροῦμαι· καὶ εἰ συμβῇ ἔκ τινος νόμου πάλιν γενέσθαι ἰδιωτικὸν τὸν τόπον, οὐκ ἐνέχομαι.

Δίγεστον τὸ αὐτό. Οὐ δύναμαι σάκρον ἐπερωτᾶν ὑπὸ αἵρεσιν τὴν *Ὅταν ἰδιωτικὸν γένηται*· ἐκεῖνα γὰρ ἐπερωτᾶν δυνάμεθα, ὅσα κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐρωτήσεως, τῆς χρήσεως, καὶ τῆς δεσποτείας ἡμῶν εἶναι δύναται.

Δίγεστον ια' Pauli. Ἐὰν τὸ ἐπερωτηθὲν πρᾶγμά ἐστι μὲν φύσει, οὐ δύναται δὲ δοθῆναι διὰ τὸ τυχὸν αὐτὸ γενέσθαι σάκρον· εἰ μὲν ἐν καιρῷ τῆς ἐπερωτήσεως, ἢ μετὰ ταῦτα τοῦ ἐπερωτηθέντος ἦν, καὶ οὕτως γέγονε σάκρον, ἐνέχεται, ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ (?) δι' ἑτέρου πωλήσαντος, αὐτὸ γέγονε σάκρον. Εἰ δὲ, τοῦ πράγματος ὄντος ἀλλοτρίου, συμβῇ δι' ἑτέρου σάκρον αὐτὸ γενέσθαι, οὐκ ἐνέχεται ὁ ἐπερωτηθείς, εἰ μὴ μετὰ ποιῆσαι αὐτὸν moram γέγονε τὸ πρᾶγμα σάκρον.

Δίγεστον ρλζ', Venuleius. Οὐκ ἰσχυρῶς ἐπερωτῶ ὑπὸ αἵρεσιν ὑπὸ τοῦ νόμου κεκωλυμένην. Οἷον, *Δίδως, ἐὰν τις πωλήσῃ τὸ σάκρον*, εἰ καὶ δυνατόν ἐστιν ὕστερον ἐναλλαγῆναι τὸ δίκαιον αὐτοῦ.

Βιβ. μζ', τίτ. κβ', δίγ. β', Οὐλπιανός. Οἱ σὺν ὅπλοις κατασχόντες τόπον ἱερὸν ὑπόκεινται ποινῇ. Κινεῖται γὰρ κατ' αὐτῶν ὁ δεμαιεστάτις· ὡς βιβλίον μη', τίτλος δ', δίγεστον α' Οὐλπιανοῦ τῷ αὐτῷ. Ὁ δεμαιεστάτις ὅμοιός ἐστι τῷ περὶ ἱεροσυλίας.

Βιβ. μη', τίτ. ιγ', δίγ. α', Οὐλπιανός. Ὁ de peculatu κινεῖται κατὰ τοῦ ὠφελομένου ἐκ τῶν ἱερῶν χρημάτων, ἢ στρέψαντος εἰς ἰδίας χρείας, ἢ παρασκευάσαντος κατὰ δόλον γενέσθαι τι τούτων.

Δίγεστον δ', Μαρκιανός. Οἱ ἱερόσυλοι πρὸς τὸ ποῖον τοῦ ἁμαρτήματος τιμωροῦνται.

Δίγ. ς'. Μαρκιανός. Τὸ ἐξ ἱεροῦ χρήματα ἰδιωτικὰ ὠφελέσθαι οὐκ ἔστιν ἱεροσυλία, καὶ χώρα τῇ furti. Ἐν δὲ τῷ ις' δίγ. τοῦ ιθ' τίτ. τοῦ αὐτοῦ μη' βιβλίου λέγει τὸν τόπον διακρίνειν τὸν κλέπτην ἀπὸ τοῦ ἱεροσύλου.

A Digestum 83, Paulus. Fieri nequit, ut rem quis sacram stipuletur, quamvis privata fieri possit. Nam et cum locum privatum stipulatus fuero (84), atque acciderit ut is absque dolo meo (85) dedicaretur; rursumque contigerit ut aliqua lege fieret locus privatus: equidem non teneor.

Idem digestum. Non possum stipulari locum sacrum sub hac conditione: *Cum privatus factus fuerit*. Nam ea stipulari possumus, quæcunque tempore stipulationis, et usus et dominii nostri esse possunt (86).

Digestum 91 (87), Paulus. Si res quæ venit in stipulationem, in rerum natura quidem est, verum dari non potest; puta, quod sacra facta sit: siquidem tempore stipulationis, vel postea, stipulantis erat, B atque ita facta est sacra, tenetur, quemadmodum et cum per alium, postquam ipse vendidit, facta est sacra. Sin autem, cum res alterius sit, acciderit eam per alium fieri sacram, non tenetur is, qui stipulatus est (88), nisi res facta sit sacra, posteaquam solutioni moram ipse interposuit.

Digestum 137. Venuleius. Inutiliter stipulor sub conditione quæ lege prohibita est. Verbi gratia: *Dabis, si rem sacram quis vendiderit*: licet fieri possit, ut jus ejus postea mutetur.

Lib. XLVII, tit. 22, digestum 2, Ulpianus (89). Qui cum armis occupaverint locum sacrum, pœnæ sunt obnoxii. Nam agitur in eos ex lege de crimine majestatis, sicut et libro XLVIII, tit. 4, digesto 1, Ulpianus ait; Lex de crimine majestatis (90), similis C est legi de crimine sacrilegii.

Lib. XLVIII, tit. 13, digesto 1, Ulpianus. Ex lege de peculatu agitur in eum, qui abstulit ex pecuniis sacris, vel ea in rem suam vertit, vel dolo malo fecit, ut horum aliquid fieret.

Digestum 4, Marcianus: Sacrilegi pro qualitate delicti extra ordinem puniuntur.

Digestum 5. Marcianus (91). Ex æde sacra pecunias privatas subripere, non est sacrilegium, et locus est actioni furti. At vero digesto 16, tit. 19 ejusdem XLVIII libri dicitur locum discernere furem a sacrilego.

Annibalis Fabroti notæ.

(84) Dig. 83. *Stipulatus fuero*. Promisero.

(85) *Absque dolo meo*. Sine facto meo l. 83, § *Sacrum*, D. *De verb. obligat*. Sic in § *Si res legata*, instit. *De leg.* quod ait Justin. sine facto, Theop. interpretatur, δίχα δόλου, *absque dolo*.

(86) *Quæcunque tempore*. Duplex ratio affertur a IC. in d. l. 83, quia stipulatio ejusmodi præsentis tempo is obligationem recipere non potest, nam ea tantum recte stipulamur (quæ subjici usibus dominioque nostro statim possunt. Cujusmodi non sunt res sacræ. Nec convalescet stipulatio, si res sacra profana esse cœperit: nam secundum præsentis temporis jus æstimari debet stipulatio, l. 137, § *Cum quis*, eod. Secunda hæc est, quia ea duntaxat quæ natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem. Impossibilis autem videtur esse hæc conditio in libero homine et re sacra.

(87) Digest. 91. *Cum res alterius*. Si rem alienam quis promiserit.

(88) *Qui stipulatus est*. Promissor eo nomine D non tenetur, quia nihil fecit: nisi interim dum moratur solutionem, res sacra facta sit.

(89) Lib. XLVII, tit. 22. Jurisconsultus in l. 2, D. *De collig*. Quisquis illicitum collegium usurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica vel templa occupasse judicati sunt. Bas. Ὁ παράνομον ποιῶν σύστημα, *qui illegitimum collegium facit*. Usurpare in malo positum. Vide Rittershusium ad Salvian. p. 34.

(90) *Lex de crim. majest.* Vide Græcos ad l. 1. *D. ad leg. Jul. Maj.* Lib. LX Basil., tit. 36.

(91) Digest. 3, Marcianus. *Non est sacrilegium*. De quo non conveniebat inter rhetores. Atrox scilicet crimen est aperire loca sacra, et quæ in eis sunt furto auferre, licet sacra non sint: nec enim privatorum deposita in tuto ernot: sive, ut aiunt Sopater et Marcellinus in Hermogenem: Δεινὸν τὸ τὰ ἱερὰ ἐπανοίγειν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς κλέπτειν, κἂν μὴ ἱερὰ τυγχάνῃ. Οὔτε γὰρ τὸ ἀσφαλὲς ἔξουσιν αἱ τῶν ἰδιωτῶν παρακαταθῆκαι, pag. 217.

Digestum 6, Ulpianus. Sacrilego pœna pro qualitate personarum, et delicti, et temporis, et ætatis, et sexus, aut gravior, aut levior infertur. Nam aliqui dantur ad bestias (92), aliqui suspenduntur in furca(93). Moderata vero pœna est, bestiis tradi sacrilegum nocturnum : diurnum vero, qui modicum aliquod sacrilegium committat, in metallum damnari, vel si loci sit honestioris, deportari.

A Βιβ. μη', τίτ. ιγ', δίγ. ζ', Οὐλπιανός. Ἡ τοῦ ἱεροσύλου ποινὴ ἀπὸ τῆς ποιότητος τῶν προσώπων, καὶ τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ τοῦ καιροῦ, καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς φύσεως, ἢ βαρυτέρα ἢ ἐλαφροτέρα ἐπιφέρεται. Τινὲς γὰρ θηρίοις παραδίδονται, τινὲς φουρκίζονται. Μεμετρημένη δὲ ποινή ἐστι τὸ θηρίοις παραδοθῆναι τὸν νυκτερινὸν ἱερόσυλον· τὸν ἡμερινὸν δὲ μέτριόν τι ἱεροσυλοῦντα μεταλλίζεσθαι· τὸν δὲ τίμιον δεπορτατεύεσθαι, διηνεκεῖ ἐξορίᾳ παραπέμπεσθαι.

Digestum 7, Venuleius. Crimen peculatus post quinquennium, ex quo admissum fuit, non accusatur [objicitur].

Δίγεστον θ'. Crimen δεπεκουλάτους μετὰ πενταετίαν τοῦ ἁμαρτηθῆναι οὐ κινεῖται.

Digestum 9. Paulus. Sacrilegi capitaliter puniuntur. Sunt autem sacrilegi, qui publica templa compilant. At qui privata sacra, vel parva templa incustodita compilant (94), minus quidem quam sacrilegi, sed amplius quam fures, puniuntur.

Δίγεστον ια' Pauli. Οἱ ἱερόσυλοι κεφαλικῶς κολάζονται. Ἱερόσυλοι δέ εἰσιν οἱ τοὺς δημοσίους ναοὺς B κλέπτοντες. Οἱ δὲ τὰ ἰδωτικὰ σάκρα καὶ τοὺς μικροὺς ναοὺς ἀφυλάκτους ὄντας κλέπτοντες, ἧττον μὲν τῶν ἱεροσύλων, πλέον δὲ τῶν κλεπτῶν τιμωροῦνται.

Extraneus, qui sufluratur res sacras, tenetur lege de peculatu. Nam is, cui credita est eorum custodia, licet aliquid ex eis auferat, hac lege non tenetur.

Ὁ ἐξωτικὸς ὑποκλέπτων τὰ ἱερὰ ὑπόκειται τῷ δεπεκουλάτους, τῷ περὶ ἐρημώσεως. Ὁ γὰρ πεπιστευμένος τὴν αὐτῶν φυλακήν, κἂν ὠφέληταί τι ἐξ αὐτῶν, οὐχ ὑπόκειται τούτῳ τῷ νόμῳ.

Digestum 10. Marcianus Deportatur, qui hominem in arcam immiserit, eumque deposuerit in templo, si quidem is egressus ex arca, res quasdam de templo clepserit.

Δίγ. ιβ'. Μαρκιανός. Δεπορτατεύεται ὁ ἐμβαλὼν ἄνθρωπον ἐν κιβωτίῳ, καὶ παραθέμενος αὐτὸν ἐν ναῷ, ἐὰν ἐκεῖνος, ἐξιὼν τῆς κιβωτοῦ, κλέψῃ τινὰ τοῦ ἱεροῦ.

Digestum 14. Papianus. Judicium peculatus etiam adversus hæredes competit. Nam in eo de pecuniis ablatis est quæstio.

Δίγεστον ις' Παπιανοῦ. Τὸ δεπεκουλάτους καὶ κατὰ κληρονόμους ἁρμόζει. Περὶ γὰρ χρημάτων ὑφαιρεθέντων ἐν αὐτῷ ἐστιν ἡ ζήτησις.

Lib. 1, tit. 12, digesto 2. Si quis rem voverit, obligatur ipse, non res. Cum autem soluta res fuerit, ipsa quidem sacra non efficitur, sed liberatur is, qui promisit. Cæterum tali voto tenentur patres familiarum, puberes; non etiam ii, qui adhuc in potestate sunt, absque patrum vel dominorum au- C

Βιβ..ν', τίτ. ιβ', δίγεστον β' Οὐλπιανοῦ. Ἐάν τις πρᾶγμα καρποφορήσῃ, γίνεται αὐτὸς ἔνοχος, οὐ μὴν τὸ πρᾶγμα. Ὅτε δὲ καταβληθῇ τὸ πρᾶγμα, αὐτὸ μὲν ἱερὸν γίνεται· ἐλευθεροῦται δὲ ἐπαγγειλάμενος. Περὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἐπαγγελίας ἐνέχονται αὐτεξούσιοι ἔφηβοι οὐ μὴν καὶ ὑπεξούσιοι,

Annibalis Fabroti notæ.

Idem Sopater. in *Divisione quæstionum*, pag. 330: Ἀποροῦντες οἱ ἄνθρωποι τί καὶ δράσειαν, μίαν εὗρον ταύτην καταφυγὴν τὸ τοῖς θεοῖς παραθέσθαι τὰ χρήματα, τὸ τοῖς ἱεροῖς πρὸς φυλακὴν χρήσασθαι τῶν χρημάτων. Ὅθεν λαθὼν οὗτος καὶ τοὺς αὐτοὺς ἐν παρέργῳ θέμενος, οὐκ αἰδεσθεὶς τὸν τόπον, οὐ τοὺς ἐφόρους δαίμονας, ὑφεῖλετο τὰ χρήματα· *Cum dubitarent homines quid agendum esset, hoc unum invenerunt effugium ut pecunias diis commendarent, et ad custodiam pecuniarum locis sacris uterentur. Unde hic delitescens, deque diis parum sollicitus, nec locum revereitus, aut inspectores deos, pecunias sustulit.* V. Syrianum in Hermogenem, p. 285. Quintilianus, declam. 252: *Eadem pecunia sublata ex privato furtum erit: ex sacrario temploque sacrilegium.* Idem scilicet sentit ac Claudius Saturninus in l. aut facta 16, § 5 *De pœn.*, locum facere ut idem vel furtum, vel sacrilegium sit. Atqui divi Severus et Antoninus rescripserunt, furti actionem, non sacrilegii esse. Theodorus Balsamon hoc dissidium ita componit ad Photii *Nomocan.* tit. 2, c. 2, in fine: Ὁ μὲν ἰδωτικὰ χρήματα κλέπτων, κἂν ἐξ ἱεροῦ τόπου, κλέπτης ἐστίν. Ὁ δὲ τὰ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ κλέπτων κἂν ἐξ ἰδιωτικοῦ τόπου κλέψῃ, ὡς ἱερόσυλος ἐνέχεται· κλὴν ἐπεί εἰσί τινα ἱερὰ μὴ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ, ὡς τὰ ἰδικῶς ἡμῖν διαφέροντα εἰκονίσματα, καὶ λοιπὰ μήπω ναοῖς, ἢ μοναστηρίοις ἀνατεθέντα, κατὰ τοῦτο λέγει τὸ ις' κεφ. τοῦ ιθ' τίτ. τὸν τόπον ποιεῖν τὴν κλοπὴν, ἢ τὴν ἱεροσυλίαν. Οὐ γὰρ ἱερόσυλός ἐστιν ὁ κλέψας τὸ μηδέπω καθιερωθέν· *Qui privatas quidem res suffuraturfametsi ex loco sacro furetur, fur est: qui autem Deo dedicata furatur, tametsi ex loco privato furatus sit, sacrilegii tenetur. Sed sunt quædam res sacræ, Deo non dedicatæ, ut imagines, quæ ad nos privatim pertinent, et cætera* D *quæ nondum sunt templis vel monasteriis dedicata, et ea ratione dicit* 16 *caput tit.* 19, *locum facere furtum vel sacrilegium. Non enim sacrilegus est, qui rem nondum consecratam furatur.*

(92) Digestum 6 Ulpian.: *Damnantur ad bestias*, θηρίοις παραδίδονται, *dantur ad bestias*, ut in l. *Circumcidere* 11, D. *Ad leg. Corn. de sicar.* Omisit pœnam vivicomburii, cujus meminit IC. in 1, 5 D. *Ad leg. Jul. peculat.* Salvianus VII *De Provid. Sacrilegus suis criminibus concrematur.* Tertullian. *Ad Scapulam*, circa finem: *Pro Deo vivo cremamur, quod nec sacrilegi, nec hostes publici, verum nec tot majestat's rei pati solent.*

(93) *Aliqui suspenduntur in furca.* φουρκίζονται, *Cruci suffiguntur.* Vide Glossarium nostrum ad Anastasii *Hist. ecclesiasticam* in hoc verbo.

(94) *Incustodita compilant.* Κλέπτοντες. Ædiculas incustoditas tentaverunt, l. 9; conf. libro II, tit. 1 Institut. *vasa sacra*; Justinianus, donaria, id est, ἱερὰ ἀναθήματα.

παρὰ γνώμην τῶν πατέρων καὶ δεσποτῶν. Εἰ δέ A
τις τὸ δέκατον μέρος τῶν αὐτοῦ καρποφορήσῃ
πραγμάτων, ἕως ἂν αὐτὸ χωρήσῃ, οὐ παύεται
εἶναι τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Εἰ δὲ τελευτήσῃ μὴ χωρί-
σας, ἐνέχονται οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ. Διαβαίνει γὰρ
εἰς κληρονόμους ἡ τῆς καρποφορίας ἐνοχή.

Τίτ. ις', δίγ. ιζ' Οὐλπιανοῦ. Τὰ σάκρα οὐκ εἰσὶ
πούβλικα. Λέγει δὲ ἐν τῷ ῥητῷ ποῖά εἰσι τὰ πού-
βλικα.

Institutione α', τίτ. α'. Σοφία νόμου ἐστὶν ἡ γνῶ-
σις τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων.

Βιβ. β', τίτ. α'. Σάκρα ἐστὶ τὰ ὀρθῶς καὶ διὰ τοῦ
ἱερέως τῷ Θεῷ ἀνιερωμένα· ὡς οἱ ναοὶ καὶ τὰ σκεύη
ἅτινα οὔτε πιπράσκεται, οὔτε ὑποτίθεται, εἰ μὴ δι'
ἀνάῤῥυσιν αἰχμαλώτων. Καὶ τοῦ ναοῦ δὲ καταπεσόν- B
τος, μένει ὁ τόπος ἱερός. Οὐκ ἔστι δὲ σάκρος, ὃν τις
νατ' οἰκείαν αὐθεντίαν ὡς σάκρον ποιήσῃ.

Τίτ. τοῦ αὐτοῦ. Ὁ κατὰ τύχην εὑρὼν θησαυρὸν
ἐν σάκρῳ τόπῳ δεσπόζει αὐτοῦ.

Τίτλος ς'. Τὰ σάκρα οὐκ οὐσουκαπιτεύεται.

Institut. γ', τίτλος ιθ'. Οὐκ ἰσχυρῶς τὰ σάκρα τις
ἐπερωτᾶται.

Τίτλος κγ'. Οὐδεὶς ἐν εἰδήσει ἀγοράζει σάκρον.
Εἰ δὲ ἀπατηθεὶς ἠγόρασεν, ὡς ἰδιωτικὸν, κινεῖ τὴν
ἐξέμπτο ἐπὶ τὸ διαφέροντι.

Τίτ. κς'. Οὐκ ἐῤῥωμένος, ἐντέλλομαί σοι ἱεροσυ-
λῆσαι. Κἂν γὰρ ἐντεῦθεν μὴ ζημιωθῇς τι, οὐδεμίαν
ἀγωγὴν ἔχεις κατ' ἐμοῦ.

Τίτ. κζ'. Ἔστιν ὅτε κατὰ πλάνην ἐνδεβίτως δι- C
δόμενον οὐ ῥεπετιτεύεται· ὡς ἐπὶ τῶν ληγατευομέ-
μένων εὐαγέσιν οἴκοις σκοπῷ θρησκείας ἢ εὐσε-
βείας.

Institutione δ', τίτ. ις'. Ἐὰν ὁ κελευσθεὶς παρα-
σχεῖν εὐαγέσι τόποις ληγᾶτον ἢ φιδεϊκόμισσον ὑπερ-
θῆται, καὶ εἰς δίκην κληθῇ, διπλοῦν τὸ καταλειφθὲν
δίδωσιν.

Τίτλος ιε'. Προϊβιτώριον ἰντέρδικτον ἁρμόζει, ἵνα
μηδεὶς ἐν σάκρῳ κτίσῃ.

Τίτλος ις'. Τὸ ληγατευόμενον εὐαγέσι τόποις ἐξ
ἀρνήσεως διπλασιάζεται.

Τίτλος ιη'. Ὁ δεπεκουλάτους ἁρμόζει κατὰ τῶν
ἱεροσύλων.

Περὶ ἱερέων.

Βιβ. β', τίτ. δ', δίγ. β', Οὐλπ. Οὐ χρὴ καλεῖν εἰς D
δίκην ἱερέα ἐν ὅσῳ ἱερατεύει, οὔτε τοὺς μὴ δυναμέ-
νους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχω-
ῥῆσαι.

toritate. Quod si quis decimam partem bonorum suorum voverit, donec eam separaverit, in ipsius esse patrimonio non desinit. Sin prius decesserit, quam separationem fecerit, hæredes ejus tenentur. Quippe transit ad hæredes voti obligatio.

Tit. 16, digesto 17, Ulpianus. Sacra non referuntur inter publica. Traditur autem in eo textu quænam sint publica.

Ex institutione prima, titulo primo. Jurisprudentia est divinarum atque humanarum rerum notitia.

Lib. II, tit. 1. Sacræ res sunt, quæ rite ac per sacerdotem Deo consecratæ sunt, veluti templa et vasa sacra, quæ nec distrahuntur, nec obligantur, nisi ex causa redemptionis captivorum. Ac templo diruto, locus ipse manet sacer. Nec sacrum est, quod auctoritate sua quasi sacrum quis fecit

Eodem titulo. Qui fortuito casu thesaurum invenerit in loco sacro, dominium ejus consequitur.

Tit. 6. Res sacræ non usucapiuntur.

Institutione 3, tit. 19. Nullius est momenti, si quis res sacras stipuletur.

Tit. 23. Nemo sciens emit rem sacram. Si vero deceptus emerit veluti rem privatam, agit ex empto ad id, quod ejus interest.

Tit. 26. Non valet, si tibi mando, ut sacrilegium (95) committas. Licet enim damnum aliquod inde acceperis, actionem adversus me nullam habes.

Tit. 37. Est et ubi per errorem solutum indebitum, non repetitur : sicut in iis, quæ leguntur venerabilibus domibus, religionis aut pietatis intuitu.

Institut. 4, tit. 6. Si is, qui jussus est præstare venerabilibus locis legatum, aut fideicommissum moram interposuerit, et in jus vocatus fuerit, id quod relictum est, duplum solvit.

Tit. 15. Prohibitorium interdictum etiam tunc competit, ne quis in loco sacro ædificet.

Tit. 16. Quod locis venerabilibus legatur, ex inficiatione fit duplum.

Tit. 18. Lex de peculatu competit adversus sacrilegos.

De sacerdotibus.

Lib. II, tit. 4, digesto 2, Ulpianus. In jus vocare sacerdotem (96) non oportet, dum sacerdotale munus obit; nec eos, qui propter loci religionem, ex eo se movere (97) nequeunt.

Annibalis Fabroti notæ.

(95) Tit. 26, *Ut sacrilegium*. Ex lege 22, § *Qui ædem De Mand.* Nec enim hæc sunt in Instit. Theoph.

(96) *Sacerdotem*. IC. Pontificem dum sacra facit; id enim non tantum honori personarum, sed et majestati Dei indulgetur, cujus sacris vacare sacerdotes oportet, ut est in l. *Non distinguemus* 52, § 3, D. *De recept. qui arb.*

(97) *Ex eo se movere*. Discedere ab eo sine religione non possunt; quosdam enim exsilia uno loco tenent, quosdam sacerdotia, ut ait Seneca, *de tranquillitate* Græci ad l. 2 D. *De in jus voc.*, id quod de pagana superstitione Jurisconsultus dixerat, ad μοναστικὴν φιλοσοφίαν transtulere. Theodorus Hermopolites in Regio codice: Οὔτε τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι, ἤγουν τοὺς ἐγκλείστους μοναχοὺς ἢ τοὺς προσμοναρίους· *Nec eos qui propter loci religionem inde secedere non possunt, id est inclusos monachos, vel mansionarios*, Leo Grammaticus: Καθολικὴ γὰρ ἦν τότε ἡ Ἐκκλησία ἔχουσα προσμονάριον Νικόλαον. Perperam in Regio codice legitur, πρὸς μονάριον· *Tunc enim catholica erat Ecclesia habens mansionarium cognomento Nico-*

Lib. III. tit. 3, digesto 18, Modestinus. Causa justa est, cur etiam post litis contestationem mutetur procurator, quod factus sit sacerdos.

Lib. IV, tit. 8, digesto 32, Paulus. Si sacerdos(98) factus fuerit judex compromissarius, non cogitur sententiam dicere. De iis vero, quorum causa post depositum sacerdotium (99) factus est judex compromissarius, ferre sententiam cogitur.

Lib. V, tit. 3. digesto 50, Papianus. Si testator sibi monumentum fieri jusserit, subtili quidem jure (1) nulla competit adversus hæredes actio, ut id faciant, sed tamen per imperatorem et sacerdotes (2) coguntur, ut obsequium defuncto præstent.

Lib. XI, tit. 7. digestum 7 Gaii. Si princeps aut sacerdos mihi non permiserit, ut ab alio illatum in locum qui ad me pertinet, aut ossa ibidem sepulta ejiciam, injuriarum actione teneor.

Tit. 8, digesto 5, Ulpianus. Sepulcra jussu pontificum interveniente reficiuntur.

Lib. XXIV, tit. 1, digesto 61, Hermogenianus. Divortio (3) separatus, fieri sacerdos potest.

Lib. XXXI, digesto 78, themate 27, Papianus. Si per epistolam filio meo prædia donavero, non usus in ea verbis fideicommissi, atque illam epistolam in æde sacra deposuero, et in hanc sententiam sacerdoti scripsero : *Instrumentum voluntatis meæ ; post mortem, filio meo tradi volo ;* et postea moriar, nullo testamento conlito, pluribus hæredibus exstantibus : filius ea prædia, quorum in epistola mentio fit, accipit.

Lib. XXXIII, tit. 1, digesto 26, Scævola. Si legavero hierophylacibus [hoc est, ædituis] decem solidos, qui solvantur tempore festivitatis eorum : eos decem solidos annuos templo videor in perpetuum relinquere.

Lib. XLIII, tit. 5, digesto 3, Ulpianus. Ædituus, qui testamenti tabulas custodiæ causa suscepit, interdicto de tabulis exhibendis convenitur.

Tit. 6, digesto 1, Ulpianus. Custodia templorum mandatur iis, qui sacris ædibus sunt præpositi.

Βιβ. γ'. τίτ. γ', δίγ. ιη', Μοδεστ. Εὔλογός ἐστιν αἰτία τοῦ καὶ μετὰ προκάταρξιν ἀλλαγῆναι τὸν προκουράτορα, τοῦ γενέσθαι αὐτὸν ἱερέα.

Βιβ. δ', τίτ. η', δίγ. λη' Pauli. Ἐὰν ἱερεὺς γένηται ὁ κομπρομισάριος, οὐκ ἀναγκάζεται ψηφίζεσθαι. Περὶ δὲ ὧν μετὰ τὴν ἱερωσύνην γέγονε κομπρομισάριος, ἀναγκάζεται.

Βιβ. ε', τίτ. γ', δίγ. ν', Παπιανός. Ἐὰν ὁ τεστάτωρ εἴπῃ μνημεῖον αὐτοῦ γενέσθαι, κατὰ μὲν ἀκρίβειαν, οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ κατὰ τῶν κληρονόμων εἰς τὸ ποιῆσαι· ὅμως μέντοι διὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἱερέων ἀναγκάζεται πειθαρχῆσαι τῷ τελευτήσαντι.

Βιβ. ια', τίτ. ζ', δίγ. ξ' Γαΐου. Ἐὰν παρὰ κέλευσιν βασιλέως ἢ ἱερέως ἐκβαλὼν τὸν ἐξ ἄλλου εἰς τόπον διαφερόντά μοι ταφέντα, ἢ τὰ τεθέντα ὀστία, συνέχομαι τῇ ἐνιουριάρουμ.

Τίτ. ιη', δίγ. ε' Οὐλπιανοῦ. Οἱ τάφοι κελεύσει τῶν ἱερέων ἀνανεοῦνται.

Βιβ. κδ', τίτλος α', δίγεστον ξα'. Hermogenianus. Διαζευχθεὶς δύναται γενέσθαι ἱερέα.

Βιβ. λα', δίγ. οη', Papiani, θέμ. κλ'. Ἐὰν δὲ ἐν ἐπιστολῇ δωρήσωμαι τῷ υἱῷ μου κτῆμα, οὐ χρησάμενος ἐν αὐτῇ ῥήμασι φιδεϊκόμισσα, καὶ παραθῶμαι τὴν ἐπιστολὴν ἐν ἱερῷ, καὶ γράψω τῷ ἱερεῖ οὕτως· Τὸ instrumentum *τῆς βουλῆς μου· μετὰ τελευτὴν μου θέλω δοθῆναι τῷ υἱῷ μου* · καὶ ἀποθάνω ἀδιάθετος ἐπὶ πολλοῖς κληρονόμοις · λαμβάνει ὁ παῖς τὰ ἐν τῇ ἐπιστολῇ κτήματα.

Βιβ. λγ', τίτ. α', δίγεστον κ'. Scævola. Ἐὰν ληγατεύσω τοῖς ἱεροφύλαξι νομίσματα δέκα δοθῆναι τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν τῷ ἱερῷ · δοκῶ δηλονότι τὰ δέκα νομίσματα ἐτήσια καταλιπεῖν.

Βιβ. με', τίτ. ε', δίγ. γ', Ulpian. Ὁ νεωκόρος λαβὼν ἐπὶ παραφυλακὴν διαθήκην, ἐνάγεται τῷ de tabulis exhibendis.

Τίτλος ς', δίγεστον α', Οὐλπιαν. Ἡ φυλακὴ τῶν ἱερῶν τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν ἐπιτρέπεται.

Annibalis Fabroti notæ.

laum. Manionarius a *manendo* dictus videtur, quod in Ecclesia permaneret officio suo perageudo. De quo B. Gregorius *Dialogorum* lib. I, cap. 5. De inclusis seu reclusis vide Glossarium nostrum ad Cedrenum in v. Ἐγκλειστος. Scholiastes Synopseos Basilicon, lib. VII, tit. 8, ad l. 2 : Ὁποῖοί εἰσιν οἱ τόποι οἵστισιν ἑαυτοὺς περικλείουσιν οἱ λεγόμενοι στηλῖται· *Quales sunt loci quibus se includunt qui dicuntur stelitæ seu columnarii*. Theodorus Studita, Catechesi XXXVIII, Stilita in primis, etc. στηλῖτις πρῶτον. Ergo audiendi non sunt qui legunt in d. l. 2 *Inde semoveri non possunt*.

(98) Lib. IV, tit. 8, dig. 32. *Si sacerdos*. Si arbiter sacerdos factus fuerit, non cogitur sententiam dicere. Basilica lib VII, tit. 2, c. 32, § 3 : Ἐὰν ἱερεὺς ἢ ἀρχιερεὺς γένηται ὁ αἱρετὸς δικαστής, etc. *Si arbiter sacerdos aut episcopus factus sit*.

(99) *Post depositum sacerdotium* : Μετὰ τὴν ἱερωσύνην. Sic etiam Basilica d § 3. Jurisconsultus, cæterum si postea suscepit, iste quoque omnimodo sententiam ferre debet : sacerdos nimirum qui arbitrium recepit, cogi potest ut sententiam dicat. Is autem qui ante sacerdotium arbitrium recepit, sacerdotio postea obveniente, cogendus non est, officio quod suscepit perfungi. Dele igitur verbum *depositum*, quod hujus loci sententiam corrumpit.

(1) Lib. V, tit. 3. *Subtili quidem jure*. Κατὰ μὲν ἀκρίβειαν, stricto jure ; hoc enim mandatum nullam obligationem parit, l. *Quintus Mutius* 7, D. *De adm. legat*.

(2) *Et sacerdotes*. Scholiastes Basilic. lib. XLII, tit. 1, c. 50, p. 639, per episcopum, ex l. 45 C. *De episc et cleric*.

(3) Lib. XXIV, tit. 1, dig. 61. *Divortio*. Melius in libro Peirescii, *bona gratia* διαζευχθείς · *Bona gratia separatus*. Vide leg. 60, § 1 D. *De divor*.

Βιβλίον ν', τίτλος ε', δίγεστον ιγ', Οὐλπιαν. Ὁ ἀντελῶς δικάσαι μὴ δυνάμενος excusatur, ὡς γενόμενος ἱερεύς. A

Institutione α', τίτ. κε'. Ἐν ταῖς ἐπαρχίαις καὶ οἱ ἐπίσκοποι σὺν τοῖς ἐκδίκοις ἐπιτρόπους διδόασιν, ἕως μὴ ἔστιν οὐσία ὑπὲρ τὰ φ' νομίσματα.

Περὶ Ἰουδαίων.

Βιβλίον κλ', τίτ. α', δίγεστον ιζ'. Mod. Καὶ Ἰουδαῖοι τῶν μὴ Ἰουδαίων ἐπιτρέπουσι, καὶ τὰ λοιπὰ λειτουργοῦσι, χωρὶς τῶν χραινόντων τὴν θρησκείαν αὐτῶν.

Βιβλίον μη', τίτ. η', δίγεστον ια'. Mod. Τοῖς Ἰουδαίοις ἀφίεται τὰ ἴδια τέκνα περιτεμεῖν Εἰ δὲ περιτέμωσιν ἕτερον, ὡς οἱ εὐνουχίζοντες τιμωροῦνται.

Βιβ. ν', τίτ. β', δίγεστον γ', Οὐλπιαν. Οἱ Ἰουδαῖοι τὰς μὴ βλαπτούσας τὴν θρησκείαν αὐτῶν τιμὰς ἐξ ἀνάγκης πράττουσιν.

Περὶ θυσιῶν, καὶ ἀστρολόγων, καὶ μάντεων, καὶ φαρμάκων, καὶ τῶν παρατρεπόντων τινὰς εἰς ἀπηγορευμένας θρησκείας.

Βιβλίον θ', τίτ. β', δίγ. ζ', Οὐλπιαν. Ὁ φάρμακον ἀντὶ ἰατρείας δούλῳ δεδωκὼς ὑπάκειται in factum, ὡς αἰτίαν θανάτου παρασχών, καὶ προπετῶς δοὺς φάρμακον, ὡς ὁ Γάϊος διγέστῳ ἡ'.

Δίγ. θ', Οὐλπ. Ἰατρίνα εἰ μὲν τῇ δούλῃ δῷ φάρμακον, ἡ δὲ λαβοῦσα τελευτήσῃ, χώρα τῇ ἐμφάκτουμ· εἰ δὲ χερσὶν οἰκείας ἰατρίνα τὸ φάρμακον ὑπέβαλεν, ὁ Ἀκουίλιος ἀρμόζει, ὡς ὅτε ἀλείψῃ τινὰ φάρμακον, [ἴσ. φαρμάκῳ] ἢ ἐμβάλῃ αὐτὸ διὰ στόματος ἢ κλυστῆρος βίᾳ ἢ συμβίου [*ms.* συμβουλῆς]. C

Βιβλίον ι', τίτλος β', δίγεστον δ'. Οὐ διαιροῦνται

Lib. I, tit. 5, digesto 13, Ulpianus. Qui omnino judicis officio fungi non potest, excusatur, veluti qui sacerdos factus est.

Institut. 1. tit. 20. In provinciis episcopi quoque cum defensoribus dant tutores, ubi patrimonium quingentos solidos non excedit.

De Judæis.

Lib. XXVII, tit. 1, digestum 17, Modestinus. Judæi quoque tutores sunt eorum qui non sunt Judæi, et reliqua munera præstant: iis exceptis, quæ religionem (4) ipsorum polluunt.

Lib. XLVIII, tit. 8, digestum 11, Modestinus. Judæis filios suos circumcidere (5) permittitur. Quod si alium circumciderint, puniuntur ut castrantes (6).

Lib. L, tit. 2, digestum 3 Ulpianus. Judæi honores, qui religionem ipsorum non lædunt, necessario gerere cogantur.

De sacrificiis, et astrologis, et divinatoribus, et veneficis, et avertentibus aliquos ad religionem prohibitam.

Lib. IX, tit. 2, digesto 7, Ulpianus. Qui servo venenum pro medicamento dedit, Aquilia (8) tenetur, veluti qui causam mortis præstiterit et temere venenum (9) porrexerit (10), ut loquitur Gaius digesto 8.

Digesto 9, Ulpianus. Si quidem ancillæ pharmacum dedero, quo illa sumpto mortua fuerit, locus est in factum actioni. Si vero pharmacum manibus suis supposuit obstetrix, Aquilia competit, veluti si quis muxerit aliquem veneno, vel infuderit per os, aut per clysteram, idque vi (11), vel suasu.

Lib. X, tit. 2, digesto 4. Ulpianus. Non dividun-

Annibalis Fabroti notæ.

(4) Lib. XXVII, tit. 1, dig. *Religionem.* Θρησκεία, l. 13, D. *De excus*; vel superstitionem, nam θρησκεία utrumque significat. Glossæ: θρησκεία, superstitium, religio, ritus, et alibi superstitio dicitur: Tacitus, *Hist.* II, c. 4, *de Jud. Ob ingenium mentis et pervicaciam superstitionis.* Vide tit. 9, lib. I, c. 8, et infra h. t.

(5) Lib. XLVIII, tit. 8, *Filios suos circumcidere.* De Judæorum circumcisione Michael Ephesius in lib. II *De partibus animalium*: Ἔστι δὲ ἀκροποσθία τὸ περιέχον δέρμα τὸν βάλανον τοῦ αἰδοίου, ὃ καὶ τίμνουσιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ Αἰγύπτιοι, λέγουσι τὴν τοιαύτην τομήν περιτομήν· *Est autem præputium pellis quæ ambit glandem pudendi virilis, quam præcidunt Judæi et Ægyptii; eamque incisionem vocant circumcisionem.* Ἀκροποσθίαν dicit, quæ in veteri et novo fœdere ἀκροβυστία dicitur. Glossæ, ἀκροβυστία, *præputium.* Tacitus, *Hist.* V, c. 5: Circumcidere genitalia instituere, ut diversitate noscantur. Eamdemque rationem circumcisionis affert Rabbi Moses Maimonides More Nevochim, parte III, cap. 49. Vid. Tertullianum, *Adversus Judæos*, cap. 3; Theodoret. *Quæst. in Genes.* q. 68; Arrianum Epict.

(6) *Puniuntur ut castrantes.* Basilica: Κεφαλικῶς τιμωροῦνται καὶ δηλεύονται· *Capite puniuntur et publicantur.* Lex Wisigothorum, lib. VII, tit. 3, § 4 (V): *Illi vero qui carnis circumcisiones in Judæis vel Christianis exercere præsumpserint: quisquis hæc aut intulit alteri, aut fieri ab altero permiserit sibi, veretri ex toto amputatione plectetur.*

(7) Lib. I, tit. 2, *Honores necessario.* Divi Severus et Antoninus eos qui Judaicam superstitionem sequuntur, non solum honores gerere permiserunt, sed necessitatem quoque eorum gerendorum imposuerunt: nisi eorum superstitionem læderent, l. 3, § 2, D. *De decurion.* Sunt qui putent his verbis Christianos intelligi, quorum religionem et pietatem pagani superstitionem vocabant. Suetonius Neronis c. 16: *Christiani genus hominum superstitionis novæ et maleficæ.* Tacitus, Ann. XV: *Repressaque in præsens exitiabilis superstitio.* Minut. Felix in Octavio: *Ita eorum* (Christianorum) *vana et demens superstitio sceleribus gloriatur.* Sed verius est hic et in l. 15 D. *De excusat.*, eos intelligi qui religione Judæi sunt. Christianorum enim nomen adeo illis temporibus exosum erat, ut ad civilia munera non putem vocatos. Certe in illo Suetonii loco: *Judæos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit.* Tiberii cap. 25, Christianos omnino intelligendos constat. V. Phot. *Bibl.* p. 367.

(8) *Aquilia.* Non Aquillia, sed in factum actione tenetur, l. 7, § *Sed si quis D. ad leg. Aq.* Id est, utili Aquilia.

(9) *Et temere venenum.* Qui perperam et incaute pro medicamento sanitatem corroborante, id dedit quod eam corrumperet, utili Aquilia tenetur.

(10) *Venenum porr.* Medicamentum perperam datum, venenum esse videtur, Græci lib. 60 Basil. tit. 3, cap. 8.

(11) Dig. 9. Ulp. *idque vi.* Ut in l. 1, § *occisorum, D. de senatusc. Silan.* Si venenum per vim infusum sit.

tur (12) inter hæredes inventa in hæreditate mala pharmaca, vel libri magici, vel similia, sed judicis officio corrumpuntur (13).

Lib. XVIII, tit. 1, digesto 35, Gaius. Venena mala (14) non venduntur (15). Si tamen accipientia misturam, utilia fuerint, ut in antidotis (16), distrahuntur.

De homicida.

Lib. XLVIII, tit. 8, digestum 2, Ulpianus. Lege de sicariis tenetur, qui necandi hominis causa venenum conficit, aut vendit, aut habet (17). Sunt autem quædam pharmaca (18), quæ sanitati conducunt, item quæ appellantur amatoria (19). Quod si quis non malo animo dederit mulieri medicamentum ad conceptionem (20) utile, atque illa sumpto medicamento decesserit, relegatur. Pigmentarius (21) etiam, qui temere dederit alicui cicutam (22), vel salamandram (23), vel aconitum, vel pityocampen, vel bubrostim (24), vel mandragoram (25), vel can-

A μεταξὺ κληρονόμων τὰ ἐν τῇ κληρονομίᾳ εὑρεθέντα κακὰ φάρμακα, ἢ μαγικὰ βιβλία, ἢ καὶ τὰ ὅμοια· ἀλλ' ἐφφικίῳ τοῦ διαστοῦ φθείροντοι.

Βιβ. η', τίτ. α'. δίγ. λε', Γαΐου. Τὰ κακὰ φάρμακα οὐ πιπράσκεται. Εἰ μέντοι δεχόμενα δικιξιν [ἴσ. δικίξιν]. χρησιμεύσῃ, ὡς ἐπὶ τῆς ἀντιδότου πιπράσκεται.

Περὶ φονέως.

Βιβλίον μη', τίτλος η', δίγεστον β', Οὐλπιαν. Τῷ de sicariis κατέχεται ὁ διὰ τὸ φονεῦσαι ἄνθρωπον ποιῶν φάρμακον, ἢ πιπράσκων, ἢ ἔχων. Εἰσὶ δὲ φάρμακα ὑγίειαν ἐμποιοῦντα καὶ τὰ λεγόμενα φίλτρα. Εἰ δὲ καί τις μὴ κακῷ λογισμῷ δώσει γυναικὶ συλληπτικὸν, καὶ τελευτήσει λαβοῦσα, ἐξορίζεται· καὶ ὁ πιγμεντάριος προπετῶς δούς τινι κώνειον, ἢ σαλαμάνδραν, ἢ ἀκόνιτον ἢ πιτυοκάμπην, βουβρώστην, ἢ μανδραγόραν, ἢ κανθαρίδας, ὡς δίγεστον τρίτον. Ἀνάγνωθι καὶ α' δίγεστον τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

B

Annibalis Fabroti notæ.

(12) Lib. x, tit. 2, *Non diripiuntur*. Balsamon ad *Nomocanon*. Photii tit. 9, c. 25, scribit, in Digestis quidem scriptum esse, ea non dividi, sed rectius in Basilicis, dividi; hæc enim in dominio fuisse, sed judicis officio comburi, ne cui noceatur: Καίεσθαι αὐτὰ διὰ τὸ μή τινας ἐκ τούτων βλαβῆναι. Idemque tit. 12, c. 3, scribit, legem 4 *D. fam. erc.* referri a Photio uti erat ante Basilica repetitæ prælectionis, πρὸ τῆς ἀνακαθάρσεως. Itaque Balsamon hic secutus est Digesta.

(13) *Corrumpuntur*. Φθείρονται, corrumpenda sunt, l. 4, § 1, D. *Famil. ercisc.*, quo loco Hispanus quidam qui comburenda legit, a Græcis refellitur. Balsamon, d. c. 25: Ὀφφικιόν ἐστι τοξιδιαστοῦ παραχρῆμα τὰ τοιαῦτα φθείρειν, *Officium est judicis ea statim corrumpere*, ex lib. Basilic. 42, tit. 3, cap. 4, quanquam ex sententia legis, corrumpi est comburi. Itaque idem Balsamon ait, καίεσθαι αὐτά, comburi. Adde Paulum v. *Sentent.* tit. 24.

(14) *Venena mala*. Venenum in utramque partem dicitur; nam et medicamenta venena sunt, ut ait Gaius in l. 236 *De verb. sign.*; B. Augustinus, *De civit. Dei*, lib. XVIII, cap. 18; Servius ad illud *Georg.*: *Ille malum virus*: Bene, inquit, ad discretionem epitheton addidit; nam virus et bonum et malum est, sicut venenum; nam idem est. Venit autem a Græco; nam illi φάρμακον medium habent, id est, bonum et malum. Vide Etymologicum magnum in v. φάρμακον. Unde adjectione alterius distinctio fit, ut in l. 9, § 1 D. *Ad leg. Aq.* d. l. 35; l. 7 D. *De lege Pomp. de parric.*; et l. 3, § 1, D. *ad leg. Cornel. de sicar.*; et in lege quam interpretatur Cicero in *Cluentiana*: *Qui venenum malum fecit, fecerit*. Solinus cap. 44: *Veneni mali poculo animam expulit*. Vulgo tamen veneni appellatione magis intelligimus quod mortis causa datur. Glossæ, venenum, θανάσιμον φάρμακον: *Mortiferum medicamentum*. Vide Quintiliani declamat. 246: *Medicamentum quoque anceps verbum est*. Itaque mala medicamenta dicunt IC. in l. 4, § 1 D. *Famil. erc*; l. 3. D. *ad leg. Corn. de sic.*, et § 5 *Inst. de publ. jud.* Magis tamen obtinuisse videtur ut medicamenta dicantur quæ juvant, non quæ nocent, d. l. 236. Et abusive Varro Περὶ ἐξαγωγῆς, referente Nonio Marcello in medicamentum: quærit ibidem ab Annibale cur biberit medicamentum, id est, venenum.

(15) Lib. x, tit. 2. *Non venduntur*. Veneni mali non contrahitur emptio, emptio nulla est.

(16) *Ut in antidotis*. Antidotus ut legitur Flor. in l. 35, § 2 D. *De contr. emt.*, et A. Gellii lib. XVII, c. 16, ut Græce ἀντίδοτος, vel antidotum, contra venenum, ex pluribus conficitur, ut Mithridaticum antidotum quod ex rebus 54 componi scribit Plin. lib. XXIX, c. 1; licet autem venena misceantur, salubre tamen medicamentum est, et venenum veneno solvitur. Antidoti igitur emptio contrahitur, et aliorum quæ mista aliis materiis naturam nocendi deponunt. De his accipiendus Homeri versus relatus in d. l. 236: φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα. *Venena multa quidem bona mista*.

C

(17) Lib. XLVIII, etc. *Quædam pharmaca*. Ea sunt non mala venena.

(18) *Habet*. Theophrastus IX *Historiæ plant.*

(19) *Amatoria*. Galenus, lib. X, *De simplic. medic. fac.* non multo post initium. Xenophon Ἀπομνημ. 2, εἶναι καὶ φίλτρα οἷς οἱ ἐπιστάμενοι πρὸς οὓς ἂν βούλωνται χρώμενοι, φιλοῦνται ὑπ' αὐτῶν. Cicero, *pro Cluentio*; Epiphan. lib. I, t. III: synodus Reaticin. c. 25: Dæmones philtrorum auctores. V. Porphyr. p. 203, et Theodoret. *De Græc. pass.* III, p. 47. De pœna eorum qui amatorium poculum dant, vide l. 38, § 5 D. *De pœn.* et dissertationem nostram 6. Vide et canones datos sub Edgaro, Anglorum rege, can. 41, pag. 467 Conciliorum Angliæ.

(20) *Ad conceptionem*. Συλληπτικόν. Glossæ: Συλλαμβάνω, ἐπὶ γυναικὶ, concipio.

(21) *Pigmentarius*. Scribonius Largus c. 22: Pigmentarii institores. Scholiastes Basilic. lib. LX, tit. 39, c. 3, § 3, πιμεντάριοι (sic scribitur et in Glossis juris) εἰσιν, οἵ τινές εἰσιν ἀφωρισμένοι ἐπὶ τῷ τὰς βοτάνας συλλέγειν· qui destinati sunt colligendis herbis.

D

(22) *Cicutam*. *Homini quæ est acre venenum*. Lucretius. Glossæ: Cicuta, κώνειον, φάρμακον. ἐν τοῖς βουκολικοῖς, καὶ β' γεωργικῶν. Errat Glossographus, aut quod verius est, exscriptor: et omnino ita legendum est: Cicuta, κώνειον, φάρμακον. Cicuta... ἐν τοῖς βουκολικοῖς (ecl. 2 et 5), καὶ β' γεωργικῶν.

(23) *Salamandram*, *Pityocampen*. Galenus, lib. II, De simplic. medic. fac. circa finem.

(24) *Bubrostim*. Βουβρώστην. Basilica, βούβρωστιν. Sic etiam legitur Florentiæ, V. Nicandri Ther. et schol. p. 44 edit. Guil. Morelli. Plinio et aliis, buprestis. Scribonius Largus c. 190: *Buprestis facit tumorem, stomachique infinitum dolorem, et inflat totum corpus in speciem hydropici.*

(25) *Mandragoram*. Meminit Nicander in Theriacis.

tharidas (26); pœna legis tenetur, ut digesto 3 dicitur. Legito etiam digestum ejusdem tituli primum.

Τίτλου τοῦ αὐτοῦ δίγεστον ιγ', Mod. Ὁ ποιῶν ἢ ἔχων ἀπηγορευμένας θυσίας τῷ de sicariis ὑπόκειται.

Ejusdem tituli digestum 13, Modestinus. Lege de sicariis tenetur, qui sacrificia vetita facit aut habet.

Τίτλος ιθ', δίγεστον λ'. Ὁ ποιῶν τι πρὸς τὸ διαστρέψαι τοὺς ἁπλουστέρους εἰς τὴν περὶ τὸ Θεῖον θρησκείαν ἐξορίζεται.

Tit. 19, digesto 30, Modestinus. Qui aliquid facit, quo simpliciores in religione erga Numen vexentur (27), relegatur.

Δίγεστον λη', Paulus. Ὁ δεδωκὼς τὸ πῶμα πρὸς φίλτρον ἢ ἀμβλωθρίδιον, κἂν χωρὶς δόλου, εὐτελὴς μὲν ὤν, μεταλλίζεται· τίμιος δὲ, ἐξορίζεται μετὰ μερικῆς δημεύσεως. Ἐσχάτη δὲ τιμωρία ἐπάγεται, ἐάν τις ἐκ τούτου ἀπέθανε.

Tit. ejusdem digesto 38, Paulus. Qui poculum dederit amatorium (28), vel abortionis (29), licet absque dolo (30), si quidem vilis (31) est conditionis, in metallum damnatur: sin honorato loco (32) natus, parte bonorum publicata relegatur. Ultimum vero supplicium infertur, si quis ex eo mortuus fuerit (33).

Βιβ. μζ', τίτ. ι', δίγ. ιε', Οὐλπιαν. Ὁ παράφρονῆσαί τινα φαρμάκῳ ποιήσας ἐνέχεται τῇ injuriarum.

Lib. XLVII, tit. 10, digestum 15. Ulpianus. Qui aliquem medicamento desipientem effecerit (34), injuriarum tenetur.

Διγέστου τοῦ αὐτοῦ. Ἐὰν ἀστρολόγος, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπηγορευμένην μαντείαν μετιών, ἐρωτηθεὶς εἴπῃ κλέπτην τὸν μὴ ὄντα, τῇ μὲν injuriarum οὐκ ἐνέχεται, ὑπόκειται δὲ ταῖς διατάξεσιν.

Eodem digesto. Si astrologus, vel qui aliam (35) quamdam divinationem vetitam profitetur, interrogatus, aliquem furem dixerit, qui non est, injuriarum quidem non tenetur, sed constitutionum pœnis est obnoxius.

Περὶ ἀποτροφῆς παίδων, γερόντων, καὶ ἀσθενῶν.

De puerorum, senum, et infirmorum alimentis.

Βιβλίον λ', δίγεστον ρκδ', Paulus. Εἰς τιμὴν τῶν πόλεων ἐστὶ τὸ ληγατευόμενον εἰς ἀποτροφὴν ἀσθενῶν, παίδων, ἢ γερόντων.

Lib. XXX, digesto 124. Paulus. Ad honorem civitatum pertinet, quod in alimenta infirmorum (36), puerorum, aut senum legatur.

Βιβ. λγ', τίτ. β', δίγ. λγ'. Σκαιβόλα. Οὕτως εἶπον· *Τοὺς γέροντας καὶ ἀσθενεῖς μου ἀπελευθέρους ἐν τοῖς τόποις οἷς εἰσι, θέλω γηροκομεῖσθαι.* Δοκῶ λέγειν οὕτως αὐτοὺς διάγειν, ὡς ἐν ζωῇ μου διῆγον.

Lib. XXXIII, tit. 2, digestum 33, Scævola. Ita dixi: *Senes et infirmos libertos meos, in locis, in quibus nunc sunt, habere gerocomium* (37) *volo.* Dicere videor, ut ad eum modum degant, ad quem modum me vivo degebant.

Annibalis Fabroti notæ.

(26) *Vel cantharidas.* IC., in d. l. 3. *Et id quod lustramenti causa, dederint cantharidas.* Hoc explicat Casaubonus ad Theophrasti Char. Sed verior est interpretatio Cujac. Observ. lib. XV, c. 27. Vide tamen an ibi legendum sit, *Et hi qui lust.* His autem quæ annotavit adde quæ sequuntur. Galenus de theriaca ad Pisonem: Κανθαρὶς μόνη μὲν διδομένη τὴν κύστιν ἕλκει, καὶ πολέμιον αὐτῆς ἐστι τὸ φάρμακον, καὶ ἀναιρεῖ τῇ ἰσχυρῇ δυνάμει τὸν ἄνθρωπον πολλάκις. Scribonius Largus c. 189: *Cantharides potæ stomachi dolorem morsusque excitant, præcipue vesicæ; quamobrem qui biberunt eas, difficulter urinam et cum sanguine reddunt, exulcerata scilicet vesica.*

(27) Tit. 19, dig. 30, *Vexentur.* Hæc lex non est in Basilicis.

(28) Tit. ejusdem, dig. 38, *Amatorium.* Amoris poculum. Glossæ: φίλτρον, amatorium, Πόμα πρὸς φίλτρον, Basil. Vide supra ad Dig. 2.

(29) *Vel abortionis.* Ἀμβλωθρίδιον. Balsamon Li., et Basilica. Athenagoras in legatione pro Christianis, abortivum. Ἀμβλωθρίδιον φάρμακον, Jul. Pollux, lib. II, c. 2, et lib. IV, c. ult. Synodus VI in Trullo, c. 95, medicamentum quo conceptum excutitur. Si plura desideras vide Joannis Henrici Meibomii eruditissimi viri Commentarium in jusjurandum Hippocratis, pag. 133 et seqq. *Politic.* I, 8; Amm. Marcell. p. 57.

(30) *Licet absque dolo.* Quia mali exempli res est, l. *Si quis* 38, *D. de pœn.* ut in l. 3, § 1, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit.

(31) *Si quidem vilis.* Εὐτελὴς, humilior.

(32) *Si honorato loco.* Τίμιος. Honestior. vetuste honestum pro divite poni notat Asconius in Ver. 3; Arnobius 7. advers. G.: *Si ex duobus facientibus res sacras, honestus unus et locuples, alter angusto lare.*

(33) *Mortuus fuerit.* Aristoteles, *Magnor. moral.* I, c. 17: Φασί ποτέ τινα γυναῖκα φίλτρον τιν. δοῦναι πιεῖν. Εἶτα τὸν ἄνδρωπον ἀποθανεῖν ἀπὸ τοῦ φίλτρου· *Aiunt mulierem cuidam amatorium dedisse, qui ex eo decesserit.*

(34) Lib. XLVII, tit. X, dig. 15, *Desipientem eff.* Ut puta si quis amoris poculum dederit, quo mentem alicujus alienaverit. *Philtra nocent animis, vimque furoris habent,* vide d. exercitationem 6, tenetur et lege de veneficis. Græci ad hanc legem.

(35) *Vel qui aliam.* Græci videntur legisse, *vel qui aliam quam.*

(36) Lib. XXX, *Infirmorum.* Puta puerorum aut seniorum.

(37) Lib. XXXIII, *Hab. in locis gerocomium.* In locis senescere patiamini.

LIBER TERTIUS.

—

EK TΩN

META TON KΩΔIKA NEAPΩN ΔIATAΞEΩN.

—

EX

EDITIS POST CODICEM NOVELLIS.

—

TITULUS I.

De episcopis, et clericis, et monachis, et monastriis.

I. *Lex, quomodo sint ordinandi episcopi, et presbyteri, et diaconi, tam mares, quam feminæ.*

II. *De episcopis, et clericis.*

III. *Ut cum accedentis ad se jura præsides audire differunt, ab episcopis compellantur, ut id faciant, et quæ deinceps sequuntur.*

IV. *Ut clerici apud episcopos respondeant*

V. *De Anthimi, et Severi, et Petri, et Zoorœ depositione.*

VI. *Ne in privatis domibus res sacra mysteriorum peragatur.*

VII. *Ne quisquam ædificet oratoriam domum absque voluntate episcopi, et quæ deinceps.*

VIII. *Ut quæ circa Viminacium sub Romanis sunt civitates, sub speciali sint archiepiscopo, non sub Thessalonicensi.*

IX. *Quod definitus sit numerus clericorum Majoris Ecclesiæ, atque reliquarum ecclesiarum.*

X. *Ut clerici ex alia ecclesia in aliam transferantur, in deficientium statutum numerum.*

XI. *Ut quæ insinuativa vocantur in clericis, et quæ deinceps sequuntur.*

XII. *Ubi clerici quidam abscedunt, alios autem suo loco substituunt, et quæ deinceps.*

XIII. *De monasteriis et monachis, et quæ deinceps.*

XIV. *Quomodo vivere monachos oporteat.*

XV. *Constitutio, apud quosnam litigare monachi vel ascetriæ debeant.*

XVI. *Hæc constitutio priorem interpretatur constitutionem, de his, qui ingrediuntur in monasteria, et quæ deinceps.*

XVII. *De ordinatione episcoporum, et clericorum : et de synodis, et collatione.*

ΤΙΤΛΟΣ Α'.

Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ μοναστριῶν.

Α'. *Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄρρενάς τε καὶ θηλείας.*

Β'. *Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.*

Γ'. *Ὥστε ὑπερτιθεμένους τοὺς ἄρχοντας ἀκούειν τῶν τοῦ προσιόντος δικαίων, συνελαύνεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων τοῦτο πράττειν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Δ'. *Περὶ τοῦ τοὺς κληρικοὺς τοῖς ἐπισκόποις ἀποκρίνασθαι.*

Ε'. *Περὶ καθαιρέσεως Ἀνθίμου, καὶ Σευήρου, καὶ Πέτρου, καὶ Ζωορᾶ.*

Ϛ'. *Περὶ τοῦ ἐν ἰδιωτικοῖς οἴκοις ἱερὰν μυσταγωγίαν μὴ γίνεσθαι.*

Ζ'. *Περὶ τοῦ μηδένα κτίζειν εὐκτήριον οἶκον χωρὶς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Η'. *Ὥστε τὰς περὶ τὸ Viminacium γενομένας ὑπὸ Ῥωμαίους πόλεις ὑπὸ ἴδιον ἀρχιεπίσκοπον εἶναι, μὴ μὴν ὑπὸ τὸν Θεσσαλονίκης.*

Θ'. *Περὶ τοῦ ὡρισμένον εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν.*

Ι'. *Περὶ τοῦ κληρικοὺς ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας μετατίθεσθαι εἰς ἑτέραν, εἰς τὸν τῶν λειπόντων καὶ στατούντων ἀριθμόν.*

ΙΑ'. *Ὥστε τὰ καλούμενα ἐμφαριστικὰ ἐπὶ τῶν κληρικῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΒ'. *Ἔνθα τινὲς ἀφίστανται κληρικοὶ, ἕτεροι δὲ ἀντικαθίστανται, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΓ'. *Περὶ μοναστηρίων, καὶ μοναχῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΔ'. *Περὶ τοῦ πῶς δεῖ βιοῦν μοναχούς.*

ΙΕ'. *Διάταξις, παρὰ τίσι δικάζεσθαι μοναχοὺς ἢ ἀσκητρίας.*

ΙϚ'. *Ἡ διάταξις ἑρμηνεύει τὴν προτέραν διάταξιν, τὴν περὶ τῶν εἰσιόντων εἰς μοναστήρια, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΖ'. *Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν καὶ περὶ συνόδων, καὶ προκομιδῆς.*

ΤΙΤΛΟΣ Β'.

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.

Α'. *Περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι ἢ ἀνταλλάττεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Β'. *Περὶ διαφόρων ἐκκλησιαστικῶν κεφαλαίων.*

Γ'. *Περὶ ἐκκλησιαστικῶν τίτλων.*

Δ'. *Ὥστε τὴν Ἐκκλησίαν Ῥώμης ἔχειν τὴν τῶν ἑκατὸν ἐνιαυτῶν παραγραφήν.*

Ε'. *Διάταξις ἀναιροῦσα τὴν τῶν ρ' ἐνιαυτῶν παραγραφὴν ἐπὶ τῶν εὐκτηρίων οἴκων.*

Ϛ'. *Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν.*

Ζ'. *Περὶ τοῦ τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἁγίας Ἀναστάσεως, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Η'. *Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐκποιήσεώς τε καὶ καταβολῆς.*

Θ'. *Ὥστε τοῦ λοιποῦ ἀμείψεις ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων μὴ ὡς ἔτυχεν γίνεσθαι πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Ι'. *Περὶ τοῦ τὰ γήδια, ἢ οἴκους, ἢ ἀμπελῶνας καταλιμπανομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ Μυσίας εἰς ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων, ἢ εἰς ἀποτροφὴν πτωχῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΑ'. *Περὶ τῶν ἐργαστηρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΙΒ'. *Ἡ διάταξις τάττει τὰς ὀφειλούσας γίνεσθαι περὶ τῶν τελευτώντων κηδείας.*

ΤΙΤΛΟΣ Γ'.

Περὶ αἱρετικῶν, καὶ Ἰουδαίων, καὶ Σαμαρειτῶν.

Α'. *Περὶ αἱρετικῶν καὶ γαμετῶν αὐτῶν.*

Β'. *Περὶ Σαμαρειτῶν.*

Γ'. *Περὶ Σαμαρειτῶν ἀναιροῦσα τὴν πρὸ ταύτης.*

Δ'. *Ἴδικτον περὶ αἱρετικῶν.*

Ε'. *Ὥστε ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλομένοις Ἑβραίοις ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν διὰ τῆς Ἑλληνίδος φωνῆς, ἢ τῆς Ἰταλικῆς, ἢ καὶ διὰ τῆς τῶν ἄλλων γλώττης συμμεταλαμβανομένης τοῖς τόποις, ἀναγινώσκειν τὰς ἱερὰς Γραφάς. Καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΤΙΤΛΟΣ Α.

Περὶ ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ μοναχῶν, καὶ μοναστριῶν.

Α'. Νόμος περὶ τοῦ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

Μέγιστα ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ δῶρα Θεοῦ. Ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπος ἐπὶ χρηστῇ μαρτυρείσθω ὑπολήψει, καὶ μὴ ἔστω βουλευτὴς ἢ ταξεώ-

A

B

C

D

TITULUS II.

De rebus et titulis ecclesiasticis.

I. *Ut res ecclesiasticæ non alienentur, aut permutentur, et quæ deinceps.*

II. *De diversis capitulis ecclesiasticis.*

III. *De titulis ecclesiasticis.*

IV. *Ut Ecclesia Romana centum annorum præscriptionem habeat.*

V. *Constitutio, quæ centum annorum præscriptionem abrogat in ædibus oratoriis.*

VI. *De ecclesiis constitutis in Africa.*

VII. *De ecclesia Sanctæ Resurrectionis, et quæ deinceps,*

VIII. *De rerum ecclesiasticarum alienatione ac solutione.*

IX. *Ut in posterum rerum ecclesiasticarum permutationes non fortuito fiant erga religiosissimum imperatorem, et quæ deinceps.*

X. *Ut qui agros, aut domos, aut vineas Ecclesiæ Mysiæ relinquunt ad redemptionem captivorum, vel ad alimenta pauperum, et quæ deinceps.*

XI. *De officinis ecclesiæ Constantinopolitanæ, et quæ deinceps.*

XII. *Hæc constitutio sumptus ordinat, qui in decedentium funeribus fieri debent.*

TITULUS III.

De hæreticis, et Judæis, et Samaritis.

I. *De hæreticis, et eorum uxoribus.*

II. *De Samaritis.*

III. *De Samaritis, quæ constitutionem ante hanc latam abrogat.*

IV. *Edictum de hæreticis.*

V. *Ut licitum sit Hebræis, siquidem velint, in synagogis suis vel Græca, vel Itala, vel aliorum populorum lingua, cum locis ipsis mutanda, legere Scripturas sacras, et ut expellantur e quovis loco, qui judicium, vel resurrectionem negant, aut angelos non esse Dei creaturam dicunt.*

TITULUS I.

De episcopis, et clericis, et monachis, et monastriis.

I. Lex, quomodo sint ordinandi episcopi, et presbyteri, et diaconi, tam mares quam feminæ.

Imperator Justinianus Epiphanio archiepiscopo Constantinopolitano.

Maxima sunt dona, quæ a Deo concessa sunt hominibus. Qui ordinandus est episcopus, existimationis bonæ (38) testimonium habeat, nec sit

Annibalis Fabroti notæ.

(38) *Existimationis bonæ.* Ἐπὶ χρηστῇ μαρτυρείσθω ὑπολήψει : *Testimonium vitæ honestioris habeat*, ut in l. 2 *C. de his qui ten. æt. imp.* Testimonium vitæ honestioris edoceant. Basilica, ibid. Ὑπολήψεως ἀγαθῆς μαρτυρούμενοι. Ὑπόληψις exponitur in Glossis, opinio, existimatio. Eaque ἀγαθὴ vel χρηστὴ passim in Basilicis dicitur de viris integræ opinionis, vel existimationis. Justinianus nov. vi, cap. 1 : Εἰ σεμνός τε καὶ ἀμεμπτος καὶ πανταχόθεν ἀνεπίπλητος εἴη, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς μεμαρτυρημένος τε καὶ ἱερεῖ πρέπων : *Si venerabilis et inculpatus, et undique irreprehensibilis sit, et a bonis testimonium habeat, et sacerdotem decens.* Σεμνός, ut nov. cxxiii, c. 1 : καὶ σεμνοῦ εἶναι βίου. Julianus et vetus interpres, *honestæ esse vitæ.* In Glossis autem σεμνὸς exponitur *venerabilis, castus.* Sic vetus interpres Pauli ad Titum, c. ii, vers. 2 : Σεμνὸν *pudicum* interpretatur. Glossæ

curialis, aut apparitor, nisi a prima ætate vitam solitariam amplexus, a curia liberatus sit, quarta parte patrimonii sui curiæ præstita. Cæterum laicus (39) non statim ad episcopatum traducitor, nec cum concubina (40) episcopus cohabitato, vel liberos habeto (41), vel uxorem secum degentem (42): sed virgo sit ea conjux (43), quæ olim a

A τῆς, εἰ μὴ ἐκ νέας μονάσας ἡλικίας ἐλευθερωθῇ τῆς βουλῆς, τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ὑποστάσεως τῷ βουλευτηρίῳ παρασχόμενος. Μὴ εὐθὺς δὲ λαϊκὸς εἰς ἐπίσκοπον παραγέσθω, μηδὲ παλλακῇ συνοικείτω, ἢ παῖδας ἐχέτω, ἢ γαμετὴν συζῶσαν· ἀλλ' ἢ παρθένος ἔστω ἡ γαμετὴ, ἐκ παρθενίας πρώην συζήσασα. Μὴ γινέσθω δὲ ἐπὶ δόσει, ἵνα μὴ καὶ ὃ δέδωκεν

Annibalis Fabroti notæ.

σεμνότης, *pudicitia*. Justinianus autem hæc sumpsit ex I epist. Pauli ad Tim. c. III, 2, et ad Titum, c. I, 7. B. Hieronym. sic eas exponit adv. Jovinianum.

(39) *Cæterum laicus non statim.* Jure civili per gradus honores geruntur; et majorem magistratum, quis gerere non potest, nisi prius minorem susceperit, l. *Quæ utiliter* 45. *D. De neg. gest.* et l. *honor.* 14, § *Gerendorum* 4. *D. De minor. et honor.* In sacris etiam Eleusinis prius mysta fiebat, quam epopta institueretur, id est, priusquam admitteretur ad inspectionem arcanorum, et annus interponebatur tentamenti causa. Similiter ad majores Ecclesiæ dignitates quis non promovetur, nisi minoribus prius functus sit. Itaque laicus repente et mediis neglectis non eligitur episcopus, sed κατὰ βαθμοὺς διεξελθών, ut de Dionysio Areopagita scribit Simeon Metaphrastes M. Octob. Quod et Sardic. concilii can. 10 cautum est. B. Cyprian. 52, ad Antonianum de Cornelio P.: *Non ipse ad episcopatum pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, et in divinis administrationibus Dominum sæpe promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit.* B. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Fit clericus et per solitos gradus presbyter ordinatur.* Eleganter S. Gregor. Nazianz. orat. I, ὡς μόλις. Et fuse in oratione 20. Idemque in laudem Anastasii: Καὶ πᾶσαν τὴν τῶν βαθμῶν ἀκολουθίαν διεξελθὼν, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ συντέμνω, τὴν τοῦ λαοῦ προεδρίαν πιστεύεται· *Cunctisque ecclesiasticorum graduum muneribus deinceps perfunctus, ut quæ media sunt resecem, populo præficitur.* Zosim. epist. 9; B. Chrysost. *De sacerdotio;* Fulbertus, p. 47; P. Chrysologus, p. 412; Anast. *De Vitis PP.*; synod. VIII P. sub Adriano II, c. 5, tom. III *Concil.* p. I, sect. 2, p. 675, collat. 2, *Conc. Barcinon.*, c. 3, tom. II, conc. II, p. 305, collat. I, can. 10; *Concil. Sardic.* et *Synod. Const.* c. 17; Vigilius papa, epist. 4; Fulgentius Ferrand. in Breviatione canonum, § 2: *Et quicunque laicus ad episcopatum eligitur prius annum in ministerio per omnes gradus transeat*, ex concilio Suffetulensi.

Itaque Gosfridus abbas Gosfrido Carnotensi episcopo objicit quod ante sacros ordines episcopus electus sit, epist. 27, l. 3. Idemque exprobrat Raynaldo Andegavensi, epist. 2, lib. III: *Omnes postmodum*, inquit, *ordines sed sine ordine, quia in octo diebus, et non certis temporibus, accepistis propter episcopatus ambitionem.* Nec sincerius apud Græcos prisci Patrum canones observati: Georgius Acropolites; Manuel Arsenius, p. 423 b. Sed hæc non ita semper rigide observata: nam ex diaconis etiam assumebantur episcopi, Leo Magn. in Epistolis.

Itaque Nicolaus I, in epist. 6, graviter conqueritur quod Photius D. Ambrosii et Nectarii exemplo (de quibus Sozomen. VII, 8; Socrat. IV), ex laico, etc., et summus pontifex apud Krantz. *Hist. Brem.* lib. VII: *Vidimus*, inquit, *electum vestrum, placet persona, placet scientia, placet eloquentia: placent etiam, quantum novimus, mores. Verum modus electionis displicet, præsertim quia est infra sacros ordines, non dico subdiaconatum, sed acolythatum electus.* Sic Demetrius statim mysta fieri et epoptes voluit, et tanquam res insolita et nova notata, ut scribit Plutarchus in Demetrio, et Philochorus apud Harpocrationem. Ex hac novella non ordinatur episcopus ex monachis vel clericis, nisi sex mensibus inter clericos constiterit. Ex novella autem CXXIII, cap. 1, § ult., laicus etiam ad episcopatum electus ordinatur tantum post tres menses a cooptatione in clerum.

Interdum tamen ex causa et dispensatione summi pontificis gradatim non ascenditur. Auctor *Histor. PP. Rom. qui in Gallia sederunt*, in Clemente VI: *Facta autem hujusmodi ordinatione, religiosus effectus est, et habitum Prædicatorum assumpsit: dictus vero papa demum ipso instante et procurante Joanne rege Franciæ memorato jam suo successore effecto, fecit patriarcham Alexandrinum, et Ecclesiam Rhemensem sibi perpetuo commendavit, et causa ipsum honorandi magis, ne forte a præmissis in posterum posset resilire, in propria nocte Natalis Domini ipsum ad omnes sacros ordines uno contextu ordinavit.*

(40) *Cum concubina.* Balsamon p. 961. Robertus monachus cœnobii S. Mariani apud Altissiodorum in Chronico Altissiodorensi: *Uxorum quoque et concubinarum contubernia presbyteris, diaconibus, subdiaconibus ibi* (in concilio Remis indicto) *sunt penitus interdicta.*

(41) *Vel liberos habeto, vel uxorem.* Qui uxorem habebat initio nascentis Ecclesiæ ad episcopatum vocari poterat; cum uxore tamen veluti cum sorore versabatur apostolorum exemplo, de quibus Clemens Alexandrinus Stromate II. Noti sunt versus Venantii Fortunati de Placidina Leontii episcopi Burdigalensis uxore:

Cogor amore etiam Placidinæ pauca referre,
Quæ tibi tunc conjux, est modo chara soror.

Quæ erat arcana germanitas, ut loquitur Paulinus epist. 2, ad Victricium. Et cum inhiberentur consortia extranearum mulierum, excipiebatur tamen quæ uxor ante sacerdotium fuerat, l. *Eum qui*, 19, *C. de episc. et cler.* De continentibus Epiphanius in compendio veritatis Ecclesiæ. Sed tandem placuit ut nonnisi cælebs episcopus crearetur et orbus, novel. CXXXVII, c. 2, quæ quidem abrogata est quod ad liberos attinet, et ideo relata non est in Basilicis propter novellam II Leonis, ut scribit Balsamon ad canonem 48 sextæ synodi.

(42) *Uxorem secum degentem.* Ex sententia Balsamonis, qui uxorem superstitem et conviventem habet, episcopus creari non potest, sed tantum qui ætatem caste egit, vel certe qui quondam uxorem virginem duxerit. Certum est enim Petrum apostolorum principem uxorem habuisse. De Paulo non convenit; uxorem enim habuisse tradit Clemens Alexandrinus *Stromatum* III, alii contra putant. Theodoretus Cyrensis ex Epistola Pauli ad Corinthios.

(43) *Sed virgo sit ea conjux.* Locus leviter corruptus et Græcis, graviorem in errorem compulit. Sic igitur restituendus est, ἀλλ' ἢ π. ἐ. ἢ γαμετὴ ἐκ παρθενίας; π. σ. *Sed aut ipse virgo sit, aut uxor quæ prius ei nupserat, virgo fuerit.* Vide novell. Justin. c. 1, § 3. Innocentius epist. 2, ad Victricium Rotomagensem, cap. 4: *Mulierem clericus non ducat uxorem, quia scriptum est: Sacerdos uxorem virginem accipiat, non viduam, nec ejectam mulierem*, id est, jam virum expertam.

ἀπολέσῃ, τῇ ἐκκλησίᾳ τούτου προσχυρουμένου, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκπέσῃ. Μὴ ἑστὼ ἄπειρος δογμάτων. Γινέσθω δὲ ἐκ μοναχῶν, ἢ ἐν κλήρῳ οὐκ ἔλαττον μηνῶν ἓξ καταλεγεὶς, ὁμολογῶν τοὺς ἱεροὺς φυλάττειν κανόνας. Ὁ γὰρ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἢ χειροτονῶν τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτει.

A virginitate cum eo vixerit. Per largitionem (44) ne creator, quo nec id (45), quod dedit ecclesiæ applicatum amittat, et ipso pontificatu privetur, Ne dogmatum imperitus esto (46). Monachorum e numero (47) deligitor, vel qui non minus sex mensibus (48) clericatui fuerit ascriptus; et qui sponsam habuerit, ea prius mortua, vel ipse, si ea virginitatem servaverit, vel si ipsa ante eum mortua fuerit, et ipse postea virginitatem servaverit. Si quis autem horum contra hæc fecerit, sciat se sacros canones servaturum. Nam qui præter hæc vel ordinatur, vel ordinat, pontificatum amittit.

Ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἔλαβέ τι ὑπὲρ χειροτονίας, καὶ τὰ δοθέντα τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποκαταστήσει, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεται. Εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ λαβὼν, διπλοῦν τὸ ληφθὲν ἀποδώσει τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ὑποβάλλεται, ἐκπίπτων καὶ ἧς ἔχει τυχὸν ἀρχῆς τοῦ δεδωκότος ἐπισκόπου μηδὲ ἣν εἶχε πρότερον ἱερατικὴν ἀξίαν ἐκδικεῖν δυναμένου.

Si quid episcopus, aut clericus, ordinationis nomine acceperit (49), et data restituet ecclesiæ, et a sacerdotio removetur. Sin laicus est, qui accepit, duplum ejus, quod accepit, ecclesiæ solvet, et exsilio perpetuo damnabitur, eum quoque magistratum amittens, quem forte gerebat: nec qui dedit episcopus, illam quoque dignitatem sacerdotalem vindicare sibi poterit, quam prius B habebat.

Ὁ χειροτονῶν ἐπίσκοπον εἰς ἐπήκοον παντὸς τοῦ λαοῦ προσαγορευέτω τῷ μέλλοντι χειροτονεῖσθαι· ὡς μαθὼν αὐτὸν πάντα ἔχειν τε καὶ φυλάττειν τὰ προειρημένα, ἐπιτίθησιν τῷ τὴν χειροτονίαν.

Qui episcopum ordinat, audiente universo populo compellet eum qui ordinandus est: quod cum norit eum habere ac servare omnia prædicta, manus eidem imponat.

Ὁ βουλόμενος κατηγορεῖτω τοῦ μέλλοντος χειρο-

Quicunque vult (50), accuset eum, qui ordi-

Annibalis Fabroti notæ.

thios. cap. VII, vers. 8, ibi: *Si sic permanserint, sicut et ego.* Ἔδειξε πάλιν, inquit, ἑαυτὸν τῆς τῶν ἀγάμων ὄντα συμμορίας· *Ostendit rursus se esse ex ordine eorum qui uxores non duxerunt.* Hugo tamen Grotius in annotationibus ad d. Epistolam scribit, ex eodem loco non improbabiliter colligi, Paulo fuisse uxorem, sed cum hæc scriberentur, mortuam. Vide hac de re disserentem Jacobum Usserium archiepiscopum Armacanum in epistolas Ignatii prolegomenon cap. 17. Sed sive Paulus uxorem habuerit, sive non, satis est, Petro uxorem fuisse, ut dicatur, conjugatum etiam primæ sedis episcopum constitutum fuisse. Licet autem Petrus uxorem habuerit, maritum tamen esse desiisse constat; nam ut est in canonibus Ælfrici ad Wiphinum episcopum, quamprimum factus est discipulus Christi, qui castitatis exemplum præbuit, uxorem dereliquit et mundana omnia. Petri ad exemplum totus clericorum ordo compositus est. Conjugatus igitur episcopus creari quidem potuit, ut Clemens *Constitutionum* lib. II, c. 2: *Inquirendum*, ait, *an honestam uxorem habeat, vel habuerit, sed non aliter quam si castitati perpetuæ se astringeret.* B. Hieronym. epistola 50, ad Pammachium, et I, contra Jovinian. Concil. Arelat. II. Vide can. *Episcopus*, et seq., distinct. 31; Paulin. epist. ad Aprum episcop. epist. 3; Concilium Carthaginense, II, c. 2: *Omnibus placet ut episcopi, presbyteri, et diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab uxoribus se abstineant.* Ab omnibus dictum est: Placet ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur qui altario deserviunt. Concilium Arelat. II. Gregor. Nazianzen. orat. 19. Conjugati enim non sunt ordinandi, d. conc. Arelat. II, c. 2; Agathense, can. 16; Arausic., c. 22; Tolet. II. Quod etiam statutum est can. 12, synod. VI in Trullo, ad quem vide Zonaram, et ad can. 30 et 48. Vide Balsamon. in synod. VI in Trullo, can. 48; et ad can. 5 apostol. et Zonaram p. 139. Itaque cum Joanni Cantacuzeno objicerent episcopi Joannem quemdam ad patriarchatum evehi non posse, quod conjugem et liberos haberet, respondit ipse obicem hunc tolli posse, si Joannes uxoris consuetudine non uteretur, et cætera sit idoneus, lib. II *Historiæ*, cap. 21, τοῦτο κώλυμα καθάπαξ ἀποστησομένου. Sic Joannes Glycys cum uxorem et liberos habens patriarcha Constantinopolitanus esset, uxor ejus statim habitum monasticum induit, ut scribit Nicephor. Gregor. *Histor.* VII. Vide Gregorium Turonensem, lib. I, cap. 44. De conjugio presbyterorum vide Gregor. Nazianz. epist. 40 et 95; in Addit. de Theoseb. De uxoribus clericor. concilium Turonicum I; concil. Matiscon. c. 11; Agathense c. 9. Et manebat lex conjugalis, conc. C Toletanum III, c. 5. Vide quæ dixi ad l. 47 sup. de episc. et cl. Auctor *Constit. apostol.* lib. II, c. 2, qualis esse debeat episcopus, si uxorem honestam habeat, vel habuerit. Vide etiam Leonis M. decreta p. 406.

(44) *Per largitionem.* Vide dicta ad l. 30, sup. *de Episc. et cler.*

(45) *Quo ne id.* Vide Novellam VI, c. 1, § 9, et Nov. CXXIII, c. 2, § 1.

(46) *Ne dogmatum imperitus esto.* Sozomenus, lib. IV, cap. 25, scribit Neonem episcopatu exauctoratum, quod nonnullos sacrarum litterarum legumque Ecclesiæ ignaros, et vitam inconsiderate dissoluteque instituentes, episcopos designasset.

(47) *Monachorum e numero.* Joannes Cassianus, collat. 11, c. 2: *Qui raptus de anachoretarum cœtu, et episcopus Panephisi oppido datus, tanta districtione omni ævo suo propositum solitudinis custodivit, ut nihil de præteritæ humilitatis tenore laxaverit, aut de adjecto sibi honore blanditus sit.* D Marcellinus comes in Chronico: *Severus Eutychetis perfidiæ, Anastasio Cæsare volente, sedem Flaviani antistitis ex monacho occuparit.* Epiphanius in Comp. ver. Eccl. p. 9; S. Sev. Sulpitius, *De Vita sancti Martini.*

Monachi tamen episcopi non fiunt sine licentia. Vide notas Sirmondi ad cap. Caroli Calvi, p. 54; vide tamen Judicem, et synodum VIII, sub Adriano, c. 26. Patriarcha ex monacho, vide Nicephor. Gregoram, p. 116 in fin. et 117 in medio; Chronic. Constantinopol. p. 400, in fin. et 423; Cranzium, *Histor. Bremens. Eccles.* lib. VIII, cap. 9.

(48) *Non minus sex mensibus.* Hoc mutatur Novella CXXIII, c. 1, § 2; sufficiunt enim tres menses.

(49) *Ordinationis nomine acceperit.* Vide Novell. Isaaci Comneni apud Balsamonem ad *Nomoc.* Photii, tit. I, c. 24.

(50) *Quicunque vult.* Vetus Ecclesiæ mos in or-

nandus est episcopus : ut instituta quæstione, si probatum fuerit eum veritatem dicere, ordinatio inhibeatur ; sin eum culpæ constiterit expertem esse, qui ordinandus est, vel si accusator deseruerit accusationem, fiat ordinatio. Sed tamen accusator ipse perpetuæ excommunicationis (51) pœnæ subjicietur. Quod si negligatur examen accusationis, tam is, qui ordinavit, quam qui ordinatus est, sacerdotio privatur.

A τονεῖσθαι ἐπισκόπου· ἵνα, ζητήσεως γινομένης, εἰ δειχθείη ἀληθεύων, ἐπισχεθῇ ἡ χειροτονία. Εἰ δὲ ἀνεύθυνος φανείη ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, ἢ ὁ κατήγορος ἐκλίπῃ τὴν χειροτονίαν, [*Isc.* κατηγορίαν] ἡ μὲν χειροτονία γίνεται, αὐτὸς μέντοι ἐπιτιμίῳ διηνεκοῦς ἀκοινωνησίας ὑποβληθήσεται. Παρορωμένης δὲ τῆς ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ ἐξετάσεως, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ὁ χειροτονηθεὶς τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτουσι χωρὶς θείων γραμμάτων.

Absque litteris principis (52) nullus episcopus (53) ultra annum absit ab ecclesia sua. Sin hoc fecerit, et canonice citatus a patriarcha suo vel metropolitano fuerit, ac non comparuerit, ab episcopatu removetor, et alius ordinator.

Μηδεὶς ἐπίσκοπος ὑπὲρ ἐνιαυτὸν τῆς ἰδίας ἀπολιμπανέσθω ἐκκλησίας. Εἰ δὲ τοῦτο πράξῃ, καὶ κληθεὶς κανονικῶς ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου μὴ παραγένηται, ἐκβαλλέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ ἕτερος χειροτονείσθω.

Nullus episcopus absque commendatitiis litteris (54) archiepiscopi sui (55), vel metropolitani, B

Μηδεὶς ἐπίσκοπος χωρὶς συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἀρχιεπισκόπου ἢ μητροπολίτου ἀνίτω ἐν

Annibalis Fabroti notæ.

dinandis episcopis, ut plebe præsente detegerentur malorum crimina, vel bonorum merita prædicarentur : cujus moris testis est præter alios Zonaras ad can. 1 apostolorum. Itaque licebat cuilibet ordinandum accusare.

(51) *Perpetuæ excommunicationis.* Photius *Nomocanonis* tit. 4, c. 8, scribit hoc satis novum esse ut accusator episcopi, si non impleverit accusationem, perpetuæ excommunicationi subdatur : et ideo id non stare in libris Basilic. sicut nec illud quod cavetur in Novella CXXIII, cap. 2, accusatori provincia in qua lares posuit interdici : humanius autem agi novella CXXXVII, c. 3; clericum enim qui litem destituit, de gradu suo dejici, laicum autem competenti pœnæ subjici.

(52) *Sacris litteris exceptis.* Hunc locum non intellexit interpres, qui sic erat vertendus : *Absque litteris principis nullus episcopus*, etc., ab illis igitur verbis incipiendum est novum thema. Justinianus dixerat κατὰ κέλευσιν βασιλικήν. *Jussu principis.* Epitome canonum Adriani Pontificis ex concilio Sardicensi : *Ut episcopi ad comitatum non vadant, nisi ab imperatore vocati, aut necessitatibus oppressorum subeenturi.* Vide Novell. CXXIII.

(53) *Nullus episcopus ultra annum.* Crisconius in Breviario canonico, c. 160 : *Quod non l ceat episcopo a sua Ecclesia plus tribus hebdomadibus abesse* Concilio Sardic. tit. 21.

(54) *Absque commendatitiis litteris.* Ex commendatitiis, seu commendatoriis probatur proficiscendi licentia. De his vide Constantinum Harmenopulum in Epitome cann. sect. 1, et ad Can. apostol. sect. 2, tit. 3; Balsamon. in can. 11 synod. Chalced ; Theophanes : μετὰ γὰρ γραμμάτων συστατικῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπέλυσεν· *Cum litteris commendatitiis in Alexandriam dimisit.* S. Basilius epist. 11; Julius Pollux in Caronico : Ἰουλιανὸς τοὺς δήμου; ἁπαξ̃ ὀλόμενος τὰς Χριστιανῶν εὐπ.ί.ας μιμεῖσθαι καθυπεκρίνατο. Διὸ ξενῶσι καὶ πτωχείοις χορηγεῖσθαι προσέταττε, καὶ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς ἐσπούδαζε γράφεσθαι, καὶ τὰς λοιπὰς εὐσεβείας ἤθελε γίνεσθαι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ ἐπιστολή, ἣν πρὸς Ἀρσάκιον τὸν ἀρχιερέα τῶν ἐν Γαλατίᾳ Ἑλλήνων ἐπέστελλεν· *Julianus cum populum decipere existimaret, Christianorum laudandas actiones imitari simulabat. Itaque res ad victum necessarias, xenonibus et ptochiis erogari præcepit, et commendatorias litteras scribi, et alia pietatis officia peragi voluit : quod ostendit epistola quam ad Arsacium paganorum in Galatia patriarcham misit.* Capit. Caroli M. Aquisgranense concil. cap. 3. Item in eodem concilio, nec non et in Antiocheno can. 20 : *Ut fugitivi clerici et peregrini a nullo recipiantur, nec ordinentur sine commendatitiis litteris, et sui episcopi vel abbatis licentia.*

Litteræ commendatitiæ dicuntur quia eos qui migrant, commendant episcopis, non suis. Paulinus Nolanus in epistola 21, ad Amandum episcopum : *Marium portitorem hujus epistolæ commendatum specialiter unanimitati tuæ, ut sicut rogavimus sanctum episcopum et patrem nostrum, ita ordinetur a vobis.* Ebroinus Bituricensis in Formata ad Magnonem Senonensem archiepiscopum : *Has litteras commendatitias more ecclesiastico factas, ad sanctitatem vestram misimus, ut scire valeat Deo digna charitas vestra, eum nec fuga lapsum, nec sua malitia a nobis ejectum, sed nostra voluntate destinatum.*

Hæ litteræ etiam dicuntur dimissoriæ. Synodus Trullana ἀπολυτικὰς vocat ; Glossæ Græcolatinæ ἀπολυτική, id est, *dimissoria.* Clerici enim qui in alia diœcesi mansuri erant, absolvebantur et dimittebantur ab episcopo proprio, ut in Formata Wolfeonis Constantiensis episcopi ad Bernaltum Argentariensem : *Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, et nostris ex partibus absolutum in vestrarum ovium numero custodite.* Dicebantur et canonicæ, ut in Formata Hincmari Remensis ad Æneam Parisiensem, et in Formata Rathodi Trevirensis episcopi ad Robertum episcopum Metensem. Denique Formatæ dictæ passim in conciliis, quoniam in illis τύπος seu forma signi episcopalis impressa erat. Vigilius Papa in Epistola ad episcopos Galliæ : *Illud pari auctoritate mandamus, ne quisquam sine prædicti fratris et coepiscopi nostri formata tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficisci.* Et in epistola ad Aurelianum episc. Arelatensem : *Ne quis sine formata tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficisci, sed ut consuetudinem illam debeant custodire, quam constat semper nostræ sedis habuisse vicarium, et a vobis formatam postulent, si causarum suarum necessitate compulsi ad longiora itinera destinare disponunt.* Vide B. Augustin. epist. 165 et eruditissimum Sirmondum ad Sidonium.

Dimissoriæ proprie pertinent ad eos, qui in aliam parœciam sive diœcesim transibant, ut in ea perpetuo manerent, ut in d. formata Wolfeonis et in formata Hedilonis ad Rodulphum Laudunensem. Et hoc modo episcopus commendatum per dimissoriam acquirit, ut Joannis VIII epist. 138, ad Vulgarium monach. Commendatitiæ vero pertinent ad eos, qui ad tempus migrabant ; puta si privati alicujus vel publici negotii causa abituri essent, vel ad comitatum irent, id est, ubi princeps degeret, *à la Cour.*

(55) *Archiepiscopi sui.* Episcopus sine litteris metropolitani, metropolitanus sine litteris archiepiscopi ad comitatum venire prohibetur. Balsamon hic ἀρχιεπίσκοπον πατριάρχην Nov. VI, c. 2 et 3, *regionis patriarcham* vertit. Julian. nov. VI, num.

Κωνσταντινουπόλει. Τὸν δὲ οὕτως ἀνιόντα χρὴ πρῶτον παραγίνεσθαι πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἢ τοὺς ἀποκρισιαρίους τῆς κατ' αὐτὸν διοικήσεως, κἀκείνοις κοινοῦσθαι τὸ πρᾶγμα· καὶ εἰ δέήσοι, δι' αὐτῶν, ἢ διὰ ῥεφερενδαρίων τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας πρὸς βασιλέα μηνύεσθαι.

Χρὴ τὸν χειροτονούμενον κληρικὸν ἄμεμπτον καὶ γραμμάτων ἔμπειρον εἶναι, καὶ μήτε ἐκ ταξεωτῶν ἢ βουλευτῶν, εἰ μὴ κατὰ τὴν πρότερον οἰηθεῖσαν διάταξιν· μήτε δεύτερον γάμον, ἢ παλλακῇ συνοικήσαντα, ἢ γυναῖκα ἔχοντα μὴ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συναφθεῖσαν, χειροτονεῖσθαι αὐτὸν προῖκά χωρὶς

A Constantinopolim (56) adeat. Qui vero sic adierit, primum accedere debet ad sanctissimum archiepiscopum Constantinopolitanum, vel ad diœcesis ejus apocrisiarios (57), quibuscum negotium communicetur, ac si quidem opus erit, per eos, vel per ecclesiæ Majoris referendarios (58), imperatori significetur.

Clericum, qui ordinatur, oportet expertem esse reprehensionis (59), et litterarum peritum (60), nec ex apparitoribus (61), aut curialibus, nisi secundum ordinem prius positum. Nec eum, qui secundas contraxerit nuptias (62), vel qui cum concubina contubernium habuerit, aut qui uxorem

Annibalis Fabroti notæ.

25, 26. Vetus interpres, *regionis aut diœceseos patriarcham*. Fulgentius in Breviat. Cann. cap. 46. Zosimus PP. in epist. 5, ad episcopos Galliæ.

(56) *Constantinopolim*. In sacrum comitatum. B. Ambrosius de obitu Valentiniani : *Jussit eum ad comitatum venire*. Ammian. lib. XIV : *Ad comitatum imp. vinctum perduceret*. Gesta de nomine Acacii : *Ut ad comitatum vicibus clerici dirigantur*. Justinian. d. nov. VI, c. 3. πρὸς τὴν βασιλείαν : vel, interpres, *ad imperium*. Anastasius Bibliothec. de vit. PP.: Ne ignoti sine commendatitiis. Vide Alexandri III, epist. 19. 1 coll. in fine. Vide capit. Car. M. p. 8 et 90, 223, 232, b. cod. LL. Antiq. p. 668, tom. III. concil. p. 611, vid. quæ diximus ad tit. 3 lib. I, cap. 22.

(57) *Diœcesis apocrisarios*. Episcopi per apocrisarios suos, vel referendarios Magnæ ecclesiæ causas propter quas in comitatum venerunt exponunt, et responsum impetrant. Vide glossaria nostra ad Cedrenum et Nicetam, et Photii Bibliothecam, p. 266.

(58) *Referendarios*. Glossæ Juris. ῥαιφενδάριος ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων. *Referendarius qui responsa fert*. Item ῥαιφερενδάριος, ὁ τὰ ῥηθέντα ἀναφέρων ἀπό τινος· *qui dicta ab aliquo refert*.. Erant autem non in ecclesia modo, sed et in palatio.

(59) *Expertem esse reprehensionis*. Clerici et episcopi debent esse irreprehensibiles, ut præscribit D. Paulus in Epist. ad Timoth. cap. III, v. 2. *Quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis*, ut est in can. 2, concil. Arvernens.: Τὸν γὰρ ἄρχοντα φωστῆρα δεῖ εἶναι, ὥστε πρὸς τοῦτον πάντας ὁρῶντας φωτίζεσθαι, καὶ ὁδηγεῖσθαι. *Illum enim qui aliis præest, veluti stellam esse oportet ad omnes in ipsum intuentes illuminandum et dirigendum*, ut ait Theophylactus in D. Pauli Epistolam. Et vita clericorum innoxia et inculpata esse debet. Et illi vitæ integri, sceleriscque puri. Verum hoc ita intelligendum est, ut episcopus aut clericus non sit ἀναμάρτητος et impeccabilis, sed irreprehensibilis quantum humanæ naturæ fragilitas patitur. S. Hieronymus lib. I, contra Pelagianos: *Vult certe Deus tales esse episcopos, sive presbyteros, quales vas electionis docet. Primum quod dixit irreprehensibilis, aut nullus aut rarus; quis enim qui non quasi in pulchro corpore, aut nævum, aut verrucam habeat?*

(60) *Litterarum peritum*. Γραμμάτων ἔμπειρον. Balsamo, γραμμάτων παντοίως ἐπιστήμονα. Justinianus Novell. VI, cap. 4, *qui literas sciat*. Julianus *litteratum* vertit. Per contrarium ἀγράμματος; illiteratus, et litterarum expers exponitur in Glossis Græco-Latinis, *qu'il sache lire*. Adde Novellam CXXIII, tit. seq. concilium Romanum sub Eugenio II. c. 4. Vide distinct. 38, can. 5, *in laicis* ex Leonis epist. 23, cap. 7. *extr. de elect.*; Constit. apost. lib. II, c. 1, et lib. VIII, cap. 1. Ca-

B rotus M. apud Sangallensem lib. I, cap. 3, quosdam hortatur, ut strenue litteris incumbant. *Et dabo vobis*, inquit, *episcopia et monasteria permagnifica*. Stephanus Tornacensis in epist. 183 : *Vir est, quem et morum gravitas, et litterarum peritia; et honestas commendabilem reddunt*. Wilelmus Malmesburiensis lib. I de gest. pontificum Anglor. Atque adeo litterarum peritia præsulibus semper necessaria fuit, ut sola imperitia, abdicandi sacri magistratus justa causa esse potuerit. Anselmus in epistola ad Urbanum summum PP. Narrat tamen Albert. Crantzius *Historiæ Bremens. Eccles.* lib. 8, cap. 53, ad archiepiscopatum admissum Henricum ex comitibus de Anholt, qui vix primas litteras attigerat. Inscientiæ etiam monstrum ad patriarchalem sedem evectum scribit Nicephor. Gregoras : Τὸν πατριαρχικὸν διεδέξατο θρόνον Νίφων τῆς Κυζίκου μητροπολίτης, τῷ βασιλικῷ θελήματι τῶν ἀρχιερέων εἰξάντων, καὶ μεταστησάντων αὐτὸν ἐκ Κυζίκου πρὸς τὴν τῆς πατριαρχίας περιωπήν. Ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ πάντη μὲν ἀδαὴς τῆς ἔξω παιδείας, οὐχ ὡς τὰ πολλὰ δὲ καὶ τῆς θειοτέρας, ὡς μηδ' οἰκείᾳ χειρὶ τὰ τῶν γραμμάτων στοιχεῖα γράφειν εἰδώς. *Nipho Cyzici metropolitanus pontificibus imperatoris voluntati obsecutis ad patriarchatum accersitur. Erat autem ille vir Græcarum litterarum plane rudis, sacrarum etiam fere; ut qui sua manu nec elementa litterarum scirel pingere.*

(61) *Nec ex apparitoribus*. Ex ταξεωτῶν, ἢ βουλευτῶν, ex cohorte, vel curia : nec sit officialis aut curialis conditionis, Julianus Antecessor.

(62) *Qui secundas contraxerit nuptias*. Digami a sacerdotio arcentur. D. Hieronymus lib. I advers. Jovinianum : *Quam sancta sit digamia hinc ostenditur, quod digamus in clerum eligi non potest*. D. Augustin. de bono conjugali : *Sacramentum nuptiarum sic ad unum maritum et unam uxorem redactum est, ut dispensatorem ecclesiæ non liceat ordinari, nisi unius uxoris virum*. S. Epiphanius hæres. 59. Tertullianus in libro de exhortatione castitatis : *Presbyter esse non alius potest quam laicus semel fuerit maritus*. S. Leo in epistola 87 ad episc. Cæsariensis Mauritaniæ : *Nequaquam ad diaconi gradum, vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse claruerit*. Vide Hieronymi epistolam 83, ad Oceanum, et in epistolam ad Titum cap. 6. Theodoretus in I ad Timoth. cap. 3; S. Ambros. in cap. 3 Paulinæ I ad Timoth. Digami enim arcentur a sacris ordinibus propter defectum sacramenti, cap. *Debitum extra eod.* Quia qui carnem suam dividunt, non significant unitatem Christi cum unica et immaculata sponsa Ecclesia. Can. *Acutius distinct.* 26.

habeat, quæ a viginitate cum ipso copulata non fuerit. Eumdem oportet ordinari gratis (63), absque omni largitione : et audiente populo universo accipere præcepta canonica, perinde ac de iis est traditum, qui ad episcopum pervenerunt.

A πάσης δόσεως, καὶ τὰ κανονικὰ δέχεσθαι παραγγέλματα εἰς ἐπήκοον παντὸς τοῦ λαοῦ, παραπλησίως τοῖς εἰς ἐπισκοπὴν παραγινομένοις.

Neminem, qui sit illitteratus, clero ascribi oportet.

Ὅτι οὐδεὶς ἀγράμματος εἰς κλῆρον καταλέγεται.

Presbyter, aut diaconus (64), aut subdiaconus, qui post ordinationem in matrimonio degit (65), aut concubinam superinducit, aperte vel simulate, sacerdotium amittens, privatus esto (66).

Πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμοις προσομιλῶν ἢ παλλακὴν ἐπεισάγων φανερῶς ἢ ἐσχηματισμένως, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτων, ἰδιώτης ἔστω.

Lector, qui secundas contrahit nuptias (67), ad gradum sacerdotii ne provehitor. Si vero operam dederit, ut provehatur, a clericatu removetor. Tertium matrimonium eidem prohibetur.

Ἀναγνώστης δευτερογαμῶν μὴ προκοπτέτω εἰς βαθμὸν ἱερωσύνης. Σπεύδων δὲ προκόψαι, πεπαύσθω τοῦ κλήρου. Τριγαμεῖν δὲ κωλύεται.

Quæ ordinatur diaconissa (68), virgo sit (69), aut olim in unius solius viri contubernio vixerit ;

B Ἡ χειροτονουμένη διακόνισσα παρθένος ἔστω, ἢ ἑνὶ καὶ μόνῳ πρώην συνοικήσασα ἀνδρὶ, σύνεγγυς

Annibalis, Fabroti notæ.

(63) *Ordinari gratis.* Vide Ærodium rerum judicat. p. 444 et Cassiodor. 9, 15 et seq.

(64) *Presbyter aut diaconus.* In ordinationibus clericis, ut loquitur Cyprianus, id etiam servari debet, ut sint ἀνέγκλητοι, seu inculpati. Fulbertus epist. 61. Observanda sententia Apostoli dicentis, oportere non solum episcopum, sed presbyterum quoque et diaconum sine crimine esse.

(65) *Qui post ordinationem in matrimonio degit.* Presbyter, diaconus, et subdiaconus, si matrimonium contrahat, cadit clericatu, cap. 1 et 2, *extr. qui cler. vel. vovent. matrim. contrah. possunt.* Concilium Aurelianense II, c. 8, propter votum continentiæ : tam enim diaconi quam subdiaconi cum primum in clerum asciscuntur carnem suam in æternum obsignant : Hugo a Sancto Victore, de sacrament. lib. I, cap. 30 : *Ordo impedit conjugium faciendum, et dirimit contractum, quia votum continentiæ sacris ordinibus est adnexum, ut licet verbis non fiat, nihilominus tamen in ipsa susceptione factum intelligatur.* Concilii tamen Ancyrani can. 10, diaconis in Ecclesia Orientali nuptias contrahere permissum fuit, si ea lege ordinati essent ab episcopo ut eis liceret matrimonio jungi, nec deponebantur, si postea uxorem ducerent, Verum ex can. 6 concil. VI in Trullo, presbyteri, diaconi, subdiaconi post ordinationem quidem nuptias jure non contrahunt, sed utuntur matrimonio contracto, excepto tempore contrectationis sacrorum mysteriorum : κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταχειρίσεως, ex sententia Zonaræ ad can. 4 concil. Carthaginensis.

(66) *Privatus esto,* ἰδιώτης ἔστω. Justinianus, Novella VI, cap. 5, ἰδιώτης ἔσται καὶ λαϊκός, Julianus Antecessor, *sit privatus et laicus.*

(67) *Lector qui secundas contr. nuptias.* Lector nuptias contrahere non prohibetur, can. 25 apostolorum, eoque jure utuntur Græci cap. *cum olim* 6, *extra de cler. conjugat.* Sed si secundas contraxerit, ad sacerdotii honorem provehi non potest.

(68) *Diaconissa virgo sit aut olim, etc.* Diaconissa univira eligebatur, non renupta, quo verbo utitur concilium Epaonense c. 2. Paulus ad Timoth. I, cap. 7. *Disciplina Ecclesiæ et præscriptio Apostoli viduam adlegi in ordinem nisi univiram non concedit ;* et de virginibus veland. cap 9, ad quam Epiphanius περὶ πίστεως καθολ. συντ. αὐτὰι δὲ μονόγαμοι οὖσαι.

(69) *Virgo sit.* Non virgines, sed viduæ primis Ecclesiæ cunabulis eligebantur, quæ scilicet post matrimonium unum interceptum exinde sexui renuntiabant, ceu loquitur Tertullianus, de exhort. castitatis cap. 1. Clemens autem ordinem viduarum instituisse fertur, ut est in fine lib. VI Recognitionum, quasi pro monstro esset ut virgo in censum viduarum referretur, quas ætatis ratio frigidioris ad Ecclesiæ ministerium admitti suadebat, non juniores, ὡς τῶν ἀκμαζουσῶν καὶ ἐργάζεσθαι καὶ τοέφεσθαι δυναμένων, ἃ ; καὶ πόνοις δαμάσιν χρὴ τὰς ἀκμὰς τὰ σκιρτήματα. *Quod quæ adhuc ætate vigeant, laboribus suis victum sibi possint quærere ; quas etiam oportet ætatis adultæ lasciviam laboribus edomare,* ut scribit Theodoretus ad d. epistolam Pauli ad Timoth. Procedente autem tempore virgines quoque ascitæ. Epiphanius hæresi 79 : ἀειπάρθενοι οὖσαι *semper virgines.* Qui locus revocat mihi in mentem epistolam S. Ignatii ad Smyrnenses in fine, quam viri docti interpolatam credunt : Ἀσπάζομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ ἀειπαρθένους καὶ χήρας. Vetus versio : *Saluto domos fratrum meorum cum uxoribus et filiis, sed et virgines et viduas ;* et merito quidem : nam Ignatiano sæculo virgines non adlegebantur, sed viduæ. Atqui genuina etiam, ut creditur, Ignatii epistola virginum quoque meminit his verbis : καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγομένας χήρας. Versio vetus : *Et virgines vocatas viduas.* De virginibus quod ait, non sapit Ignatii sæculum, si pro diaconissis accipias. Cætera ferri possunt hoc sensu, ut vir sanctus salutet vocatas viduas, id est, non omnes, sed quæ adlectæ essent in ordinem, et in viduatu collocatæ, ut loquitur Tertullianus, de virginib. veland. Itaque nisi obstaret veterum codicum auctoritas, sic legi vellem in dicta epistola, καὶ τέκνοις καὶ τὰς λεγομένας χήρας, expuncta voce παρθένους. Diaconissarum ministerium continetur Nov. VI, c. 6, et can. 12 synodi Carthag. IV, et hoc significat Epiphanius d. loco si modo λουτρὸν ibi accipias pro baptismo. Diaconissæ igitur adhibebantur cum mulieres catechumenæ sacro lavacro tingerentur. Idem Epiphan. : Περὶ πίστεως καθολ. διακονίσσαι καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον διὰ τὴν σεμνότητα, ἂν χρεία κατασταίη λουτροῦ ἕνεκα, ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. *Diaconissæ instituuntur ad ministerium mulierum duntaxat honestatis causa, si necesse fuerit lavacri seu baptismatis gratia, aut inspectionis corporum.* Cave enim a veteri illius loci interpretatione (*balnei gratia*). Ait διὰ τὴν σεμνότητα, scholiastes Harmenopuli in Epitome Canonum, διὰ τὸ εὐπρεπὲς, *propter decorum.* Hoc etiam nominatim scribitur Constitutionum apostolicar. lib. III, cap. 15. Γυναικὸς χρῄζομεν διακόνου, καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκα ; Ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ· καὶ μετ' αὐτὸν ἡ

οὖσα τῶν ν' ἑνιαυτῶν· πλὴν εἰ μὴ ἐν μοναστηρίῳ χειροτονεῖται. Δεχέσθω δὲ καὶ αὐτὴ τὰ κανονικὰ παραγγέλματα, καθ' ὁμοιότητα τῶν χειροτονουμένων κληρικῶν, καὶ μηδενὶ ἐξωτικῷ συνοικείτω, ἀλλὰ μόνοις τοῖς γονεῦσι, καὶ τέκνοις, καὶ ἀδελφοῖς, καὶ θείοις. Εἰ δὲ ἑτέρῳ χωρὶς τούτων συνοικεῖ, [*Ισ.* διὰ] αὐτὸ τοῦτο μηδὲ προσαγέσθω εἰς χειροτονίαν. Ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεῖσα ἐκπιπτέτω, ὑποβαλλομένων αὐτῆς τε καὶ τῷ συνοικήσαντι [*Ισ.* τοῦ συνοικήσαντος] αὐτῇ τῷ τε παρόντι νόμῳ, καὶ ταῖς κατὰ τῶν φθορέων διηγορευμέναις ποιναῖς. Εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμήσῃ, ἢ ἕτερον μετέλθῃ βίον, ἔνοχός ἐστι θανάτου, καὶ τὰ πράγματα αὐτῆς τῇ ἐκκλησίᾳ, ἢ τῷ μοναστηρίῳ ἐν ᾧ ἐχειροτονήθη, προσκυρωθήσονται· τοῦ φθείραντος ἢ γαμήσαντος αὐτὴν διὰ ξίφους τιμωρουμένου, καὶ δημεύσει καθυποβαλλομένου.

A et prope absit ab annis quinquaginta (70): extra quam si ad monasterium (71) ordinetur. Accipiat autem et ipsa præcepta canonica, ad similitudinem clericorum, qui ordinantur, nec in ullius extranei contubernio sit (72), sed duntaxat in contubernio parentum, et liberorum, et fratrum, et patruorum ac avunculorum. Sin apud alium quempiam extra hos habitat, hac ipsa de causa non perveniat ad ordinationem. Quin etiam si ordinata fuerit, removetur, tam ipsa, quam qui cohabitavit ei, lege præsenti, atque iis pœnis, quæ adversus stupratores sanctæ sunt, damnandi. Quod si post ordinationem matrimonium contraxerit (73), vel ad aliam vitam transierit, rea mortis erit, et facultates ejus illi ecclesiæ, vel illi monasterio, in quo ordinata fuerit, addicentur: eo, qui stupro ipsam polluerit, aut uxorem duxerit, gladio pariter (74) et bonorum publicatione puniendo.

B

Πᾶς κληρικός, εἰ καὶ ἐν τοῖς ἀναγνώσταις τέτακται, τῆς ἱερᾶς ἀφιστάμενος ὑπηρεσίας, ἢ ἕτερον μεταδιώκων βίον, ἄπορος μὲν ὢν ἔσται ταξεώτης. Εἰ δὲ εὔπορος εἴη, βουλευτὴς γενήσεται πρὸς τὴν τῆς ὑποστάσεως εὐπορίαν.

Omnis clericus, licet in ordine lectorum sit, a ministerio sacro deficiens, aut aliam vitam persequens, siquidem inops est, apparitor erit: sin locuples, curialis fiet, pro facultatum patrimonii sui modo.

Τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ λειτουργούντων κληρικῶν ἡ πρόοδος τῆς προσόδου, καὶ κρατή-

Numerum clericorum, qui qualibet in ecclesia cultui divino serviunt, tam reditus quantitas,

Annibalis Fabroti notæ.

διάκονος ἀλείφει αὐτάς· *Muliere diaconissa indigemus. et primum quidem cum baptizantur mulieres. Diaconus ungat tantum frontem ipsarum oleo sancto, et post ipsum diaconissa ungat eas* (vertunt, *absterget eas*). Idemque confirmat Hieronymus in Epistolam Pauli ad Romanos, cap. XVI: *In Orientalibus*, inquit, *diaconissæ mulieres in suo sexu ministrare videntur in baptismo sive in ministerio verbi*, quod Sedulius presbyter transcripsit in explanatione ejusdem epistolæ. Sed et auctor Vitæ S. Pelagiæ, cap. 8, testatur diaconissas mulieribus baptizandis ministerium præbuisse. Videamus obiter an diaconissæ inter laicas censerentur: et in ea quidem sententia sunt viri docti, quibus erroris fundus est canon 19 concilii Nicæni, ibi: Ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι, *Inter laicos recenseri.* Vellem observassent ejusdem canonis verba illa: ὡσαύτως δὲ καί, etc.; sic enim habetur in omnibus fere codicibus; alii vero legunt, ἐν τῷ κανόνι ἔξει. Itaque varia quoque circumfertur versio: Dionysii Exigui sic habent: *Qui sub regula versantur*; Isidori autem Mercatoris: *Qui in eodem clero inveniuntur.* Prior scriptura verior est, eamque sequuntur Theodorus Balsamon et Joannes Zonar. De sententia canonis videamus. Certe nec ipse Zonaras, nec quidem recentiores videntur eum percepisse. Hoc igitur constitutum est in d. canone, ut diaconissæ, quæ ab hæresi Paulianorum ad Ecclesiam redierint, rebaptizentur, et iis quæ in eodem habitu esse noscuntur, quod nimirum non habeant manuum impositionem, adeo ut omnino inter laicos deputentur; manus imponantur anno 40 (hoc enim tempus constitutum fuit ordinationi earum, aut ut ait Balsamon, ἠξιοῦντο καὶ χειροτονίας διακονισσῶν, *manuum impositionem merebantur*), si inveniantur idoneæ, alioquin manus non imponantur. Cujusmodi interpretatio Balsamoni quoque suboluit, non etiam Zonaræ, ut dixi, qui scribit, diaconissas quæ non initiantur se in supradictam hæresim prolapsas, inter laicos adnumerari, ad d. canonem in fine. Vide episcopum Aurelianensem ad Optatum p. 240, in quosdam canones, et sanctum Basilium in epistola canon. ad Amphiloch. cap. 24, et concil. Epaon. c. 21.

C

(70) *Ab annis* L. Ætatis diaconissarum legitimæ non fuit constans definitio. Ne minor annis 60 vidua eligeretur Paulus præcepit ad Titum priore cap. 5. Annum 50 circiter statuit Justinianus novell. VI, c. 6. Patribus Chalcedonensibus annum 40 sufficere visum est, canone 15, concil. Chalced. c. 15; et c. 14 concil. VI in Trullo. Rationem discriminis et juris varii reddit Zonaras ad d. can. 15 ut Paulus. Vide ad l. 9 sup. *de episc. et cleric.* et Hieronymum ad Salvinam de vid itate serv.

(71) *Extra quam si ad monasterium.* Minor enim annis quinquaginta exigente necessitate ordinari potest: sed ei alibi degere non licebit, quam in asceterio sanctimonialium.

D

(72) *Nec in ullius extranei contubernio sit.* Diaconissis extraneorum consortio interdicitur. Julianus Antecessor Nov. VI, cap. 29. Nulla autem facultas diaconissis tributa est, habere quosdam secum veluti fratres, sive cognatos, vel quos dicere solent agapitos, vel dilectos. Vide Capitula Caroli M. p. 7, b, et 107, et 117; Capitula Caroli Calvi p. 415. Vide concil. Carth. I, c. 3 et 4; Turonens. III; Toletan II, c. 3; Aransic. c. 16; Turon. II, c. 12, 17; Paris. lib. I, c. 46; Trosleian. c. 9; Aurel. III, c. 4; Hispal. II, c. 11; Forojul. c. 12; Tarrac. c. 1; Trull. c. 5; Turon. II, c. 21; Paris. c. 5; Matisc. c. 12; Meldens. c. 67; Concil. Trosleian. c. 8; concil. Aquisgran. c. 118; Aquisgran. II, sub Ludovico parte 3; concil. Turon. sub Carolo, c. 31; Maguntin. c. 19; Remense, c. 27; Capitula Car. M. p. 155; Clemens epist. 2 ad Jacobum (fratrem Domini: *Nemo tamen clericorum cum extranea habitet femina, nisi proxima aut soror fuerit.*

(73) *Matrimonium contraxerit.* Vide Cap. Carol. M. et Cod. legum antiquar. p. 633.

(74) *Gladio pariter.* Vide ad l. 5, sup. *de episc. et cler.*

quam quæ invaluit consuetudo, determinat. Violantes hanc constitutionem quilibet accusato.

Cujuslibet diœcesis patriarchæ, ac metropolitani, et episcopi, et clerici, qui legem hanc non custodiunt, a sacerdotio removentur. Præsides autem qui violationes ejusdem non indicant, pœnam quinque librarum auri solvent. Dat. XVII Kalendas Apriles, Belisario et Eutropio coss.

II. *De episcopis et clericis.*

Idem imperator Petro præfecto prætorio (75).

De administratione, ac privilegiis, aliisque diversis capitulis, et quæ deinceps.

Præsens constitutio, cum tempore posterior sit, renovat omnia capita constitutionis ante hanc latæ. Sancit autem, ut cum usus postulat episcopum ordinari (76) ab episcopis (77), clerus et primates illius civitatis (78) de tribus personis (79),

A σασα διορίζει συνήθεια. Τῶν παραβαινόντων τὴν διάταξιν ὁ βουλόμενος κατηγορείτω.

Οἱ ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχαι, καὶ μητροπολῖται, καὶ ἐπίσκοποι, καὶ κληρικοὶ, μὴ φυλάττοντες τὸν παρόντα κανόνα, τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτουσιν. Οἱ δὲ ἄρχοντες, μὴ ὁμνύντες [ἴσ. μηνύοντες] τὰς κατ' αὐτοῦ παραβάσιας, ε' χρυσίου λίτρας καταθήσουσι τιμήν. Ἐγράφη Καλάνδαις Ἀπριλλίαις ὑπὸ Βελισαρίου καὶ Εὐτροπίου.

Β'. *Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.*

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ ἐπάρχῳ πραιτωρίων.

Περὶ διοικήσεως, καὶ προνομίων, καὶ ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων.

Ἡ παροῦσα διάταξις, μεταγενεστέρα οὖσα, πάντα καινίζει τὰ κεφάλαια τῆς πρὸ αὐτῆς διατάξεως. B Διατυποῖ δὲ, ἵνα χρεία γένηται τοῦ ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι, ὁ κλῆρος καὶ οἱ πρωτεύοντες τῆς πόλεως ἐκείνης ἐπὶ τρισὶ προσώποις κληρικοῖς καὶ μοναχοῖς

Annibalis Fabroti notæ.

(75) *Petro præfecto præfectorio.* Non recte in edit. μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, *magistro divinorum officiorum.*

(76) *Ordinari.* Χειροτονηθῆναι, *creari*, ut recte Julianus Novella CXV, c. 1, melius quam vetus interpres, quem Leunclavius secutus est. Idemque Julianus in fine c. 1, χειροτονῆσαι, recte vertit *consecrare.* Χειροτονία igitur et pro electione, et pro ordinatione seu consecratione ponitur. Glossæ: χειροτονία, *creatio, procreatio, creatura.* Procreatio igitur idem quod creatio. Innocentius I, in Decretis: *Non sine permissu conscientiaque tua sinas episcopos procreari.* Vide Glossarium nostrum ad Anastasii Biblioth. *Historiam ecclesiasticam, in* χειροτονία.

(77) *Ab episcopis.* Hæc non sunt in Græcis, nec in Novella Justin. CXXIII, cap. 1, et omnino abesse debent: nec enim solis episcopis electio permissa est. Qui hæc de suo addidit fortasse respexit ad synodum Nicænam, qua cavetur ut episcopi ab episcopis eligantur, can. 4, et can. 3, Nicænæ II, quod equidem de consecratione et manuum impositione admiserim, de electione non item, de qua hic agitur.

(78) *Clerus et primates civitatis.* Episcopus a clero et primoribus civitatis eligitur. Primores civitatis, οἱ πρωτεύοντες τῆς πόλεως, Balsamoni οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως. Justiniano Nov. CXXIII, cap 1, et Bals. ad Photii *Nomoc.* tit. 1, c. 23, sunt, qui οἱ ἐν τέλει Gregorio Nysseno in vita Gregorii Thaumat. οἱ ἐν τέλει, καὶ ἀξιώμασι; Theodoreto, *Histor. ecclesiast.* lib 4, cap. 17: Οἱ λαμπρότατοι καὶ οἱ λογάδες, honorati, nobiles civitatis. Liberatus diaconus, in Breviario, cap. 14, laici nobiles ac cives, Hincmarus ad Hedenulphum Laudunensis ecclesiæ episcopum; imo ab omni populo vetustissimis temporibus deligebatur episcopus. Clemens aut certe scriptor perantiquus *Constitutionum Apostolicar.* lib. VIII, cap. 2. Primus igitur B. Cyprianus, epist. 68, ad clerum et plebes in Hispania consistentes, coram omni syn. p. 131, lin. 3; B. Hieronymus in Jonam cap. 3, de Cypriano: *Ad probationem bonorum operum arbitror solum hoc satis esse, quod judicio Dei et plebis favore ad officium sacerdotii et episcopatus gradum adhuc neophytus, et ut putatur novellus, electus est;* et in Epistolam ad Galatas; Leo epistola 82, in editione Nivelliana (al. 84), ad Anastasium Thessalonicens.: *Cum de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri plebisque consensus concorditer postularint.* Et epistola 87 (al. 89): *Exspectarentur certe vota civium, testimonia populorum, quæreretur honoratorum arbitrium, electio clericorum.* Stephanus Tornacensis epist. 173: *Concurrunt in electione illa quatuor quæ a Leone I dicta sunt, vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum.* Intelligit epistolam 87, al. 89, Leonis. Sulpitius Severus hb. *De Vita B. Martini*, cap. 7; Hincmarus epistola ad clerum et plebem Tornacensem: *Clerum plebemque ejusdem ecclesiæ publice admonere festines, ut remoto privato studio, uno eodemque consensu talem sibi præficiendum expetant et eligant sacerdotem.* Gregorius Turonensis: *Cumque populus S. Quintianum, qui de Ruteno ejectus fuerat, elegisset.* Et lib. 5: *Favente populo episcopatus gratiam adipiscaris.* Lib. X: *Gregorium diaconum plebs omnis elegit.* Concilium Remense: *Ne quis sine electione cleri et populi ad regimen ecclesiasticum proveheretur.*

Merito autem populi consensus exspectabatur, quia qui præponendus est omnibus ab omnibus eligi debet, ut est in concilio Aurelianensi; sive, ut est in decreto cleri Laudunensis de Hedenulpho electo episcopo, quia cui debet ab omnibus obediri, utique debet ab omnibus eligi: ne civitas non optatum episcopum aut contemnat aut oderit, et fiat minus religiosa civitas quam convenit, cui non licuit habere quem voluit. Denique omnium interest electum potius habere quam quemlibet.

Multa tamen sunt quæ his quæ diximus refragari videntur; sunt enim qui putent adhibitum fuisse consensum populi ad comprobandam electionem jam factam a clero. Imo populi et cleri electio fuit. B. Cyprianus d. epist. 68: *Quando ipsa* (de plebe loquitur) *maxime habeat potestatem, vel eligendi, vel indignos recusandi.* Nec aliter concilii Nicæni can. 5 accepit interpres Arabs, apud quem sic habetur: *Et si populo placebit eligatur.* De electione episcopi vide P. Blesensem epist. 15; Nazianzen. orat. 21; Capitula Car. M. p. 18. Coram populo statuebantur episcopi, ibid. p. 209; Synesium, epist. 67; Alexandri III epist. 23; vide etiam Duval, *De electo episcopo per plebem*, p. 386, 389 usque ad p. 395. Vide Anastas. Bibliothecar. in Leone III, in Valentiniano, et Sergio II.

Sunt qui putent electionis jus ademptum populo, et allegendum ad episcopem, ab episcopis eligi debere, can. 3 Nicænæ VII synodi; can. 13 concilii

(79) *De tribus personis.* Duo aut tres præsentati metropolit. concil. Barcin. II, c. 3.

σὺναὐτοῖς δὲ, εἰ βούλονται, καὶ λαϊκοῖς, προκειμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, ψηφίσματα ποιῶσι, λέγοντες ἐν αὐτοῖς ὡς κανονικοὺς αὐτοὺς ἴσασι, καὶ οὔτε γυναικὶ, οὔτε παλλακῇ συζῶσιν, ἢ παῖδας ἔχουσιν. Ἀλλ' εἰ καί τις γέγονεν αὐτοῖς γαμετὴ πρότερον, ὡς ἐκ παρθενίας ταύτῃ συνῴκησαν.

A clericis ac monachis, et cum eis (siquidem ita velint) laicis quoque, propositis sacris Evangeliis decreta faciant (80), quibus in decretis dicant, se illos scire canonibus conformes, et quod neque cum uxore vel concubina sint eodem in contubernio, neque liberos habeant. Quod si quam prius habuerint uxorem, a virginitate cum illa cohabitasse.

Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, μὴ πρότερον ιε' ἔτη μονάσας. Ἀλλ' εἰ παρὰ ταῦτα γένηται, τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόσθω τύχῃ.

Curialis, vel apparitor, episcopus non fiat, nisi prius quindecim annis solitariam vitam egerit. Si præter hæc factus fuerit episcopus, conditioni suæ restituitor.

Ἥττων τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω ἐπίσκοπος.

Episcopus minor annis triginta (81) ne ordinator

Ὁ λαϊκὸς, εἰ μὴ τρεῖς μῆνας καταλεγῇ ἐν κλήρῳ, μὴ προαγέσθω εἰς ἐπίσκοπον.

Laicus, nisi per tres menses (82) clero fuerit B ascriptus, ad episcopatum non producitor.

Ὁ βουλευτὴς, ἐπὶ δεκαπέντε ἔτη μονάσας, χειροτονείσθω ἐπίσκοπος, καὶ τῆς τύχης ἐλευθεροῦται, τὸ

Curialis, qui vitam solitariam quindecim annis egerit, episcopus ordinator, et a conditione sua

Annibalis Fabroti notæ.

concilii Laodiceni. In quorum sententiam ire non possum; verius enim est jus et facultatem eligendi penes populum remansisse. Quoniam autem discordante inter se plebe, ad seditionem plerumque ventum erat, ideo a Patribus Laodicenis electio plebi adempta, can. 12: Ὅτι δὲ στάσεις ἐντεῦθεν ἠγείροντο, ut ait Zonaras ad d. canonem. De plebe ob studia privata ad seditiones prorumpente vide Gregorium Nazianz. orat. 19; Evagrium, lib. II c. 13; Theodor. Lectorem; Sozomenum, lib. VI. *Histor. ecclesiast.* c. 23 et 24; Socratem, VI, c. 10; Anastasium Bibliothecar. in Conone et in Sergio II; Gregor. Turonens. *Histor.* lib. II, c. 13; Sidonium Apollinar. lib. IV, epist. ult. C De plebis electione conqueritur Gregor. Nazianz. d. epist. 19 et alibi.

Nemo nescit per initia electionem pontificis Romani et reliquorum episcoporum fuisse penes clerum, populum, et principes; quanquam quod de populo dicitur, quidam sic accipiendum putant, ut consensus populi adhibitus tantum fuerit ad comprobandam electionem jam factam a clericis. Vide can. *Si quis* 28, 16. *quæst.* 1, et gloss. ad verbum: *Vel populi*, et can. *Sic vive* 26, ead. causa, et quæst. Hildebertus Cenomanensis episc. in epist. 12: *Nam de electione quid loquar, in qua populo minime licet clerum præcedere, sed assensu prosequi eligentem.* Alii contendunt episcoporum electionem penes populum fuisse, can. *Sacrorum* 63 distinct. cap. *Querelam*, extr. *De elect.* Verum sive populus una cum clericis episcopos elegerit, quod variis auctorum locis comprobari posset, sive electionem jam factam approbarit, tantum constat, præsente D saltem, vel attestante populo, quod sine consensu non procedit, episcopos eligi solitos. D. Hieronymus in can. *Licet* 8, quæst. 1.

Verum procedente tempore, desiit adhiberi populi consensus in electionibus, cap. 2 extr. Justinianus olebem non excludit, sed primates civitatis admittit, τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, nov. CXXIII. Quod ad principes attinet, jus populi ad eos translatum videtur. Hugo Grotius in lib. *De imper. summarum potestatum circa sacra*, cap. 11, num. 20, usque ad num. 25, et Francisc. Florens, ad tit. Decretal. *de electione.*

(80) *Decreta faciant.* In tres personas suffragia conferant.

(81) *Episcopus minor annis* XXX. Veteri Hebræorum lege non eligebantur in sacerdotium, nisi qui implevissent annum 30. Hieronymo teste in epistola 62, ad Theophilum, et in proœmio ad Ezechiel. Sacerdotibus etiam Christianis ætas quidem annorum 35 præstituta a Justiniano in Nov. CXXIII. c. 1. At ex Nov. CXXXVII. cap. 2, satis est explevisse annum 30, ut et concilii Agathensis can. 17, et ex eo can. *Episcopus*, dist. 77; concilii Lateranens. can. 3. Hæc viri perfecti ætas est, d. can. 17, et legis Wisigothorum lib. X, tit. 2, c. 3; D. Gregor. Nazianz. in oratione 40: Ὡς τελείαν βάσανον ἀρετῆς, καὶ τοῦ διδάσκειν καιρὸν ταύτης ἐχούσης τῆς ἡλικίας· *Quia hæc ætas perfectum virtutis argumentum docendique maturitatem habet.* Theophylactus in Lucam, cap. 3: Αὕτη ἡ ἡλικία ἐστὶ τελειοτάτη· *ætas illa perfectissima est.* Et in Joannem cap. 1: Ἀνὴρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος· τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον· τριακονταετὴς γὰρ ἐβαπτίσατο. *Vir autem dicitur Dominus, fortassis propter ætatem perfectam; quoniam 30 annorum erat cum baptizaretur.* Hildebertus Cenomanensis episcopus, epistola 12; S. Hieronymus, contra Jovinianum lib. I: *Propterea inter duodecim apostolos unus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio. Sed cur non Joannes electus est virgo? Ætati delatum, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens, et pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur.* Gregorius VII, epist. 5, ad episcopos Britanniæ, non admittit juvenem quemdam præclarum genere et honestis moribus, ad episcopatus onus portandum. Scribit tamen D. Chrysostomus, non tam ætatis rationem habendam, quam virtutis et pietatis, in Epistolam Pauli ad Timoth. et D. Chrysostomus apud Georgium Alexand. in Excerptis Photianis. Idem scribit Albertus Crantzius, *Histor. Bremensis* lib. IX, cap. 47; et Hincmarus in Vita S. Remigii ait, eum anno 22 archiepiscopum electum fuisse. Denique, ut cætera exempla omittam, Eleutherius propter eximiam virtutem vicesimum annum agens episcopus Illyrici ordinatus est, ut scribit Nicephor. Callist. lib. III *Histor. ecclesiast.*

(82) *Laicus nisi per tres menses.* Hoc jus sequuntur Leo et Constantinus. Synodus Avernensis II, c. 9; et Aurelianensis V annum præstituit. In Fulgentii quoque Ferrandi Breviatione canonum refertur ex concilio Sufetulensi, ut quicunque laicus ad episcopatum eligitur, prius annum in ministerio ecclesiastico per omnes gradus transeat. Refert etiam Crisconius in Breviario canonico, c. 164, ex Decretis papæ Cœlestini tit. 21, quod non conveniat, contemptis clericis Ecclesiarum, de laicis episcopum ordinari. Novella tamen sexta, c. 1, vers. *Prius autem*, sex menses præstituti fuerant.

liberator: sic tamen, ut semissem cum quarta patrimonii sui parte curiæ ac fisco præbeat.

Si intra sex menses decreta de episcopis facta non fuerint, competens patriarcha vel metropolitanus, animæ suæ periculo, quem vult, ordinato.

Si copiam trium personarum non habent, qui decreta faciunt, unum, vel duos, pro ipsius loci abundantia, decernere possunt.

Qui præter hæc ordinatur, excidit ordinatione. Qui vero ipsum ordinat, ad unius anni spatium a sacro ministerio separatur, facultatibus ejus ecclesiæ applicandis.

Accusatus episcopus (83) ordinandus, ante discussionem causæ ne ordinator. Accusator, si victus fuerit, aut trimestrii spatio deseruerit accusationem, relegatur: episcopo, qui ordinat, ex violatione legis iisdem pœnis subjiciendo (84).

Omnis episcopus gratis ordinator (85), eo, qui dat, vel accipit, vel intervenit, sacerdotium amittente; præterquam quod etiam id, quod datum fuerit, ecclesiæ applicabitur. Quod si laicus est, qui accepit, duplum ejus, quod datum fuerit, ecclesiæ restituet. Qui vero cautionem hoc nomine acceperit, et ipsam restituet et summam solvet, quantam illa continet.

Legito 17 (85*) præsentis tituli constitutionem, quæ cum tempore posterior sit, renovat tradita de episcoporum ordinatione.

Patriarchæ, Romanus (86) et Constantinopolitanus et Alexandrinus et Theopolitanus (87) et Hierosolymorum archiepiscopus (88), ab initio constituta tam cathedraticorum (89), quam consuetudinum nomine præstanto; viginti tamen ut curi libras non transcendant. Qui vero ab ipsis, vel ab aliqua synodo ordinantur metropolitani, ac similiter et qui a metropolitanis (90) ad episcopatum provehuntur, si non minorem triginta libris auri reditum habet ecclesia, quam ad ecclesiam ordinandi sunt: centum solidos ordinanti nomine cathedratici solvunto, clericis et notariis ejusdem trecentos. Si vero minorem quidem triginta libris

A ἥμισυ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ὑποστάσεως παρέχων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δημοσίῳ.

Ἐὰν ἐντὸς ἓξ μηνῶν μὴ γένωνται τὰ τῶν ἐπισκόπων ψηφίσματα, ὁ ἀρμόδιος πατριάρχης ἢ μητροπολίτης ὃν βούλεται χειροτονείτω κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς.

Ὅτι, εἰ μὴ εὐποροῦσι τῶν τριῶν προσώπων οἱ ψηφίσματα ποιοῦντες, δύνανται ἕνα ἢ δύο πρὸς τὴν τῶν τόπων εὐπορίαν ψηφίσασθαι.

Ὁ παρὰ ταῦτα χειροτονούμενος ἐκπίπτει τῆς χειροτονίας. Ὁ δὲ χειροτονῶν ἐπὶ ἐνιαυτὸν χωρίζεται τῆς λειτουργίας, τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρουμένης τῆς αὐτοῦ περιουσίας.

Κατηγορηθεὶς ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι, πρὸ ἐξετάσεως μὴ χειροτονείσθω. Ὁ δὲ κατήγορος, ἡττηθείς, B ἢ ἐπὶ τρίμηνον ἀπολιπὼν τὴν κατηγορίαν, ἐξορίζεται, τοῦ χειροτονοῦντος ἐπισκόπου ἐκ παραβάσεως τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβαλλομένου.

Πᾶς ἐπίσκοπος προῖκα χειροτονείσθω, τοῦ διδόντος, ἢ λαμβάνοντος, ἢ μεσάζοντος τῆς ἱερωσύνης ἐκπίπτοντος, πρὸς τὸ καὶ τὸ δοθὲν τῇ ἐκκλησίᾳ προσκυρωθῆναι. Εἰ δὲ λαϊκός, ἐστιν ὁ λαβών, διπλοῦν τὸ δοθὲν ἀναδίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀσφάλειαν δὲ περὶ τούτου λαβών, καὶ ταύτην ἀποδίδωσι, καὶ ὅσην περιέχει ποσότητα.

Ἀνάγνωθι τὴν ιζ' τοῦ παρόντος τίτλου διάταξιν μεταγενεστέραν οὖσαν, καὶ καινίζει τὰ περὶ τῆς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων.

Οἱ πατριάρχαι Ῥώμης καὶ Κωνσταντινουπόλεως C καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Θεουπόλεως, ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἱεροσολύμων, τεταγμένα ἐξ ἀρχῆς ὑπὲρ ἐνθρονιστικῶν καὶ συνηθειῶν παρεχέτωσαν, μὴ ὑπερβαίνοντες τὰς κ' τοῦ χρυσίου λίτρας. Οἱ δὲ παρ' αὐτῶν ἢ παρά τινος συνόδου χειροτονούμενοι μητροπολῖται, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ παρὰ τῶν μητροπολιτῶν εἰς ἐπισκοπὴν προαγόμενοι, εἰ μὴ ἐλάττονα τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν πρόσοδον ἡ ἐκκλησία ἔχῃ, εἰς ἣν μέλλουσι χειροτονεῖσθαι, ἑκατὸν νομίσματα ὑπὲρ ἐνθρονιστικῶν παρεχέτωσαν τῷ χειροτονοῦντι, τοῖς δὲ κληρικοῖς αὐτοῦ καὶ νοταρίοις νομίσματα τριακόσια. Εἰ δὲ ἐλάττονα μὲν τριάκοντα τοῦ χρυσίου

Annibalis Fabroti notæ.

(83) *Accusatus episcopus.* Hic de electi, nondum tamen ordinati episcopi accusatione agitur. Vide Balsamonem ad Photii *Nomocan.* tit. 9, cap. 1, in med.

(84) *Iisdem pœnis subjiciendo.* Qui ordinare festinavit, anno uno ministerio sacro abstinet, et res ejus ecclesiæ addicuntur cujus episcopus est.

(85) *Gratis ordinator.* Tertullianus, *Apolog.* c. 39; Cassiodor. IX, 15 et seq.

(85*) Hoc est ultimam hujus tituli primi, quæ in libris Novellarum est centesima tricesima septima.

(86) *Patriarchæ, Romanus.* Quinque numero sunt patriarchæ in Ecclesiæ corpore, quod ab iis administratur, ad exemplum quinque corporis humani sensuum, ut scribit Petrus Antiochenus in epistola ad Dominicum Gradensem, quæ habetur in cod. ms. biblioth. Regiæ, ut refert eruditissimus Petrus de Marca, archiepiscopus Tolosanus, in Dissertatione de primatu Lugdunensi.

(87) *Theopolitanus.* Hoc est Antiochenus. Julianus Antecessor.

(88) *Hierosolymorum archiepiscopus.* Semper ultimo loco ponitur patriarcha Hierosolymitanus, ut concilii Florentini sessione 25: Τὸν Κωνσταντινουπόλεως δεύτερον εἶναι μετὰ πάπαν, εἶτα τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας μετὰ τοῦτον, εἶτα τὸν Ἱεροσολύμων.

(89) *Cathedraticorum* Enthroniastica sive cathedratica intra modum legitimum non improbantur. Est autem ἐνθρονιαστικὸν, quod pro ordinatione episcopi datur ordinanti, vel clericis, vel notariis ecclesiasticis. Vide Novellas Isaaci Comneni; vide Balsamonem in *Nomo.* Photii, tit. 1, c. 34. In mandato tamen quo metropolitano dari solebat, præcipitur ut sportulæ illæ non ordinanti, sed pauperibus erogent.

(90) *Qui a metropolitanis.* Vide Servinum vol. I, p. 59.

λίτρῶν, οὐχ ἧττονα δὲ τῶν δέκα πρόσοδον ἐτησίαν ἡ ἐκκλησία ἔχῃ, τότε ρ' νομίσματα διδότω τῷ χειροτονοῦντι, καὶ τοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ καὶ νοταρίοις διακόσια. Εἰ δὲ ἧττων μὲν τῶν δέκα λιτρῶν, οὐχ ἧττων δὲ τῶν πέντε ἡ ἐτησία πρόσοδος τῆς ἐκκλησίας, παρεχέτωσαν τῷ μὲν χειροτονοῦντι πεντήκοντα νομίσματα, τοῖς δὲ ἀμφ' αὐτὸν ο'. Ἐλάττονος δὲ πέντε λιτρῶν, οὐκ ἐλάττονος δὲ τριῶν τῆς ἐτησίας προσόδου οὔσης, δεκαοκτὼ νομίσματα ὁ χειροτονῶν λαμβανέτω, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν εἰκοσιτέσσαρα. Εἰ δὲ λείπεται τῶν τριῶν λιτρῶν ἡ ἐκκλησιαστικὴ πρόσοδος, οὐκ ἐλαττοῦται δὲ τῶν δύο, παρεχέσθω τῷ μὲν χειροτονοῦντι νομίσματα ς', τοῖς δὲ ἀμφ' αὐτὸν νομίσματα ιβ'. Ἐπ' ἐλάττονι δὲ προσόδῳ τῶν δύο λιτρῶν, μηδὲν καθόλου παρεχέσθω. Εἴ τις δὲ πλέον λάβῃ τοῦ ὡρισμένου, τριπλοῦν τὸ δοθὲν ἀναδώσει τῇ ἐκκλησίᾳ. Δύναται δὲ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι καὶ πρὸ τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἴδια προσφέρειν πράγματα τῇ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν μέλλει χειροτονεῖσθαι.

Πᾶσα ἐπισκοπὴ ὑπεξουσιότητος, καὶ ἐναπογράφου καὶ δουλικῆς ἀπαλλάττει τύχης.

Ἐπίσκοπος ἢ μοναχὸς μὴ προσκαλείσθω πρὸς κηδεμονίαν. Οἱ λοιποὶ κληρικοί, εἰ βούλονται, τὰς τῶν συγγενῶν καταδεχέσθωσαν τεσσάρων μηνῶν τὴν οἰκείαν τῷ ἄρχοντι φανεροῦντες γνώμην. Πρὸς δὲ ἐξωτικὰς μὴ ἐλκέσθωσαν

Μηδεὶς ἐπίσκοπος, ἢ μοναχὸς, ἢ κληρικὸς, ἐκλήπτωρ, ἢ διοικητὴς δημοσίων, ἢ μισθωτὴς τελῶν, ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων, ἢ κουράτωρ οἴκου, ἢ ἐντολεὺς δίκης, ἢ ἐγγυητὴς ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐγγυῶν [ἴσ. αὐτῶν] γενέσθω, οἱονδήποτε ἔχει βαθμὸν ἱερωσύνης· μόνοις γὰρ ἐξέσται αὐτοῖς ἱερατικῶν φροντίζειν πραγμάτων κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ῥητοῦ.

Δύνανται αἱ ἁγίαι ἐκκλησίαι καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγεῖς οἶκοι ἀλλήλοις καὶ τοῖς ἰδίοις κληρικοῖς μισθώσασθαι, καὶ ἐμφυτεύσεις ἐκδιδόναι χωρὶς τῶν διοικητῶν καὶ χαρτουλαρίων, καὶ συγγενῶν αὐτῶν, καὶ ἀγχιστέων. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν ἐπίσκοπος τῆς ἰδίας ἐκπίπτει περιουσίας, ταύτης κληρουμένης τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὁ δὲ κληρικὸς ποινὴν δώσει τῇ ἐκκλησίᾳ, ἣν ὁ ἐπίσκοπος ὁρίσει. Οἱ δὲ ἐκλήψεις ἢ διοικήσεις δημοσίων ἢ ἰδιωτικῶν καταπιστεύσαντες κληρικοῖς οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχοῖς, ἢ ὑπὲρ τῶν τοιούτων αὐτοὺς αἰτιῶν δεξάμενοι ἐγγυητὰς, οὐδὲ τοὺς εὐαγεῖς οἴκους, οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς

auri, sed decem libris tamen non inferiorem reditum annuum habet ecclesia, centum solidos dat ordinanti, clericis et notariis ejus ducentos. Quod si minor decem libris auri, non minor autem quinque libris annuus est reditus ecclesiæ, quinquaginta solidos ordinanti solvunto, septuaginta vero solidos iis, qui sub eo sunt. Si minor quinque libris, at non minor tribus est ecclesiæ reditus annuus octodecim solidos accipito, qui ordinat, et qui circa ipsum sunt, viginti quatuor. Quod si reditus ecclesiæ minor est tribus libris, at non minor duabus, ordinanti det solidos sex (91), iis autem, qui sub eo sunt, duodecim. De reditu vero minore duabus auri libris, nihil omnino præstanto.

Si quis autem plus acceperit, quam statutum sit, triplum ejus, quod datum est, ecclesiæ solvet. Cæterum potest is, qui ordinandus est, tam ante initum episcopatum, quam post ordinationem, illi ecclesiæ, ad quam ordinandus est, facultates suas offerre.

Omnis episcopatus a potestate patria (92) et ascriptitia servilique conditione liberat.

Episcopus aut monachus ad cognatorum curam non vocetur. Cæteri autem clerici, si velint, eorum curam suscipiant, intra quatuor menses suam voluntatem magistratui declarantes. Ad extraneorum autem curam ne compellantur.

Episcopus, aut monachus, aut clericus, non fiat exceptor (93), vel administrator rerum fiscalium, vel conductor vectigalium, alienorumve prædiorum, aut curator ædium, aut procurator litis, aut pro causis ejusmodi fidejussor (94) : quemcunque tandem sacerdotii[gradum] habeat. Quippe licebit eis duntaxat rerum sacerdotalium habere curam, juxta contitutionem hujus textus.

Possunt ecclesiæ sacrosanctæ, cæteræque venerabiles domus, inter se, ac suis clericis locare, atque emphyteuses dare, absque suis administratoribus et chartulariis et cognatis et propinquis. Qui adversus hæc facit episcopus bonis suis excedit, quæ applicantur ecclesiæ, clericus autem eam pœnam dabit ecclesiæ, quam episcopus statuerit. Qui vero vel exceptiones, vel administrationes rerum fiscalium, aut privatarum, clericis cujuscunque gradus, aut monachis commiserint, aut pro talibus causis eos fidejussores acceperint, nec venerabiles domus convenire, nec ipsos clericos

Annibalis Fabroti notæ.

(91) *Det solidos sex.* Sic legitur in Peirescii cod.; in Novella vero Justiniani c. 3, νομ. ιϑ' et νομ. ς', et ita in quibusdam libris Juliani, ut notatur in variis. Omittitur autem hic quod colligitur ex d. Nov. in presbyterum, archidiaconum, πρῶτον τῶν πρεσβυτέρων, et archidiaconum, πρῶτον τῶν διακόνων, in Ecclesia pecuniæ distributionem habuisse, Arnulphus Lexoviensis de P. Pictaviensi archid. Fulbertus, epist. 35 et 79; Isidorus epist. ad Leudefredum episcopum de officio archidiaconi. Pervulgatum est quod de B. Laurentio primo archidiacono scribit Prudentius, cui hæc subjectam ex Chrysologi sermone 133 : *Quoniam erat archidiaconus, apud illum esse utique credebantur opes ecclesiæ.* Augustin. in sermone 38 *De divers.*: *Thesauros ecclesiæ suscipiens Christianis pauperibus erogasti.* Sulpit. Sever. in dialogo 2, de virt. S. Martini.

(92) *Omnis episcop. a potest. patr.* Vide sup. ad l. 33 *de episc. et clerc.*

(93) *Exceptor.* Episcopus exceptor seu susceptor tributorum fieri non potest, nec conductor vectigalium. Concilium Chalced. c. 3; Ferrandus Diaconus, in Breviar. c. 125; Carthagin. c. 16.

(94) *Fidejussor.* Vide Clementem, Constit. lib. II, c. 6; et Chassan. ad tit. *De fidejuss. extr*

vel monachos, vel eorum facultates possunt, atque etiam damnum, quod accidit fisco, de suo restituent.

A κληρικοὺς ἢ μοναχοὺς, ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν εὐθύνειν δύνανται, ἀλλὰ καὶ τὴν γινομένην τῷ δημοσίῳ βλάβην ὀφλῆσαι ἀποκαταστήσουσιν.

Episcopus ne producitor ad dicendum testimonium (95), sed propositis sacrosanctis Evangeliis, personis publicis præsentibus, quæ novit, testator.

Μὴ παραγέσθω ἐπίσκοπος εἰς μαρτυρίαν· ἀλλὰ προτιθεμένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων τῷ ἐπισκόπῳ, δημοσίων προσώπων παρόντων, μαρτυρείτω ἅπερ ἐπίσταται.

Nemo propter causam pecuniariam vel criminalem absque divino jussu episcopum producat, aut sistat: præside, qui jam dicta facit, præter amissionem cinguli, tormentis et exsilio tradendo.

Χρηματικῆς ἢ ἐγκληματικῆς χάριν αἰτίας μηδεὶς ἐπίσκοπος χωρὶς θείας κελεύσεως διαγέτω, ἢ παραστάσιμον ποιείτω· ἄρχοντος τοῦ ταῦτα τὰ εἰρημένα προστάττοντος πρὸς τῇ ἐκπτώσει τῆς ζώνης βασάνοις καὶ ἐξορίᾳ παραδιδομένου.

Episcopus aut clericus (96) absque jussione sacra, vel absque permissu illius, qui jurisdictionem in eos habet, peregre ne proficiscitor: nec proficiscens, ultra spatium anni (97) reditum differto. Nam ex ecclesia sua nullas expensas accipiet. Quod si canonice citetur, nec intra statutum tempus redierit, alius ordinator. Cum Constantinopolim venerit secundum ea quæ dicta sunt, per Constantinopolitanum patriarcham imperatori indicator. Cæterum verba textus de his sunt hujusmodi: Interdicimus autem religiosissimis episcopis, ne suas ecclesias relinquant. Et post alia verba: Ita tamen ut ne illis quidem episcopis, qui sub beatissimo Constantinopolis archiep scopo et patriarcha sunt, liceat absque permissu ipsius, vel absque jussu nostro, imperatoriam urbem adire. Quod si hoc etiam modo cujuscunque loci episcopus peregre profectus fuerit, non amplius uno anno suam relinquat ecclesiam. Et debent episcopi, qui ad urbem imperatoriam, ceu dictum est, appulerunt, cujuscunque sint diœcesis, ante omnia beatissimum archiepiscopum Constantinopolitanum adire, atque ita per eum ad nostram serenitatem accedere.

Μὴ ἀποδημείτω ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς χωρὶς θείας κελεύσεως ἢ ἐπιτροπῆς τοῦ ἔχοντος τὴν κατ' αὐτοῦ δικαιοδοσίαν· μήτε δὲ ἀποδημῶν πλέον ἐνιαυτοῦ ὑπερτιθέσθω τὴν ἐπάνοδον, ἐπεὶ οὐ λήψεται δαπάνας ἐκ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ. Εἰ δὲ κανονικῶς καλούμενος μὴ ἐπανέλθοι εἴσω τοῦ ὡρισμένου χρόνου, ἕτερος χειροτονείσθω. Ἀνιὼν δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τὰ εἰρημένα, διὰ τοῦ ταύτης πατριάρχου μηνυέσθω βασιλεῖ. Ἔχει δὲ τὸ περὶ τούτων ῥητὸν οὕτως· Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τὰς οἰκείας καταλιμπάνειν ἐκκλησίας. Καὶ μεθ' ἕτερα· Οὕτω μέντοι, ἵνα μηδὲ ἐκείνοις τοῖς ἐπισκόποις οἵτινες ὑπὸ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχην εἰσιέναι ἐξείη δίχα ἐπιτροπῆς αὐτοῦ ἢ ἡμετέρας κελεύσεως εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν. Εἰ δὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίσκοπος οἱουδήποτε τόπου ἀποδημήσῃ, μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ τὴν ἰδίαν καταλιμπάνειν ἐκκλησίαν. Τοὺς δὲ ἐπισκόπους τοὺς κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ὡς εἴρηται, παραγινομένους, οἱασδήποτε εἶεν διοικήσεως, πρὸ πάντων ἐπιέναι πρὸς τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οὕτως δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰσιέναι γαληνότητα.

